

ΠΑΡΑΡΤΗΜΑ
ΕΚΔΟΣΗΣ ΠΑΠΙΚΩΝ ΕΠΙΣΤΟΛΩΝ
(1378-1417)

ΑΠΟΣΤΟΛΟΣ ΚΟΥΡΟΥΠΑΚΗΣ

ΥΠΟΤΑΓΗ ΑΒΙΝΙΟΝ

ΚΛΗΜΗΣ Ζ΄

Robertus Genevae, Καρδινάλιος πρεσβύτερος
της Βασιλικής των Δώδεκα Αποστόλων.

Εκλογή 20 Σεπτεμβρίου 1378 (ε enthρόνιση 31 Οκτ.), † Αβινιόν 16 Σεπτεμβρίου 1394.

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 211, f. 467r-v
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: Στην αρχή του κειμένου: X⁻ X⁼⁼

Φόντι, Λάτιο

21 Νοεμβρίου 1378

Ο πάπας Κλήμης Ζ' παραχωρεί τα εισοδήματα του κανονικάτου της Λευκωσίας στον Ιωάννη Cadash, ο οποίος λέγεται πως είναι από την Κύπρο, όταν αυτά κενωθούν. Ο Ιωάννης είναι επίσης κανονικός Αμμοχώστου και Πάφου και του επιτρέπεται να συνεχίσει να τα κατέχει.

Dilecto filio Iohanni Cadach canonico Nicosiensi, salutem *etc.*

Laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos fidedigno commendaris^a testimonio, nos, inducunt ut tibi reddamur ad gratiam liberales, volentes itaque tibi in presbiteratus ordine constituto qui – ut asseritur – de regno Cypri oriundus existis, premissorum meritorum tuorum virtutum gratiam facere specialem^b canonicatum ecclesie Nicosiensis, cum plenitudine iuris canonici apostolica, tibi, auctoritate, conferrimus et de illo etiam providemus, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit, quam tu per te vel procuratorem tuum ad hoc legitime constitutum infra unius mensis spatium, postquam tibi vel eidem procuratori vacatio illius innotuerit duxeris acceptandum, conferendum tibi per post acceptationem huiusmodi cum omnibus iuris et pertinentiis suis donationi apostolice reservamus, districtius inhibentes, venerabili fratri nostro archiepiscopo et dilectis filiis capitulo^c Nicosiensi ac illi vel illis ad quem vel ad quos in eadem ecclesia prebendarum collatio, provisio, presentatio, seu quevis alia dispositione pertinet communiter vel divisim ne de dicta prebenda interim etiam ante acceptationem eaundem nisi postquam eis constiterit quod tu vel procuratorem predictus illam volueritis acceptare, disponere quoquomodo presumant ac decernentes ex nunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Non obstantibus de certo canonicorum numero et quibuslibet illis statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie contrariis iuramento, confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, aut si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in eadem ecclesia in canonicatos sint recepti vel,

ut recipiantur, insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie speciales vel de beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales Apostolice Sedis vel legatorum eis litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus preterquam in ecclesia ⁷ ipsa receptis vel prebendas expectantibus ⁸ in eadem ⁹ in assecutione dicte prebende te volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem prebendarum ac beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si eisdem archiepiscopo et capitulo vel quibusvis aliis communiter vel divisim a dicta sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisum alicuius minime teneantur et ad id compelli non possint, quodque de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem, seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideris per litteras apostolicas //^{467v} non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expresam vel totaliter non infringere effectus huiusmodi nostre gratie impediri valeat quomodolibet vel differri et de quacuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis; aut si presens non fueris ad prestandum de observandum statutis et consuetudinem ipsius ecclesie solitum iuramentum, dummodo in absentia tua per procuratorem idoneum et cum ad ecclesiam ipsam accesseris corporaliter illud prestes, seu si hodie pro alio vel aliis super equali vel equalibus gratiam vel generalis in eadem ecclesia litteras nostras duxerimus concedendas. Nos enim tam illas quam presentis effectum sortiris volumus quacumque constitutionem apostolica gratia non obstantibus, seu quod Famagustane et Paphensi ecclesiis canonicatus et prebendas nosceris obtinere. Nulli ergo et cetera. Nostre collationis, provisionem reservatis inhibitionis constitutis et voluntatis infringere et cetera.

Datum Fundis, XI Kalendas Decembris, anno primo.

In eodem modo venerabili fratri episcopo Paphensi et dilectis filiis abbati monasterii de Episcopia Nicosiensis diocesis ac decano ecclesie sancti Agricoli Avenionensi, salutem *etc.* Laudabilia probitatis *etc. usque* obtinere.

Quocirca discretionem vestram per apostolica scripta mandamus quatinus vos vel duo aut unus vestrum, per vos vel alium seu alios eundem Iohannem, vel procuratorem suum eius nomine, ex nunc auctoritate nostra in eadem ecclesiam ⁵ recipi facientes in canonicum et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie cum

||dicti iuramentis|| plenitudine ^η assignatis prebendam huiusmodi per nos, ut premittitur, reservatam si tempore reservatis nostre huiusmodi vacabat, ibidem vel propterea vacavit aut cum illam inibi vacare contingerit prefato Iohannem post acceptionem predictam cum omnibus iuribus et pertinentiis suis eadem auctoritate conferre et assignatum curetis. Inducentis eundem Iohannem vel ||dictum|| procuratorem suum ^θ pro eo in corporalem possessionem prebende ac iurium et pertinentiarum predictorum et deffendentis inductum sibi facientes de ipsorum canonicatus et prebende fructibus, redditus, proventuum, iuris et obventiis universis integre responderi, non obstantibus omnibus supradictis seu si eisdem archiepiscopo et capitulo vel quibusvis aliis communiter vel divisim a predicta Sede indultum existat quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem contradictoris auctoritatem nostram et cetera. Datum *ut supra*.

^α commedaris R ^β beneficium *del.* R ^γ ut *del.* R ^δ ipsas *del.* R ^ε nulli *del.* R ^{στ} te *del.* R ^ζ in canonicos *del.* R ^η iuris canonici *del.* R ^θ eius nomine *del.* R

α-2

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 279, f. 85r

Αναφορά: Hoberg, *Taxae*, σ. 93

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Episcopus Paphensis *mg. s. XIX Card. mg. d.*

<Αβινιόν>

2 Απριλίου 1379

Πληρωμή 2.000 χρυσών φλορινιών από τον Πέτρο de Solerio για λογαριασμό του επισκόπου Πάφου Ραϋμόνδου.

Die IIda dicti mensis Aprilis magister Petrus de Solerio scriptor domini nostri pape, qui [similiter alias] ut privata personam se [obligis] nunc procuratorio nomine domini Raimundi episcopi Paphensi et promisit pro suo communi servitio Im florenorum auri et quinque servitia consueta terminis eidem alia super hac datis in sino esse

remanentibus presentibus dominis Petri [Gerardi] camerario et Iohanne de Meranesio sacri collegii clericis.

α-3

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: **Reg. Aven. 215, f. 144v**
Έκδοση: Ανέκδοτο

Αβινιόν

7 Ιουλίου 1379

Στον Petrus de Solerio, θησαυροφύλακα της αρχιεπισκοπής Λευκωσίας και γραμματέα του πάπα δίνεται άδεια για την τέλεση της Θείας Λειτουργίας σε απαγορευμένη τοποθεσία.

Clemens *etc.* dilecto filio magistro Petro de Solerio thesaurario ecclesie Nicosiensis scriptori nostro, salutem et apostolicam benedictionem.

Devotionis tue sinceritas premeretur ut, votis tuis in hiis presertim que ad tue salutem anime cedere valeant, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus. Tuis itaque supplicationibus inclinati autoritate tibi presentium indulgemus, ut si fors ad loca ecclesiastico interdicto supposita te contigerit declinare liceat tibi in illis clausis ianuis, excommunicatis et interdictis exclusis, non pulsatis campanis et summissa voce in tua et tuorum domesticorum presentia missam et alia officia celebrare seu facere celebrari Domino nostro tu vel illi causam non dederitis interdicto nec id tibi vel illis contigerit specialiter interdicti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire, siquis autem hoc attemptari presumpserat indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se moverit incursum.

Datum Avinione, Nonas Iulii, pontificatus nostri anno primo.

α-4

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: **Reg. Aven. 219, f. 447v**
Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: XX XX XX XX XX XX XX *mg. d.*

Αβινιόν

11 Ιουλίου 1379

Ο επίσκοπος Αμμοχώστου Αρνάλδος μετατίθεται στην επισκοπή του Lombez στη Γαλλία, μετά τον θάνατο του επισκόπου Γουλιέλμου.

Venerabili fratri Arnaldo episcopo Lomberiensi, salutem *etc.*

Romani pontificis, que Pastor Ille celestis et episcopus animarum potestatis sibi plenitudine tradita ecclesiis pretulit universis, plena vigiliis sollicitudo requirit ut iuxta cuiuslibet statum ecclesie sic vigilanter excogitet, sicque prospiciat diligenter, quod per eius providentiam, circumspectam nunc per simplicis provisionis officium, nunc vero per ministerium translationis accommode prout personarum, locorum et temporum qualitas exigit ecclesiis singulis pastor accedat idoneus et rector providus deputetur, qui populum sibi commissum, salubriter dirigat et informet et ecclesiis ipsis votive prosperitatis afferat incrementa.

Dudum siquidem, bone memorie Guillelmo Lomberiensi episcopo regimini Lomberiensis ecclesie presidente, nos, cupientes eidem ecclesie cum eam vacare contingeret per operationis nostre ministerium utilem et idoneam presidere personam, provisionem eiusdem ecclesie ordinationi et dispositioni nostre ea vice duximus specialiter reservandam, decernentes extunc irritum et inane si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigeret attemptari.

Postmodum vero, prefata ecclesia, per obitum eiusdem Guillelmi episcopi, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacante, nos, vacatione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta, ad provisionem ipsius ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit neque potest, reservatione et decreto obsistentibus supradictis, ne ipsa ecclesia longe vacationis exponeretur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de preficiendo eidem personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te episcopum Famagustanum consideratis grandum // ^{448r} virtutum tuarum meritis, quibus personam tuam sicut testimoniis fidedignis accepimus divina gratia insignivit et quod tu, qui regimini Famagustane ecclesie hactenus laudabiliter prefuisti dictam Lomberiensem ecclesiam scies et poteris auctore Domino utiliter regere et feliciter gubernare nostrum animum duximus

dirigendum. Intendentes itaque tam dicte Lomberiensis ecclesie, quam eius gregi Dominico salubriter providere, te a vinculo quo eidem Famagustane ecclesie, cui tunc preeras, tenebaris de dictorum fratrum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes te ad dictam Lomberiensem ecclesiam transferimus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem dicte Lomberiensis ecclesie, tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie commitendo, liberamus que tibi dando licentiam ad eandem Lomberiensem ecclesiam transferendi firma spe fiduciaque conceptis, quod tuos actus et opera illius clementia dirigente a quo universorum carismatum dona proveniunt, prelibate Lomberiensis ecclesie per tuam diligentem solertiam tuumque ministerium curiosum honoris et prosperitatis multiplicium votiva provenient incrementa.

Quocirca firmitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus ad prefata Lomberiensem ecclesiam cum gratia nostra benedictinis accedens, curam et administrationem predictas sic diligenter geras et solícite prosequaris, quod ipsa Lomberiensis ecclesia gubernatori circumspecto et fructuoso administratori gaudet, se commissam, ac bone fame tue odor ex laudabilibus tuis actibus latius diffundatur, tuque preter eterne retributionis premium nostre benedictionis augmentum et Apostolice Sedis gratiam exinde uberius consequi merearis.

Datum Avinione, V Idus Iulii, anno primo.

In eodem modo dilectis filiis capitulo ecclesie Lomberiensis, salutem *etc.* Romani pontificis *etc.* usque incrementa.

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eundem Arnaldum episcopum, tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato admittentes honore ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas, eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam quam ide episcopus rite tulerit in rebelles ratam habuimus et faciemus auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis clero civitatis et diocesis Lomberiensis, salutem *etc.* Romani pontificis *etc.* usque incremento.

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eundem Arnaldum episcopum Lomberiensem, tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato admittentes honore ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitas e devotas, eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter

adimplere curetis. Alioquin sententiam quam idem episcopus Lomberiensis rite tulerit in rebelles ratam habuimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis populo civitatis et diocesis Lomberiensis, salutem *etc.* Romani pontificis *etc.* usque incrementa. Quocirca universitatem vestram rogamus et hortamur attente per apostolica scripta mandantes quatinus eundem Arnaldum episcopum Lomberiensis tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum devote suscipientes debita honorificentia prosequentes ipsius salubribus monitis et mandatis humiliter intendatis, ita quod ipse in vobis devotionis filios et vos in eo per consequis patrem invenisse benivolum gaudeatis.

Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis universis vassallis ecclesie Lomberiensis, salutem *etc.* Romani pontificis *etc.* usque incrementa. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta eius quatinus eundem Arnaldum episcopum pro dicte sedis et nostra reverentia debito prosequentes honore ac ipsius monitis et mandatis salubribus efficaciter intendentes, ei fidelitatem solitam necnon consueta servitia et iura a vobis sibi debita exhibere integre studeatis. Alioquin sententiam sive penam quam idem Arnaldum episcopus rite tulerit seu statuerit in rebelles ratam habuimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Datum *ut supra*.

In eodem modo venerabili fratri Iohanni patriarche Alexandrino administratori in spiritualibus et temporalibus ecclesie Tholosanensis per Sedem apostolicam deputato, salutem *etc.* Ad cumulum tue cedit salutis et fame, si personas ecclesiasticas, presertim pontificali dignitate preditas divine propiciationis intuitu, oportuni presidii et favoris gratia prosequaris.

Dudum siquidem *etc.* usque incrementa. Cum igitur ut idem Arnaldum episcopus in commissa predictae ecclesie Lomberiensis //^{448v} sibi cura facilius proficere valeat, tuus favor ei fore noscatur plurimum opportunus, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes quatinus predictos episcopum et commissam sibi ecclesiam ecclesie Tholosanensis suffraganeam habens pro nostra et apostolica Sedis reverentiam propensius commendatis in ampliandis et reservandis iuribus suis sic eos [tui] favoris auxilio ^u prosequaris, quod ipse episcopus tuo fultus auxilio in comisso sibi ecclesie prefate regimine se possit utilius exercere tuque divinam misericordiam valeas exinde uberius promereri.

Datum ut supra.

In eodem modo carissimo in Christo filio Carolo regi Francorum illustri, salutem *etc.*

Gratie divine premium et preconium humane laudis acquiritur si per seculares principes ecclesiarum prelati presertim ecclesiarum cathedralium regimini presidentibus, oportuni favoris presidium et honor debitus impendatur.

Dudum siquidem *etc. usque* incrementa. Quocirca serenitatem regiam rogamus et hortamur attente, quatinus eundem Arnaldum episcopum una cum ecclesia suo comissa regimini habens pro divina et Apostolice Sedis reverentia propensius commendatos sic eisdem te exhibeas favore regio benivolum et in oportunitatibus generosum, quod idem episcopus per auxilium tue gratie in commisso sibi ecclesie predictae regimine utilius proficere valeat tuque pro inde consequaris premia felicitatis eterne ac nos etiam celsitudinem regiam condignis possimus in domino laudibus comendare.

Datum ut supra.

^a gratia *del.* R

α-5

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαική σειρά: Reg. Aven. 217, f. 530r-v

Έκδοση: *Acta Clementis VII*, αρ. 20. K. Eubel, *Die Avignonische*, σ. 5, αρ. 39

Αβινιόν

13 Ιουλίου 1379

Ο Φραγκίσκος Raffardi εκλέγεται επίσκοπος Αμμοχώστου, μετά τη μετάθεση του Αρνάλδου στην επισκοπή του Lombez στη Γαλλία.

Dilecto filio Francisco Rafardi electo Famagustano salutem etc.

Inter sollicitudines varias quibusque assidue premimur illa potissime pulsatur et excitatur mentem nostram, ut status ecclesiarum omnium cura nostre divina providentia commissarum spiritualiter et temporaliter augeatur quodque illis presertim que suis destitute pastoribus vacationis incommoda deplorare noscuntur, tales ministros

preficere studeamus, per quorum regimina ecclesie ipse utiliter et salubriter valeant gubernari.

Dudum siquidem, ^a provisiones omnium ecclesiarum cathedralium tunc apud apostolicam Sedem vacantium et vacaturorum imposterum apud eam ordinatoni et dispositioni nostre reservantes, decrevimus extunc irritum et inane si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari.

Postmodum ecclesiam Famagustanam ex eo vacante quod, nos, venerabilem fratrem nostrum Arnaldus Lomberiensis tunc Famagustanus episcopum apud Sedem predictam constitutum a vinculo, quo ipsi ecclesie Famagustane cui tunc preerat tenebatur de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes ipsum ad ecclesiam Lomberiensem tunc vacantem, auctoritate apostolica duximus transferendum, preficiendo cum eidem Lomberiensi ecclesie in episcopum et pastorem nos ad provisionem ipsius famagustanam ecclesia celerem et feliciter, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit neque potest, reservatione et decreto obsistentibus ^b supradictis ne ecclesiam ipsam longe vacationis exponentur incommodis paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem, quam de preficiendo eisdem ecclesie personam utilem et etiam fructuosam cum fructibus nostris habuimus diligentem, demum ad te Ordinis Fratrum Minorum professorem in presbiteratus ordine constitutum, religionis zelo conspicuum, litterarum scientia peditum, vite ac morum honestate decorum, in spiritualibus providum etiam temporalibus circumspectum ac aliis multiplicium virtutum meritis prout ex fidedignis testimonis accepimus insignitum direximus oculos nostre mentis, quibus omnibus debita meditationem pensatis, de persona tua, nobis et eisdem fratribus nostris ob dictorum tuorum exigentia meritorum accepta eidem Famagustane ecclesie de ipsorum fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica providemus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius Famagustana ecclesia, tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie comittendo, in Illo Qui dat gratias et largitur premia //^{530v} confidentes quod gratia dum tibi assistente propicia prefata Famagustana ecclesia sub tuo felici regimine prospere et salubriter dirigentia ac grata suscipiat in eisdem spiritualibus et temporalibus incrementa. Iugum igitur Domini tuis impositum humeris prompta devotione suscipiens, curam et administrationem predictas sic exercere studeas sollicite, fideliter et prudenter quod ipsa Famagustana ecclesia gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque

propter ecclesie retributionis presentium nostram et sedis predictae benedictionem et gratiam provide uberius consequi mereatis.

Datum Avinione, III Idus Iulii, anno primo.

In eodem modo dilectis filiis capitulo ecclesie Famagustane, salutem *etc.* Inter sollicitudines varias *etc.* usque incrementa.

Quocirca discretioni nostre per apostolica scripta mandamus quatinus eundem electum, ⁷ tamquam patrem et pastorem animarum grato admittentes honore ac exhibentes sibi obedientiam ac reverentiam debitas et devotas, eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam quam idem electus rite tulerit in rebelles ratam habuimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis clero civitatis et diocesis Famagustane, salutem *etc.* Inter sollicitudines *etc.* usque incrementa.

Quocirca discretioni nostre per apostolica mandamus quatinus eundem electum, tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato admittentes honore ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas, eius in salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam quam idem electus rite tulerit in rebelles ratam habuimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis populo civitatis et diocesis Famagustane, salutem *etc.* Inter sollicitudines *etc.* usque incrementa. Quocirca universitatem vestram rogamus et hortamur attente per apostolica scripta mandantes, quatinus eundem Franciscum electum patrem et pastorem animarum vestrarum devote suscipientes et debita honorificentia prosequentes ipsius salubribus monitis et mandatis humiliter intendatis, ita quod ipse in vobis devotionis filios et vos in eos per consequentes patrem invenisse benivolum gaudeatis.

Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis universitatem ecclesie Famagustane vassalis, salutem *etc.* Inter sollicitudines varias *etc.* usque incrementa. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eundem electum pro dicte sedis et nostram reverentiam debito prosequentes honore ac ipsius monitis et mandatis salubribus efficaciter intendentes, ei fidelitatem solitam necnon solita servitia et iura a vobis sibi debita, exhibere integraliter studeatis. Alioquin sententiam sive penam, quam idem

electus rite tulerit in rebelles ratam habuimus et faciamus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter bservari.

Datum *ut supra*.

In eodem modo ^δ venerabili fratri Archiepiscopo Nicosiensi, salutem *etc.* Ad cumulum tue cedit salutis et fame, si personas ecclesiasticas, presertim pontificali dignitate predictas divine propiciationis intuitu, opportuni presidii et favoris gratia prosequaris.

Dudum siquidem, provisiones omnium ecclesiarum *etc. usque* incrementa cum igitur ut idem Franciscus electus in comissa predicte ecclesie sibi cura facilius preficere valeat tuis favor ei fore noscatur plurimum opportunus fraternitate tuam rogamus et hortamur attente per apostolica scripta mandantes quatinus predictos electum et commissam sibi ecclesiam suffraganeam tuam habens pro nostra et Apostolice Sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis iuribus suis sit eos tui favoris auxilio prosequaris quod iem electus tuo fultus auxilio in commisso sibi prefate ecclesie regimine se possit utilius exercere tuque divinam misericordiam valeas exinde uberius promereri.

Datum *ut supra*.

In eodem modo carissimo in Christo filio Petro regi Cipri, illustri, salutem *etc.* Gratie divine premium et preconium laudis acquiritur si per seculares principes ecclesiarum prelatis presertim ecclesiarum cathedralium regni presidentibus opportuni favoris presidium et honor debitus impendatur. Dudum siquidem, provisiones *etc. usque* incrementa. Quocirca serenitatem regiam rogamus et hortamur attente quatinus eundem Franciscum electum una cum ecclesia ^ε suo commissam regimini habens pro divina et Apostolice Sedis ac nostra reverentia propensius commendatos. Sic eisdem te exhibeas favore regio benivolum et in oportunitatibus gratiosum, quod idem electus per auxilium tue gratie in commisso sibi ecclesie prefate regimine utilius proficere valeat, tuque proinde consequaris premium felicitatis eterne ac nos etiam celsitudinem regiam condignis possumus in Domino laudibus commendare.

Datum *ut supra*.

^a provisionent *del.* R ^β sub *del.* R ^γ patrem *del.* R ^δ inter sollicitudines varias. Ad cumulum tue cedit salutis et fame si personas *del.* R ^ε commisso *del.* R

α-6

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 215, f. 143v

Έκδοση: Μερικώς εκδεδωμένο *Acta Clementis VII*, τ. 2, αρ. 21

Αβινιόν

21 Ιουλίου 1379

Ο πάπας Κλήμης Ζ΄ δίνει στον επίσκοπο Αμμοχώστου Φραγκίσκο Raffardi το δικαίωμα επιλογής επισκόπων για τη χειροτόνησή του.

Dilecto filio Francisco electo Famagustano salutem *etc.*

Cum vos nuper Famagustane ecclesie, tunc pastoris regimine destituta, de persona tua nobis et fratribus nostris tuorum exigentiam meritorum accepta de fratrum eorumdem consilio auctoritate apostolica duxerimus providere, dum preficiendo te illi in episcopum et pastorem, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur, nos ad ea que ad tue commoditatis augmentum cedere valeant favorabiliter intendentes, tuis supplicationibus inclinati tibi ut a quocumque malueris antistite, gratiam et communionem Apostolice Sedis habente, et in hoc sibi assistentibus duobus vel tribus episcopis catholicis, similem gratiam et communionem habentibus, munus consecrationis recipere valeas, ac eidem antistiti ut munus predictum, auctoritatem predictam impendere libere, tibi possit plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem.

Volumus autem quod idem antistes, qui tibi prefatum munus impendet, postquam illud tibi impenderit a te, nostro et Ecclesie Romane ^a nomine, fidelitatis debite solitum recipiat iuramentum, iuxta formam quam sub bulla nostra mittimus interclusam ac formam iuramenti, quod te prestare contigerit nobis de verbo ad verbum per tuas patentes litteras tuo sigillo signatas per proprium nuntium, quamtotius destinare procuret quodque per hoc venerabili fratri nostro archiepiscopo Nicosiensi, cui prefata ecclesie metropolitico iure subesse dinoscitur nullum imposterum preiudicium generetur.

Datum Avinione, XII Kalendas Augusti, anno primo.

^a ecclesie *del. R*

α-7

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Cam. Apost., Oblig. et Sol. 43, f. 64r
Αναφορά: Hoberg, *Taxae*, σ. 53
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: Servitium episcopo Famagustano *mg. d.*

<Αβινιόν>

17 Σεπτεμβρίου 1379

Πληρωμή των συνήθων υποχρεώσεων του επισκόπου Αμμοχώστου Φραγκίσκου προς το Αποστολικό Ταμείο.

Die XVII Septembrorum

Dominus Franciscus episcopus Famagustanus promisit pro suo communi servitio camere apostolice et collegio mille et quingentos florenos auri et quinque servitia consueta. Solvendo ut supra. Alioquin *etc.*

α-8

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 279, f. 91r
Αναφορά: Hoberg, *Taxae*, σ. 53
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: Episcopus Famagustanus *mg. s. XIX Card. mg. d.*

<Αβινιόν>

17 Σεπτεμβρίου 1379

Υπόσχεση πληρωμής συνήθων υποχρεώσεων από τον επίσκοπο Αμμοχώστου Φραγκίσκο στο Αποστολικό Ταμείο.

Anno septuagesimo nono et die XVI mensis Septembris dominus Franciscus episcopus Famagustanus promisit camere apostolice et collegio pro suo communi servitio per procuratorem suum M.Vc florenorum et quinque servitia consueta.

α-9

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 217, f. 542v-543v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: XXV XXV XXV XXV XXV XXV XXV *mg. d.*

Αβινιόν

21 Οκτωβρίου 1379

Ο Θωμάς de Ammanatis, επίσκοπος Λεμεσού, μετατίθεται στην αρχιεπισκοπή της Νεάπολης στην Ιταλία μετά τον θάνατο του αρχιεπισκόπου Βερνάρδου.

Dilecto filio Thome electo Neapolitano, salutem *etc.*

Romani pontificis, quem Pastor Ille celestis et episcopus animarum potestatis sibi plenitudine tradita ecclesiis pretulit universis, plena vigiliis sollicitudo requirit ut iuxta cuiuslibet statum ecclesie sic vigilanter excogitet, sicque prospiciat diligenter idem per eius providentiam circumspectam, nunc per simplicis provisionis officium, nunc vero per ministerium translationis accommode prout personarum, locorum et ^a temporum qualitas exigit et ecclesiarum utilitas persuadet, ecclesiis singulis pastor accedat ydoneas et rector providus deputetur, qui populum sibi commissum salubriter dirigat et informet et ecclesiis ipsi votive prosperitatis afferat incrementa.

Dudum siquidem, bone memorie Vernardo archiepiscopo Neapolitano regimini Neapolitane ecclesie presidente, nos, cupientes eidem ecclesie cum vacaret utilem et ydoneum per Apostolice Sedis providentiam preesse personam, provisionem eiusdem ecclesia ordinationi et dispositioni nostra ea vice duximus specialiter reservandam, decernentes extunc irritum et inane si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Postmodum vero, prefata ecclesia per obitum eiusdem Bernradi archiepiscopi, qui extra Romanam Curiam debitum nature persolvit, vacante, nos vacatione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta, ad provisionem ipsius ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit neque potest, reservatione et decreto obsistentibus supradictis, ne ecclesie ipsa longe vacationis ^B deploraret incomoda, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem, quam de preficiendo eidem ecclesie personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te electum Nimociensem, consideratis grandium virtutum meritis, quibus personam tuam Altissimus insignivit et quod tu qui regimini

dicte ecclesie Nimociensis hactenus laudabiliter prefuisti dictam ecclesiam Neapolitana scies et poteris auctore Domino salubriter regere et feliciter gubernare direximus oculos nostre mentis. Intendentes, itaque, tam dicte Neapolitane ecclesie, quam eius gregi Dominico salubriter //^{543r} providere te a vinculo, quo ipsi ecclesie Nimociensis tui tunc peras tenebaris de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, te ad prefatam Neapolitanam ecclesiam auctoritate apostolica transferimus, teque illi preficimus in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem ipsius Neapolitane ecclesie, tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, liberamque tibi tribuendo licentiam ad eandem Neapolitanam ecclesiam transferendi, sperantes indubie, quod dirigente Domino actus tuos prefata Neapolitana ecclesia per tue industrie et circumspectionis studium fructuosum regetur utiliter et prospere dirigetur ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa.

Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus impositum tibi a Domino onus regis, dicte Neapolitane ecclesie devote suscipiens sit ipsius regimen solícite studeas exercere gregem dominicum in ea tibi creditum doctrina verbi et operis informando, quod eadem Neapolitana ecclesia per tue cooperationis ministerium fructuosum votivis iugiter proficiat incrementis et successibus prosperis augeatur, tu que provide dictam et prefate sedis et nostram benedictionem et gratiam uberius consequi merearis.

Datum Avinione, XII Kalendas Novembris, pontificatus nostri anno primo.

In eodem modo dilectis filiis capitulo ecclesie Neapolitane, salutem etc. Romani pontificis etc. usque suscipiet incrementa.

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eundem Thomam Neapolitanum electum, tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato admittentes honore ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas, eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam, quam idem electus rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis clero civitatis et diocesis Neapolitane, salutem etc. Romani pontificis etc. usque suscipiet incrementa.

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eundem Thomam electum, tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato

admittentes honore ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas, eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam, quam idem electus rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis populo civitatis et diocesis Neapolitana salutem *etc.* Romani pontificis *etc. usque* suscipiet incrementa. Quocirca universitatem vestram rogamus et hortamur attente per apostolica nobis scripta mandantes, quatinus eundem Thomam Neapolitanum electum tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum devote suscipientes et debita honorificentia prosequentes ipsius salubribus monitis et mandatis humiliter intendatis, ita quod ipse in vobis devotionis filios et vos in eo perconsequens patrem invenisse benivolum gaudeatis.

Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis universis vassallis ecclesie Neapolitane, salutem *etc.* Romani pontificis *etc. usque* suscipiet incrementa. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eundem Thomam electum predicte sedis et nostra reverentia debito prosequentes honore ac ipsius monitis et mandatis efficaciter intendentes, ei fidelitatem //^{543v} solitam necnon consueta servitia ac iura a vobis sibi debita, exhibere integre studeatis. Alioquin sententiam sine penam quam idem electus rite tulerit seu statutis in rebelles ratam habuimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Datum *ut supra*.

In eodem modo venerabilibus fratribus universis suffraganeis ecclesie Neapolitane, salutem *etc.* Romani pontificis *etc. usque* suscipiet incrementa. Quocirca ^γ universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus dicto Thome Neapolitano electo tamquam membra capiti^δ obsequentes exhibeatis ei obedientiam et reverentiam debitas et devotas, ita quod mutuo inter vos et ipsum gratia gratos sorciatur effectus et nos devotionem nostram possumus propterea in domino merito commendare.

Datum *ut supra*.

In eodem modo carissime in Christo filie Iohanne regine Sicilie illustri, salutem *etc.* Gratie divine premium et preconium humane laudis acquiritur si per seculares principes ecclesiarum prelati presertim ecclesiarum cathedralium regimini presidentibus, oportunis favoris ^ε presidium et honor debitus impendatur. Dudum siquidem *etc. usque* suscipiet incrementa. Quocirca serenitatem regiam rogamus et

hortamur attente, quatinus eundem Thomam Neapolitanum electum et ecclesiam reverentia ^{στ} suo commissa regimini habentes pro dicta et Apostolice Sedis nostra reverentia propensius et in oportunitatibus gratiosam, quod idem electus per auxilium gratie tue in commisso sibi prefate ecclesie [regere] utilius proficere valeat, tuque proinde consequaris premia felicitatis eterne, ac nos etiam celsitudinem regiam condignus possumus in Domino laudibus commendare.

Datum *ut supra*.

^a tempo *del.* R ^β depore *del.* R ^γ discretioni *del.* R ^δ campiti] capiti *ex corr.* R ^ε auxilium *del.* R ^{στ} sua *del.* R

α-10

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχεδιακή σειρά: Reg. Aven. 223, f. 45r

Έκδοση: K. Eubel, *Bullarium Franciscanum*, τ. 7, αρ. 598· K. Eubel, *Die Avignonische*, αρ. 97

Αβινιόν

5 Μαρτίου 1380

Ο φραγκισκανός Ιωάννης Stino, *penitentiarius*, εκλέγεται επίσκοπος Λεμεσού, λόγω της κένωσης της θέσης από τη μετάθεση του Θωμά de Ammanatis, ο οποίος ορίζεται επίσκοπος Νεάπολης.

Dilecto filio Iohanni ||Stino|| electo Nimociensi, salutem *etc.*

Inter cetera que superna dispositione nobis imminent peragenda, ad id nimirum solliciti corde reddimur, ut viduatis ecclesiis tales preficiamus in pastores, per quorum industriam et sollicitudinem circumspectam indemnitati eorum provideatur salubriter et ecclesie ipse felicibus in spiritualibus et temporalibus proficere valeant incrementis.

Dudum siquidem, provisiones omnium ecclesiarum cathedralium per translationem de prelatibus earum ubilibet constitutis ad alias cathedrales ecclesias per nos factas et imposterum faciendas tunc vacantium et imposterum vacaturarum ordinatione et dispositione nostre duximus reservandam, decernentes extunc irritum et inane si secus super hiis per quoscunque quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contingeret attemptari.

Postmodum vero, ecclesia Nimociensis ex eo vacante quod, nos, dilectum filium Thomam Neapolitanum, tunc Nimociensis, electum [libet] absens a vinculo quo Nimociensis cui tunc preerat, tenebatur de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, ipsum ad ecclesiam Neapolitanam, tunc vacans, auctoritate apostolica duximus transferendum, preficiendo cum eidem Neapolitane ecclesie in archiepiscopum et pastorem, nos, ad provisionem ipsius Nimociensis ecclesie celerem et felicem de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit neque potest, reservatione et decretis obsistentibus supradictis ne ecclesia ipsa Nimociensis longe vacationis subiret incommoda paternis et sollicitis studiis intendentes, post ^a deliberationem, quam de preficiens eidem Nimociensi ecclesie personam utilem et etiam fructuosam cum certis fratribus habuimus diligentem, demum ad te Ordinis Fratrum Minorum professorem, penitentiarium nostrum in presbiteratus ordine constitutum religionis zelo conspicuum, litterarum preditum vite ac morum honestate decorum, in spiritualibus providum et in temporalibus circumspexit aliisque multiplicium virtutum [nuntiis] prout familiari experientia monemus insignitum direximus oculos nostre mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua, nobis et eisdem fratribus ob dictorum tuorum exigentiam, meritorum accepta eidem Nimociensi ecclesie de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica providemus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie, tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie commitendo, in Illo Qui dat gratias et largitur premia confidentes quod prefata Nimociensis ecclesia sub tuo felici regimine, gratia tibi assistente divina, prospere dirigetur et grata suscipiet in eisdem spiritualibus et temporalibus incrementa. Iugum igitur Domini tuis impositum humeris prompta devotione suscipiens, curam et administrationem sic exercere studeas sollicite, fideliter et prudenter quod dictam Nimociensem ecclesiam gubernatori provideo et fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque preter ecclesie retributionis premium nostram et Apostolice Sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis.

Datum Avinione, III Nonas Martii, anno secundo.

In eodem modo dilectis filiis capitulo ecclesie Nimociensi, salutem etc. [Inter] cetera etc. usque incrementa.

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eundem Iohannem electum, tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato

admittentes honore ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas, eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam quam idem electus rite tulerit in rebelles ratam habuimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam condignam inviolabiliter observari.

Datum ut supra.

In eodem modo dilectis filiis clero civitatis et diocesis Nimociensis, salutem *etc.* Inter cetera usque incrementa.

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eundem Iohannem electum tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato admittentis honore ac exhibens sibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam quam idem electus rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Datum ut supra.

In eodem modo dilectis filiis populo civitatis et diocesis Nimociensi, salutem *etc.* Inter cetera *etc.* Usque incrementa. Quocirca universitatem vestram rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus eundem Iohannem electum tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum devote suscipientes et debita honorificentia prosequentes ipsius salubribus monitis et mandatis humiliter intendatis, ita quod ipse in vobis devotionis filios et vos per consequens patrem invenisse benivolum gaudeatis.

Datum ut supra.

In eodem modo dilectis filiis universis vassallis ecclesie Nimociensi, salutem *etc.* Inter cetera *etc. usque* incrementa universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eundem Iohannem electum pro dicte Sedem et nostra reverentia debito prosequaris honore ac ipsius monitis et mandatis salubribus efficaciter intendentes, ei fidelitatem solitam necnon consueta servitia et iura a vobis sibi debita, //^{45v} exhibere integre studeatis. Alioquin sententiam sine penam, quam idem electus rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Datum ut supra.

In eodem modo venerabili fratri archiepiscopo Nicosiensi, salutem *etc.* Ad cumulum tue cedit salutis et fame, si personas ecclesiasticas, presertim pontificali dignitate

preditas divine propitiationis intuitu, oportuni presidii et favoris gratia prosequaris. Dudum siquidem *etc. usque* incrementa. Cum igitur ut idem Iohannem in commissa predictae ecclesie ^β Nimociensi sibi cura facilius proficere valeat, tuus favor ei fore noscatur plurimum opportunus, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandamus quatinus predictos Iohannem electum et commissum sibi ecclesiam suffraganeam tuam habens pro nostra et dicte sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis iuris suis sic eos in favoris presidio prosequaris, quod ipse electus tuo fultus auxilio in commisso sibi ecclesie prefate regimine se possit utilius exercere tuque divinam misericordiam valeas exinde uberius providetis.

Datum *ut supra*.

In eodem modo carissimo in Christo filio Petro regi Cipri illustri, salutem *etc.* Gratie divine premium et preconium humane laudis acquiritur si per seculares principes ecclesiarum prelati presertim ecclesiarum cathedralium regimini presidentibus, opportuni favoris presidium et honor debitum impendatur. Dudum siquidem *etc. usque* incrementa. Quocirca serenitatem regiam rogamus et hortamur attente ^γ quatinus eundem Iohannem electum et ecclesiam suo commissam regnum habens pro divina et Apostolice Sedis ac nostra reverentia propensus commendatis sic eisdem te exhibeas favore regis benivolum et in opportunitatibus gratiosum, que idem electus per auxilium tue gratie in commisso sibi ecclesie prefate regimine utilius proficere valeat, tuque provide consequaris premia felicitatis eterne ac nos *etc.* celsitudinem regiam condigne possumus in Domino laudibus commendatis.

Datum *ut supra*.

^α deliberam *del.* R ^β Nimosensis *del.* R ^γ per apostolica *del.* R

α-11

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαική σειρά: Reg. Aven. 223, f. 188r-v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Στην αρχή του εγγράφου: XXIV.

Παραχώρηση του δεκανάτου της αρχιεπισκοπής Λευκωσίας στον Ιωάννη de Populo, κανονικό της επισκοπής του Urgell (Urgellensis) από τον αρχιεπίσκοπο Βερεγγάριο μετά τον θάνατο του προηγούμενου, του Βερεγγάριου Γρηγόριου. Ο Ιωάννης de Populo ήταν συγγενής του αρχιεπισκόπου Βερεγγάριου.

Venerabili fratri .. episcopo Paphensi, salutem *etc.*

Dignum arbitramur et congruum ut illis se reddat Sedes Apostolica gratiosam quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur.

Dudum siquidem felicis recordationis Gregorius papa XI predecessor noster, omnes dignitates, personatus et officia ceteraque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura quorumcumque collectorum et succollectorum fructuum et proventuum camere apostolice debitorum tunc vacantia et inantea vacatura collationi et dispositioni sue reservans, decrevit extunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerent attemptari.

Postmodum vero, decanatu ecclesie Nicosiensis per obitum quondam Berengarii Gregorii ipsius ecclesie decani, qui, fructuum et proventuum huiusmodi in toto Regno Cipri collector existens, extra Romanam Curiam dicto predecessore vivente decessit, vacante, dictoque predecessore per eum de ipso decanatu non disposito, sicut Domino placuit, sublato de medio, nos, divina favente clementia ad apicem summi apostolatus assumpti, cum a nonnullis in dubium revocaretur an post ipsius predecessoris obitum aliquis preter Romanum pontificem de dignitatibus, personatibus officiis ac aliis beneficiis ecclesiasticis per eundem predecessorem dispositioni sue reservatis et tempore obitus dicti predecessoris vacantibus disponere potuisset sive posset, ad huiusmodi ambiguitatis tollendum dubium per nostras litteras declaravimus dignitates, personatus et officia ac alia beneficia huiusmodi, que sic reservata tempore obitus ipsius predecessoris vacabant, //^{188v} ut prefertur, remansisse et remanere per huiusmodi reservationem et decretum affecta nullumque de illis preter Romanum pontificem ea vice potuisse vel posse disponere quoquomodo, ac decrevimus extunc irritum et inane quicquid in contrarium a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsitan erat, tunc vel contigerent imposterum attemptari. Cum itaque dictus decanatus adhuc – ut prefertur – vacet, nullusque de illo preter Romanum pontificem disponere potuerit neque possit reservatione, declaratione ac decretis obsistentibus supradictis, nos, volentes dilectum filium Iohannem de Populo

canonicum Urgellensem, apud nos de vite ac morum honestate aliasque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum, pro quo etiam venerabilis ^a frater noster Berengarius archiepiscopus Nicosiensis, asserens eundem Iohannem dilectum consanguineum suum existere, nobis super hoc humiliter supplicavit, horum intuitu favore prosequi gratiose, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus si, post diligentem examinationem, dictum Iohannem ad hoc idoneum esse repperis, super quo tuam conscientiam oneramus, dictum decanatum, qui sine cura est et qui in eadem ecclesia dignitas maior post pontificalem existit et ad quem quis per electionem assumitur, sic vacantem cum omnibus iuribus et pertinentiis suis eidem Iohanni auctoritate apostolica conferas et assignes, inducens per te, vel alium seu alios eundem Iohannem vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem decanatus, iuriumque et pertinentiarum predictorum et defendens inductum, amoto ab eo quolibet detentore, ac faciens ipsum vel dictum procuratorem pro eo ad huiusmodi decanatum – ut est moris – admitti sibi que de ipsius decanatus fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi; contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie contrariis iuramento, confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis; aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de dignitatibus, personatibus vel officiis in dicta ecclesia speciales vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis vel alias legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus in assecutione dicti decanatus prefatum Iohannem volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem dignitatum, personatum vel officiorum aut beneficiorum aliorum preiudicium generari; seu si archiepiscopo Nicosiensi qui est pro tempore et dilectis filiis capitulo ipsius ecclesie vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de dignitatibus, personatibus vel officiis aut aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem <et> provisionem presentatis seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non inserta effectus

earum impedire valeat quomodolibet vel differi et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Aut si dictus Iohannes presens non fuerit ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie solitum iuramentum, dummodo in absentia sua per procuratorem ydoneum et cum ad ecclesiam ipsam accesserit corporaliter illud prestet, seu quod idem Iohannes canonicatum et prebendam ecclesie Urgellensis noscitur obtinere. Nos enim irritum, prout est, decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsitan est hactenus vel contigeret imposterum attemptari.

Datum Avinione, VIII Idus Martii, pontificatus nostri anno secundo.

^a fra *del.* R

α-12

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 223, f. 210r-v
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: De Ca. R. Mart. *mg. s. XX^m mg. d.*

Αβινιόν

8 Μαρτίου 1380

Παραχώρηση του αξιώματος του θησαυροφύλακα της επισκοπής Λεμεσού στον Βαρθολομαίο Scaface, ιερατικό προϊστάμενο του ναού του αγίου Γεωργίου στη Λεμεσό, κανονικού Λευκωσίας και Λεμεσού μετά τον θάνατο του Ιωάννη Folcherio.

Dilecto filio officiali Nicosiensi, salutem *etc.*

Dignum arbitramur et congruum ut illis se reddat Sedes Apostolicam gratiosam quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur. Cum itaque – sicut accepimus – thesauraria ecclesie Nimociensis, quam quondam Iohannes Folcherii ipsius ecclesie thesaurarius dum viveret obtinebat, per obitum eiusdem Iohannis, qui, felicis recordationis Gregorio papa XI predecessore nostro in humanis agente curialis existens, ac de civitate, Avinionensi, in qua tunc idem predecessor cum Romana curia residebat, ad civitatem Aptensem, ultra duas dietas legales a dicta curia non remotam

et in qua proprium domicilium non habebat, causa recreationis secedens, antequam ad curiam rediret eandem, ibidem dicto predecessore vivente diem clausit extremum, vacet ad presens, nos, volentes dilectum filium Bartholomeum Scafasse canonicum dicte ecclesie, licentiatum in decretis, apud nos de vite ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu favore prosequi gratioso, ipsumque in eadem ecclesia amplius honorare, discretioni tue per apostolica scripta, mandamus quatinus si, post diligentem examinationem, dictum Bartholomeum ad hoc idoneum esse reppereris, super quo tuam conscientiam oneramus, dictam thesaurariam, si – ut premititur – vacat et tempore date presentium non sit in ea alicui specialiter ius quesitum, etiam si thesauraria ipsa dignitas vel personatus seu officium et curata existat ac ad eam quis per electionem consueverit assumi, et ex eo quod idem Iohannes dudum tunc curialis existens in dicta civitate Aptensi decessit – ut prefertur – dispositioni apostolice reservata existat, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis eidem Bartholomeo auctoritate apostolica conferas et assignes, inducens per te, vel alium seu alios eundem Bartholomeum, vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem thesaurarie iuriumque et pertinentiarum predictorum et defendens inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, ac faciens ipsum vel dictum procuratorem pro eo ad huiusmodi thesaurariam – ut est moris – admitti sibi que de ipsius thesaurarie fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi, contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus dicte ecclesie contrariis iuramento, confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de dignitatibus, personatibus vel officiis ipsius ecclesie speciales aut aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus in assecutione dicte thesaurarie prefatum Bartholomeum volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem dignitatum, personatum vel officiorum ac beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si venerabili fratri nostro episcopo et dilectis filiis capitulo Nimociensibus vel quibusvis aliis comuniter vel divisim ab eadem sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de dignitatibus, personatibus vel officiis ipsius ecclesie aut aliis

beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem, electionem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differi et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis; aut si dictus Bartholomeus presens non fuerit ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus dicte ecclesie ratione thesaurarie huiusmodi solitum iuramentum, dummodo in absentia sua per procuratorem ydoneum et cum ad ecclesiam ipsam accesserit corporaliter illud prestat, seu quod idem Bartholomeus predictae Nimociensis et Nicociensis canonicatus et prebendam ac prioratum sine cura secularis et non collegiate Sancti Georgii ^a Nimociensis ecclesiarum noscitur obtinere. Nos enim si dictus Bartholomeus ad hoc repertus fuerit ydoneus, //^{210v} ex nunc proinde irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, ac si die date presentium eidem Bartholomeo ad hoc reperto ydoneo de dicta thesauraria cum interpositione decreti mandavissemus provideri.

Datum Avinione, VIII Idus Martii, anno secundo. [P. Bosqueri]. Expedita VI Nonas Iulii, anno nono. R. De Valle. Tradita parti II Nonas Iulii, anno nono. Iohannes.

^a Nico *del.* R

α-13

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 222, f. 628v
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: de [S. Martis] *mg. s. XX^o mg. d.*

Αβινιόν

28 Μαρτίου 1380

Παραχωρείται στον επίσκοπο Λεμεσού Ιωάννη το δικαίωμα να δώσει άδεια τέλεσης γάμου σε έξι άντρες και γυναίκες που έχουν κώλυμα γάμου λόγω τρίτου και τέταρτου βαθμού συγγένειας.

Venerabili fratri Iohanni episcopo Nimociensi, salutem *etc.*

Personam tuam nobis et apostolice sedi devotam tuis exigentibus meritis, paterna benivolentia prosequentes, illam tibi gratiam libenter impendimus per quam te possis aliis reddere gratiosum.

Tuis itaque supplicationibus inclinati fraternitati tue de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus dispensandi hac vice auctoritate apostolica cum sex viris et totidem mulieribus tam tuorum quam aliarum quarumcumque civitatum et diocesis regni Cypri tertio et quarto consanguinitatis vel affinitatis gradibus se invicem attinentibus ac desiderantibus matrimonialiter copulari ut ipse, dum tamen mulieres huiusmodi propter hoc rapte non fuerint, impedimentis, que ex huiusmodi consanguinitatibus vel affinitatibus proveniunt non obstantibus matrimonia inter se libere contrahere ac in eis, postquam contracta fuerint, licite remanere valeant prolem, que ex huiusmodi matrimoniis suscipiendam legitimam decernendi plenam et liberam concedimus auctoritate predicta tenore presentium facultatem.

Datum Avinione, V Idus Aprilis, anno secundo.

α-14

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 279, f. 99v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Episcopi Nimociensis *mg. s.* ^a XX Card. ^b XXIII Card. *mg. d.*

4 Απριλίου 1380

Υπόσχεση πληρωμής συνήθων υποχρεώσεων από τον επίσκοπο από τον επίσκοπο Λεμεσού στο Αποστολικό Ταμείο, ύψους 1000 χρυσών φλορινιών. Υπόσχεται ομοίως και για τους προκατόχους του Αντεμάριο και Θωμά.

Eadem die et presentibus quibus super dominus Iohannes episcopus Nimociensis in Chipro promisit camere et collegio pro suo communi servitio mille florenorum auri de camera et quinque minuta servitia consueta. ^a

Item recognovit et camere et collegio pro communi servitio domini Ademari ante predecessoris sui [autem] episcopi Massiliensis aliis mille florenorum uri et quinque minuta servitia consueta. Solvendo ut supra. Alioquin *etc.* Iuravit *etc.*

Item pro domino Thoma etiam [festo] exinde archiepiscopo Neapolitanus totum valent III servitia. CXI [floneromum] III [soldi] III [denarii].

α-15

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 222, f. 477v

Έκδοση: *Acta Clementis*, τ. 2, αρ. 27· βλ. και Reg. Vat. 292, f. 109v

Σημειώσεις: Στον ίδιο τόμο στο φύλλο 475v υπάρχει η ίδια πράξη διαγραμμαμένη.

Αβινιόν

9 Απριλίου 1380

Γνωστοποίηση στον επίσκοπο Πάφου του ζητήματος που έχει προκύψει μεταξύ του αρχιεπισκόπου Λευκωσίας και του επισκόπου Λεμεσού.

Venerabili fratri episcopo Paphensi, salutem *etc.*

Exhibita nobis nuper pro parte venerabili fratris ^a nostri Ioannis, episcopi Nimociensis, petitio continebat, quod ipse ex certis causis dubitat, quod inter venerabilem fratrem nostrum archiepiscopum Nicosiensem ac eius officiales et procuratores et eundem episcopum questiones, lites, dissensiones, controversie ac iurgia super diversis causis et negotiis debeant imposterum exoriri et quod propter gravamini, tam iudicialia quam extraiudicialia, eidem episcopo per archiepiscopum, officiales et procuratores predictos forsitan inferenda, oportebat eundem episcopum per appellationis ^b remedium et quandoque per viam querele simplicis ad Sedem apostolicam recurrere et quod eidem episcopo grave esset, quod singulis eius querelis seu appellationibus ad dictam Sedem habere recursum. Quare pro parte ipsius episcopi fuit nobis humiliter supplicatum ut prendere sibi in premissis de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque huiusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati

tue per apostolica scripta committimus et mandamus quantenus, vocatis qui fuerint evocandi, omnes et singulas, tam appellationum interponendarum quam alias quascunque causas, quas ^γ eundem episcopum contra archiepiscopum ac officiales et procuratores predictos, vel [econtra] habere contingerit per viam simplicis querele vel alias audias et quod iustum et canonicum fuerit, appellatione remota, decernas, faciens quod decerneris, auctoritate nostra firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante, compellas veritati testimonii perhibere. ^δ Non obstantibus constitutionibus apostolicis de personis ultra certum numerum ad iudicium non vocandis et aliis contrariis quibuscunque, seu si archiepiscopo, officialibus et procuratoribus predictis, vel quibusvis aliis, communiter vel divisim, a predicta sit Sede indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Datum Avinione, quinto Idus Aprilis, anno secundo.

^α nostris *del.* R ^β remed *del.* R ^γ eu *del.* R. ^δ quibuscunque quibuscunque *del.* R

α-16

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Vat. 292, f. 109v-110r.
Έκδοση: *Acta Clementis VII*, τ. 2, αρ. 27

Αβινιόν

9 Απριλίου 1380

Ο πάπας Κλήμης ορίζει δικαστή, ο οποίος πρόκειται να εξετάσει τη διαφορά που έχει προκύψει μεταξύ του επισκόπου Λεμεσού και του αρχιεπισκόπου Λευκωσίας. Στο έγγραφο δεν αναφέρεται ποια είναι η αιτία της διαμάχης τους.

Venerabili fratri et episcopo Paphensibus, salutem *etc.*

Exhibita nobis nuper pro parte venerabilis fratris nostri Iohannis episcopi Nimociensis petitio continebat, quod ipse ex certis causis dubitat, quod inter venerabilem fratrem nostrum et archiepiscopum Nicosiensem ac eius officiales et

procuratores et eiumdem episcopum questiones, lites dissensiones, controversie ac iurgia super diversis causis et negotiis debeant imposterium exoriri et quod propter gravamina tam iudicialia quam extraiudicialia eidem episcopo per archiepiscopum, officiales et procuratores predictos forsitan inferenda, oportebat eiundem episcopum per appellationis remedium et quandoque per viam querele simplicis ad Sedem apostolicam recurrere et quod eidem episcopo grave esset, quod singulis eius querelis seu appellationibus ad dictam Sedem habere recursum. Quare pro parte ipsius episcopi fuit nobis humiliter supplicatum, ut providere sibi in premissis de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque huiusmodi supplicationibus inclinati fraternitati tue per apostolica scripta committimus et mandamus quatenus, vocatis qui fuerint evocandi, omnes et singulas, tam appellationum interponendarum, qua alias quascumque causas, quas eumdem episcopum contra archiepiscopum ac officiales et procuratores predictos, vel econtra, habere contingerit per viam simplicis querele vel alias audias et quas iustum et canonicum fuerit, appellatione remota, decernas. Faciens quod decerneris auctoritate nostra firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante, compellas veritati testimonium prohibere.

Non obstantibus constitutionibus apostolicis de personis ultra certum numerum ad iudicium non vocandis et aliis contrariis quibuscunque seu si archiepiscopo, officialibus et procuratoribus predictis vel quibusvis aliis, communiter vel divisim a predicta sit Sede indultum quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. //^{110r}

Datum Avinione, V Idus Aprilis, anno secundo.

α-17

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Cam. Ap., Collect. 359, f. 25r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Littera collectorii Cipri, quod solvat VIIIm florenos camere *mg. s.*

Αβινιόν

12 Απριλίου 1380

Πληρωμή 7.000 χρυσών φλορινιών στον αποστολικό φοροσυλλέκτη επίσκοπο Πάφου Ραϋμόνδο από τα spolia του τέως αρχιεπισκόπου Λευκωσίας στον Γκαντονέτο.

Petrus *etc.* reverendo in Christo patri domino Raymundo episcopo Paphensi in regno Cipri, Apostolice Sedis nuntio et collectori, salutem in Domino.

Cum camera apostolica teneatur nobili et potenti viro domino Gantoneto de Abzado militi in septem milibus florenis auri de camera ^a et pro certis causis vobis non cognotis, prout in litteris apostolicis super hoc confectis latius continetur, de quibus, ut pro eius parte asseritur, eidem nondum extitit satisfactum, eapropter, nobis humiliter supplicato pro parte ipsius super hiis de remedio provideri oportunum, vobis tenore presentium precipimus et mandamus quatinus de bonis, spoliis, debitis et creditis bone memorie domini R. archiepiscopi Nicossiensis per vos perceptis seu recipiendis dictam summam VIIIm florenorum auri eidem domino Gantoneto exsolvatis seu exsolvi faciatis, prout in litteris apostolicis habetis in mandatis, facientes de hiis que assignaveritis duo confici publica instrumenta, quorum uno penes vos retendo, reliquum vero camere apostolice mittere non tardetis, taliter in premissis vos habentes quod vobis iterato super hoc scribere non sit opus.

Datum Avinione, *etc.* die XII mensis Aprilis, anno *etc.* LXXX.

^a de *del.* R

α-18

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Cam. Ap. Collect. 359, f. 25r-25v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: *Item eidem quod si constet solvat Ilc ducatis mg. s.*

Αβινιόν

12 Απριλίου 1380

Ο Ραϋμόνδος επίσκοπος Πάφου και αποστολικός φοροσυλλέκτης επίσκοπο Πάφου καλείται να διευθετήσει για λογαριασμό του Fulconetus de Sarnallo ζήτημα οφειλής 200 δουκάτων από τον αρχιεπίσκοπο.

Petrus et cetera. Reverendo in Christo patri domino reverendo episcopo Paphensi et cetera *ut supra*. //^{25v} pro parte Fulconeti de Sarnallo domicelli Sarletensis diocesis olim scutiferi bone memorie domini reverendo archiepiscopi Nicosiensis nobis expositum existit conquerendo quod dudum videlicet tempore quo uniebat dictus dominus archiepiscopus ipse dominus archiepiscopus tenebatur eidem, in ducentis ducatis auri prout idem archiepiscopus pluries in presentia [p...] Mathei [... ...] et plurium aliorum fidedignorum recognovit de quibus [nec ante] eius obitus nec post satisfactionem habere potuit – ut asserit – neque potest in grande ipsius conquerentes preiudicium atque dampnum.

Quare nobis humiliter supplicat de et super predictis de remedio oportuno provideri. Nos itaque suis in hac parte supplicationibus inclinati, vobis tenore presentium committimus et precipientes mandamus quatinus de et super dicto debito vos cum diligentia informetis et si per informationem [humanam] vobis constitit, dictos ducentos florenos eidem deberi – ut exponit – de bonis spoliis, debitis et creditis ipsius quondam archiepiscopi nomine dicte camere per vos receptis seu recipiendis dictos Ducatos auri exsolvatis seu solvi faciatis taliter quod ad nos [ulterius] non redeat pro predictis querelosis [retinentes] pro vestra et dicte camere cautela quittance de solutis, ut ea visti in vestris [corporis] sic soluta allocentur.

Datum Avinione, *etc.* die XII Aprilis, anno *etc.* LXXX.

α-19

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχιεπισκοπική σειρά: Cam. Ap., Collect. 359, f. 25v-26r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: *Item eidem quod si constet satisfaciat de fructibus, debitis etc. mg. s.*

Αβινιόν

12 Απριλίου 1380

Ο Πέτρος de Solerio ενημερώνει το Αποστολικό Ταμείο ότι μετά τον θάνατο του αρχιεπισκόπου δεν έχει λάβει κανένα ποσό, απ' όσα αναλογούν στην αρχιεπισκοπή, επειδή ο παπικός φοροσυλλέκτης πήρε τα χρήματα.

Petrus *etc.* Reverendo in Christo patri *etc.* ut super supplicatione vobis oblatam pro parte venerabili viri domini Petri de Solerio canonici [pre...ti] et //^{26r} thesaurarii

ecclesie Nicossiensis scriptorisque litterarum apostolicarum nos recepisse noveritis, cuius tenor sequitur sub hiis verbis exponit reverendo patri [...] devotus et humilis servitor vir Petrus de Solerio canonicus [pre...tus] et thesaurarius ecclesie Nicossiensis ac scriptor litterarum apostolicarum, quod cum prefata Nicossiensis ecclesia vacaverit per unum anni post mortem bone memorie reverendi archiepiscopi Nicossiensis cuius fructus *etc.* ipsius anni ad cameram apostolicam pertinent et pertinere debent idemque exponens de fructibus *etc.* suorum canonicatus et prebende ac thesaurarie predictorum licet debeant de fructibus *etc.* ad mensam archiepiscopali pro tempore existis canonicis et aliis de ecclesie persolvi seu assignari nichil recepit et eosdem habere non potuit ex eo quod collector apostolicus in illis partibus fructus dicte mense archiepiscopalis recepit, supplicat igitur [e. p. v.] idem exponens, quatinus [dignemini] precipiendo mandare collectori seu quibusvis aliis qui nomine dicte camere ipsos fructus lapidaria debita seu arreragia qua debentur ^a adhuc de illo anno quo ipsa ecclesia Nicossiensis vacavit collegerunt seu receperunt, colligent seu recipient in fructus, ut sibi satisfaciat indilate de huiusmodi fructibus sibi de ipso anno debitis ratione beneficiorum suorum predictorum cum clausis oportunis. Qua supplicatione littera, nos, attendentes contenta in eadem volentes alicui in iustitia deficere [sicut] nec, debemus, vobis tenore presentium, committimus et precipiendo mandamus quatinus de et super predictis in ipsa supplicatione contentis, vos cum diligentia informetis et si per [humanam] informationem vobis constiterit quod dictus dominus Petrus non humiliter de illo anno fructus dictorum suorum canonicatus ^b prebende et thesaurarie prout habere debeat et alia consuetum fuerat et pro dictis quondam collector sibi in aliquo teneretur et camera receperit unius iuste de bonis spoliis, debitis et creditis dicti quondam archiepiscopi nec non dicti quondam collectoris usque ad summam, de qua [... ...] per vos receptis seu recipiendis eidem domino Petrus supplicati vel eius procuratori satisfaciatis integre prout vobis iustum // ^{26v} visum fuerit et rationis recipientes ab eodem vel dicto procuratore suo quittance de solutis, ut ea visit quoque sibi assignanteris in vestris corporis facilius [allocari] faciamus. [...] in premissis vos habentes quod vobis [iteratio ...] non sit opus.

Datum Avinione [etc.] die XII Aprilis anno [etc.] LXXXo.

^a de *del. R* ^b et *del. R*

α-20

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 223, f. 66v-67r

Έκδοση: K. Eubel, *Bullarium Franciscanum*, τ. 7, αρ. 600· Atanasio Lopez, «Fr. Francisco Raffardi (?) obispo de Famagosta 1379-1380: de Segorbe y Albarracin 1389?», *Revista Franciscana*, τ. 40 (1912), σ. 81

Σημειώσεις: A. mg. s. XXXXXXXXXXXXXXXX= mg. d.

Αβινιόν

28 Μαΐου 1380

Ο επίσκοπος Αμμοχώστου Φραγκίσκος Rafardi μετατίθεται στην επισκοπή της Segorbe-Albarracín λόγω μετάθεσης του επισκόπου της, του Iñigo de Vallterra στην αρχιεπισκοπή της Ταρραγόνας.

Dilecto filio Francisco electo Segobricensi et de Sancte Marie de Albarasino, salutem etc.

Romani pontificis, quem Pastor Ille celestis et episcopus animarum potestatis sibi plenitudine tradita ecclesiis pretulit universis, plena vigiliis sollicitudo requirit ut iuxta omnibus statum ecclesie sic vigilanter excogitet, sicque prospiciat diligenter, quod per eius providentiam circumspectam, nunc per simplicis provisionis officium, nunc vero per ministerium translationis accommode prout personatum, locorum et temporum qualitas exigit ecclesiis singulis pastor accedat idoneus et rector providus deputetur, qui populum sibi commissum salubriter dirigat et informet et ecclesiis ipsis votive prosperitatis afferat incrementa.

Sane Segobricensis et Sancte Marie de Albarasino ecclesiis, invicem canonice unitis, ex eo vacantibus, quod, nos, hodie venerabilem fratrem nostrum Enecum episcopum ||olim|| Segobricensem et Sancte Marie de Albarasino in archiepiscopum Terraconensem electum, licet absentis, a vinculo quo ipsis ecclesiis Segobricensis et Sancte Marie de Albarasino quibus tunc preerat tenebatur de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventis ipsum ad ecclesiam Terraconensem tunc vacantem, auctoritate apostolica duximus transferendum, preficientes ipsum eidem Terraconensi ecclesie in archiepiscopum et pastorem nos ad provisionem ipsarum ecclesiarum Segobricensis et Sancte Marie de Albarasino //67r celerem et felicem ne longe vacationis exponeretur incommodis paternis et sollicitis

studiis, intendentes ac cupientes eisdem Segobricensis et Sancte Marie de Albarasino
“ ecclesiis talem presidere personam qua sciret vellet posset eas preservatis a noxiis et
adversis, ac in suis manutenere iuris et etiam adaugere, post deliberationem, quam
super hiis cum eisdem fratribus habuimus diligentem, demum ad te clericum
Famagustanum, consideratis grandium virtutum tuarum meritis quibus personam tuam
sicut testimoniis fidedignis accepimus Dominus earum largitor multipliciter nostrum
annuum duximus dirigendum intendentes, itaque tam dictis ecclesiis Segobriensis et
Sancte Marie de Albarasino quam earum gregi dominico salubriter providere, te a
vinculo, quo eidem Famagustane ecclesie [in] tue preeras tenebaris de dictorum
fratrem consilio et apostolice potestatis plenitudinem, absolventes, te ad dictas
Segobriensis et Sancte Marie de Albarasino ecclesias transferimus, teque illis
preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem dictarum
Segobriensis et Sancte Marie de Albarasino ecclesiarum, in spiritualibus et
temporalibus plenarie commitendo, liberam que tibi licentiam ad easdem
Segobricensis ^β et Sancte Marie de Albarasino ecclesias transferendi, firma spem
fiduciaque conceptis, quod tuos actus et opera illius clementia dirigente a quo
universorum carismatum dona proveniant, prelibatis Segobricensi et Sancte Marie de
Albarasino ecclesiis per tuam diligentiam solertem tuumque ministerium curiosum
honoris et prosperitatis multiplicum votiva provenient incrementa.

Quocirca discretioni ||tue|| ^γ per apostolica scripta mandamus quatinus ad prefatas
Segobricensis et Sancte Marie de Albarasino ecclesias cum gratia nostre benedictionis
accedens, curam et administrationem predictas sic diligenter geras et sollicite
prosequaris, ut ipse ecclesie gubernatori circumspecto et fructuoso administratori
gaudeant se commissam, ac bone fame tue odor ex laudabilibus tuis actibus latius
diffundatur, tuque preter eterne retributionis premium nostre benedictionis
augmentum ac ipsius sedis gratiam exinde uberius consequi merearis.

Datum Avinione, V ^δ Kalendas Iunii, anno secundo.

*In eodem modo dilectis filiis capitulo Segobricensi et Sancte Marie de Albarasino
ecclesiarum, invicem canonice unitatis, salutem etc. Romani pontificis etc. usque
incrementa.*

Quocirca discretione vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eundem
Franciscum electum, tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato
admittentes honore ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitam, eius
salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis.

Alioquin sententiam quam inde electus rite tulerit in rebelles ratam habuimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observare.

Datum ut supra.

In eodem modo dilectis filiis clero, civitatis et diocesis Segobriensis et Sancte Marie de Albarasino, salutem etc. Romani pontificis etc. usque incrementa.

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eiusdem Franciscum electum, tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato admittentes honore ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas, eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter curetis. Alioquin sententiam quam idem //^{67v} electus tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Datum ut supra.

In eodem modo dilectis filiis populo civitatis et diocesis Segobricensi et Sancte Marie de Albarasino, salutem etc. Romani pontificis etc. usque incrementa.

Quocirca universitatem vestram rogamus, hortamur attente per apostolica scripta mandamus, quatinus eundem Franciscum electum, tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum devote suscipientes et debita honorificentia prosequentes ipsius salubria monita et mandata humiliter intendatis. Itaque ipse in vobis devotionis filios et vos in eo per consequens patrem invenisse benivolum gaudeatis.

Datum ut supra.

In eodem modo dilectis filiis universis vasallis Segobriensis et Sancte Marie de Albarasino ecclesiarum invicem canonice unitatis, salutem etc. Romani pontificis etc. usque incrementa. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eundem Franciscum electum pro dicte sedis et nostra reverentia debito prosequentes honore ac ipsius monitis et mandatis salubribus efficaciter intendentes, ei fidelitatem solitam necnon consueta servitia et iura sibi a vobis debita, exhibere integre studeatis. Alioquin sententiam sive penam, quam idem electus rite tulerit seu statuerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. *Datum ut supra.*

In eodem modo venerabili fratri Lupo patriarche Ierosolimitano administratori in spiritualibus et temporalibus ecclesie Cesaraugustana per Sedem apostolicam [specialiter] deputati, salutem etc. Ad cumulum tue cedit salutis et fame, si personas

ecclesiasticas, presertim ||pontificali|| dignitate preditas divine propiciationis intuitu, opportuni presidii ac favoris gratia prosequamur.

Sane *etc.* usque incrementa. ^ε Cum igitur ut idem electus in commissa predictae ecclesie sibi cura facilius proficere valeat, tuis favor ei fore noscatur plurimum oportunus, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandamus, quatinus predictos Franciscum electum et commissam sibi ecclesiam ecclesie Cesaraugustana suffraganeam habens pro nostra et dicte sedis reverentia propensius commendatos, in ampliandum et conservandum iuris suis et eos tui favoris auxilio prosequaris, quod ipse electus tuo fultus auxilio in commisso sibi ecclesie prefate regimine se posit utilius tuque divinam et nostram valeas exinde benedictionem et gratiam uberius promeretur.

Datum *ut supra*.

In eodem modo carissimo in Christo filio Petro regi Aragonum illustri, salutem *etc.* Gratie divine premium et preconium humane laudis acquiritur si per seculares principes ecclesiarum prelati, presertim ecclesiarum cathedralium regimini presidentibus, oportuni favoris presidium et honor debitus impendatur sane *etc.* usque incrementa. Quocirca serenitatem regiam rogamus et hortamur attente quatinus eundem Franciscum electum et ecclesias suo regimini commissis habentes pro divina et Apostolice Sedis nostra reverentia propensius commendatis sit eisdem te exhibeas favore regio benivolum et in oportunitatibus gratiosum, quod idem electus per auxilium tue gratie in commisso sibi ecclesiarum prefate regimine utilius proficere valeat tuque proinde consequaris premia felicitatis eterne ac nos eorum celsitudinem regiam condignis possumus laudibus in Domino commendatis. Datum *ut supra*.

^a celerem et felicem ne longe vacationis exponentur incommodum paternis et sollicitis studiis intendentes *del. R* ^b ecclesiam *del. R* ^γ vestre *del. R* ^δ V *lectio incerta* ^ε quocirca *del. R*

α-21

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαική σειρά: Reg. Aven. 223, f. 472v-473r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: De Ca. H. de Arena *mg. s. XX⁻ mg. d.*

Στον εφημέριο του ναού της Αγίας Αικατερίνης, πλησίον του κοιμητηρίου της Λευκωσίας, Νικόλαο de Braciis, δίδεται υπόσχεση για το κανονικάτο της Λευκωσίας, και για εισόδημα, όταν αυτό κενωθεί, από τις 4 Αυγούστου 1385.

Clemens episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri archiepiscopo Tarsensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Dignum arbitramur et congruum ut illis se reddat Sedes Apostolica gratiosam quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragatur. Volentes igitur dilectum filium Nicolaum de Braciis perpetuum capellanum capelle, prioratus Sancte Catherine nuncupate iuxta cimiterum Nicossiensis, in presbiteratus ordine constitutum, apud nos de vite ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu favore prosequi gratioso, firmitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus si, post diligentem examinationem, dictum Nicolaum ad hoc idoneum esse reppereris, super quo tuam conscientiam oneramus, eidem Nicolao de canonicatu ecclesie Nicossiensis, cum plenitudine iuris canonici auctoritate apostolica providere, procures faciens ipsum Nicolaum vel procuratorem suum eius nomine in eadem ecclesia in canonicum recipi et in fratrem, stalli sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie, cum dicti iuris plenitudine assignatis, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia in Nonas Augusti anni Domini millesimi trecentissimi octuagesimi quinti vel extunc inantea vacaverit, quam idem Nicolaus per se vel procuratorem suum ad hoc legitime constitutum infra unius mensis spatium, postquam sibi vel eidem procuratori vacatio illius innotuerit, duxerit acceptandam, conferendam eidem Nicolao post acceptationem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinentiis suis donationi tue auctoritate predicta reserves, districtius inhibendo, venerabili fratri nostro archiepiscopo et dilectis filiis capitulo Nicosiensibus ac illi vel illis, ad quem vel ad quos in eadem ecclesiam prebendarum collatio, provisio, presentatio seu quevis alia dispositio pertinent communiter vel divisim ne de huiusmodi prebenda interim etiam ante acceptationem eandem nisi postquam eis constiterit, quod Nicolaus vel procuratorum predicti illam voluerit acceptare disponere quoquomodo presumant ac nichilominus prebendam huiusmodi quam reservabis si – ut premittitur – vacat vel cum vacaverit, eidem Nicolao post acceptationem predictam cum omnibus iuribus et pertinentiis supradictis eadem auctoritate conferas et assignes, inducens per te, vel

alium seu alios eiundem Nicolaum, vel procuratorem suum, eius nomine in corporalem possessionem prebende, iuriumque et pertinentiarum predictorum et defendens inductum sibi faciens de ipsorum canonicatus et prebenda fructibus, redditus, proventibus, iuribus et obventibus universis integre responderi. Contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Non obstantibus de certo canonicorum numero et quibuslibet aliis ipsius ecclesie Nicosiensis statutis et consuetudinibus contrariis, iuramento, confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, aut si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in eadem ecclesia in canonicos sint recepti vel – ut recipiantur – insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis in dicta ecclesia speciales vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus, preterquam auctoritate nostra in ecclesia ipsa receptis vel prebendas expectantibus in eadem dictum Nicolaum in assecutione huiusmodi prebende volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem prebendarum ac beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si eisdem archiepiscopo et capitulo vel quibusvis //^{473r} communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum quod receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie aut aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscumque tenoris existis per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differi et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis, aut si dictus Nicolaus presens non fuerit ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus ^o eiusdem ecclesie solitum iuramentum dicti modo in absentia sua per procuratorem idoneum et cum ad ecclesiam ipsam accesserit corporaliter illud prestet, seu quod idem Nicolaus perpetuam capella nostram dicte capelle noscitur obtinere, aut si hodie pro alio vel aliis super equali vel equalibus gratia vel gratis in eadem ecclesia litteras nostras duxerimus concedendas. Nos enim tam illas quam presentes effectum sortiri volumus quacumque constitutione apostolica contraria non obstantibus volumus etiam quod si

dictus Nicolaus aliquam aliam gratiam beneficalem a nobis hactenus obtinuerit presentes littere nullius sint roboris vel momenti. Nos enim, si dictus Nicolaus ad hoc repertus fuerit idoneus, ut prefertim, ex nunc proinde irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, aut si dicte datum eidem Nicolao canonicatu eiusdem ecclesie contulisse ac prebendam cum – ut prefertur – vacare contingent, quam, idem Nicolaus acceptaret – ut prefertur – conferendam eadem Nicolao post acceptationem predictam donationi apostolice cum interpositione decreti duxissemus specialiter reservandam.

Datum Avinione, II None Augusti, anno secundo. Expedita III Kalendas Decembris, anno duodecimo. R. De Valle. Tradita parti III Kalendas Decembris, anno duodecimo. Io. Guiardi.

^a ipsius *del.R*

α-22

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαική σειρά: Reg. Aven. 223, f. 397r-v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: De Ca. H. de Arena. *mg. s. Gratis pro scriptore mg. d.*

Αβινιόν

28 Αυγούστου 1380

Παραχώρηση του κανονικάτου της Λευκωσίας και του αντίστοιχου εισοδήματός του στον Ιωάννη de Sancto Martino, ο οποίος είναι και γραμματέας του πάπα Κλήμεντος. Το κανονικάτο και το εισόδημα είχαν προσφάτως αφαιρεθεί από τον Γκριμάλντι Romanis de Auximio, ο οποίος προσχώρησε στην υποταγή της Ρώμης, και στον πάπα Ουρβανό ΣΤ΄.

Dilecto filio magistro Iohanni de Sancto Martino canonico Nicosiensi, scriptori et familiari nostro, salutem *etc.*

Honestas morum et vite, aliaque multiplicia probitatis et virtutum merita, quibus personam tuam familiari experientia iuvari percepimus, necnon grata ^a tue familiaritatis obsequia, que nobis et Apostolice Sedi hactenus fideliter impendisti et

adhuc impendere ^β sollicitis studiis non desistis, exposcunt ut tibi reddamur in exhibitione gratie liberales.

Dudum siquidem omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica tunc apud Sedem Apostolicam vacantia et inantea vacatura collationi et dispositioni nostre duximus reservanda, decernentes extunc irritum et inane //^{397v} si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigeret attemptari. Cum itaque postmodum canonicatus et prebenda ecclesie Nicosiensi, quos Grimaldus de Romanis olim ipsius ecclesie canonicus tunc obtinebat ^γ ex eo apud dictam Sedem vacaverint et vacare noscantur ad presens, quod, nos, nuper dictum Grimaldum pro eo quod ipse scelerato viro Bartholomeo, olim Barensi archiepiscopo, qui ^δ Sedem Apostolicam contra sanctiones canonicas nititur occupare, notorie adherebat, dictis canonicatu et prebenda auctoritate apostolica privavimus et amovimus penitus ab eisdem, nullusque preter nos hac vice de ipsis canonicatu et prebenda disponere poterit neque possit, reservatione et decreto obsistentes supradictis, nos, volentes tibi qui etiam secretarius noster existis, premissorum meritorum ^ε et obsequiorum intuitu gratiam facere specialem, predictos canonicatum et prebendam sic vacantes, cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iurium et pertinentiis suis apostolica tibi auctoritate motu proprio non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, conferimus et de illum etiam providemus, decernentes prout est ^{στ} irritum et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, attemptatum forsitan est hactenus vel imposterum contigerit attemptari, non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus ^ζ ipsius ecclesie contrariis iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, aut si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in eadem ecclesia in canonicos sint recepti vel, ut recipiantur, insistant, seu si super provisionibus sibi faciendi de canonicatibus et prebendis in dicta ecclesia speciales vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alia quomodolibet sit processum, quibus omnibus in dictorum canonicatus et prebende assecutione te volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem canonicatum et prebendarum, aut beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si venerabili fratri ^η nostro archiepiscopo et dilectis filiis capitulo Nicosiensi vel quibusvis aliis communiter vel divisim a predicta sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli non

possint, quodque de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie aut aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indultum huiusmodi mentionem et //^{398r} qualibet alia dicte sedis indulgentia generali ^θ vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentis non existam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi nostre gratie impeditis valeat quolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis, aut si presens non fueris ad prestandum de observandi statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie solitum iuramentum, dummodo in absentia tua per procuratoris ydoneum et cum ad ecclesiam ipsam accesseris corporaliter illud prestes. Nulli ergo *etc.* nostre collatione, provisione constitutis et voluntatis infringere *etc.*

Datum Avinione, V Kalendas Septembris, anno secundo.

In eodem modo venerabili episcopo Bononiensis et dilectis filiis archidiacono Bruxellensis in ecclesia Cameracensi ac officis Nicosiensis, salutem *etc.*

Honestas morum *usque* prestat.

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios eundem magistrum Iohannem vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem canonicatus et prebende ac iurium et pertinentiarum predictorum inducatis, auctoritate nostra, et defendatis¹ inductum, amoto ab eis quolibet detentorum facientis ipsum vel dictum procuratorem pro eo ad eandem prebendam in dicta ecclesia in canonicum recipi et in fratrem stalli sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie, cum dicti iuris plenitudine assignatis sibi de ipsorum canonicatus et prebende fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventibus universis integre responderi, non obstantibus omnibus supradictis seu si eisdem archiepiscopo et capitulo vel quibusvis aliis communiter vel divisim a prefata Sede indultum existat quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indultum huiusmodi mentionem. Contradictores auctoritate nostra *etc.* Datum *ut supra.*

^a tue *del.* ^b non desistis *del.* ^{R^γ} ex *del.* ^{R^δ} sede *del.* ^{R^ε} tuorum intuitu *del.* ^{R^{στ}} irritum *del.* ^{R^ζ} [opus] *del.* ^{R^η} nostro ^θ vel *del.* ^{R^ι} deffendatis ^R

α-23

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 230, f. 282r-v

Έκδοση: Noël Valois, *La France et le grand schisme d'Occident*. τ. 2, σ. 219, υποσ. 3

Acta Clementis VII, αρ. 27· Reg. Vat. 292, f. 68v, Reg. Aven. 222, f. 433r

Σημειώσεις: De Curia Jo. De Neapoli *mg. s.* Στην αρχή του κειμένου: XXXX.

Αβινιόν

9 Μαρτίου 1382

Ο πάπας Κλήμης απευθύνεται στον αρχιεπίσκοπο Σμύρνης και στους επισκόπους Πάφου και Νισύρου για την παραχώρηση ενός μέρους της δεκάτης, που έχει επιβληθεί για περίοδο πέντε ετών, από όλα τα εκκλησιαστικά πρόσωπα στην Ανατολή για την ενίσχυση της άμυνας της Σμύρνης. Ο αρχιεπίσκοπος Λευκωσίας και ο δεκανός της αρχιεπισκοπής είχαν προσφύγει στον πάπα εναντίον της πληρωμής. Προφανώς ο γραφέας έχει κάνει λάθος στην αναφορά του για τον «επίσκοπο» Λευκωσίας Βερτράνδο.

Venerabilibus fratribus archiepiscopo Smirnarum et Paphensis ac Niseriensis episcopis, salutem *etc.*

Dudum in nostre mentis intuitu deducuntur quantum Christifidelibus presertim in orientalibus partibus constitutis diligens custodia civitatis nostre Smirnarum incredulorum persecutorum Christi nominis, qui Turchi vulgariter appellantur, finibus constitute, importet securitas, comodi et honoris quocque et quanta pericula eisdem Christifidelibus, si eiusdem civitatis negligetur custodia possent verisimiliter imminere et quod custodia civitatis nostre prefate fieri bono modo non posset sine magnis oneribus expensarum, quodque camera nostra apostolica propter guerras multiplices et ausus nepharios impiorum, quos in societatem unam immanitas sceleris congregavit ac continue congregat ac ^a crudelium tyrannorum molestiam, terras et iura Ecclesie Romane occupare volentium a quibus oportuit et oportet, terras et iura, ipsa ac subditos et devotos prefate Ecclesie deffendere et tuheri, sit ^b exhausta foret pecuniis, quod non suficeret ad expensas et onera pro custodia dicte civitatis et aliis necessariis supportandis per alias nostras certi tenoris litteras decimam omnium ecclesiasticorum fructuum, proventuum et reddituum Corphiensis ceterarumque omnium et singularum terrarum et partium orientalium provincias christiane religioni subicientium a nobis ac venerabilibus fratribus nostris ^γ patriarchis, archiepiscopis et episcopis et dilectis filiis electis abbatibus, prioribus, decanus, prepositis, archidiaconi, archipresbiteris, plebanis, rectoribus et aliis ecclesiarum et

monasteriorum prelati ipsorumque vicesgerentibus capitulis quoque necnon conventibus ecclesiarum et monasteriorum ipsorum ceterisque personis ecclesiasticis, secularis et regularis exemptis et non exemptis Cisterciensis, Cluniacensis, Premonstratensis, Camaldulensis, Sanctorum Benedicti et Augustini et aliorum ordinum in regno Cipri, Athenarum et Achaye et aliis ducatus et principatibus necnon in Constantinopolitano patriarchatu et in ^δ Corphiensis et aliis ^ε omnibus provinciis, civitatibusque et diocesis, [villarum], civitatis Corphiensis in partibus orientalibus constitutis exigendam et colligendam per vos et singulos vestrum in singulis vestris ac predictorum aliorum archiepiscoporum provinciis, civitatibus et diocesis supradictis pro dictis custodia et prefate [camere] omnibus [supportandum usque ad quamquem] a data dictarum litterarum computandum imposimus solvendam anno quolibet certis summis tunc expressis ac volumus quod monetam quam recuperetis seu recipi faceretis exolveretis pro dicta decima dilectis filiis generali receptori seu thesauraris dilectorum filiorum magistri et conventus Rodi hospitalis Sancti Iohannis Ierosolimitani aut alii seu aliis a receptore seu thesauraris supradictis ad hoc specialem et sufficiens mandatum habenti seu habentibus vel alium debitum deputatis et deinde tu, frater, Niseriensis episcopo, nonnullos processus fecisti in talibus consuetos diversas excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias continentes a quibusquidem [sententiis] venerabilis frater noster ^{στ} Bertrandus episcopus //^{282v} Nicosiensis et dilectus filius decanus ecclesie Nicosiensis ad Sedem apostolicam appellarunt. Nos igitur, cupientes litium anfractibus ac huiusmodi, quantum cum Deo possumus, periculis obviare, volumus quod decima huiusmodi per nos, ut permittitur, ad quinquennium imposita in ^η eisdem provinciis, civitatibus et diocesis in tres partes dividatur quarum duas dumtaxat a personis predictis levatis et etiam exigatis, nos enim, partem aliam ipsius decime ac eius levatis et collectis [dispositio] nostre tenore presentium, reservamus appellationibus huiusmodi et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Avinione, VII Idus Martii, anno quarto.

^α del. R credul ^β del. R exausta ^γ del. R patriari ^δ del. R corhien ^ε del. R provinciis ^{στ} del. R Be ^ζ † s. l. ^η esdem del. R

α-24

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 229, f. 128v
Έκδοση: Ανέκδοτο

Αβινιόν

28 Μαρτίου 1382

Ο πάπας Κλήμης Ζ΄ παραχωρεί πλήρη άφεση αμαρτιών στον Hodrato de Provanis και στη σύζυγό του Ιακόβα de Ybellini.

Dilecto filio nobili viro Hodrato de Provanis domicello et dilecte in Christo filie nobili mulieri Iaque de Ybellino eius uxor in civitate Nicossie moram trahentibus, salutem *etc.*

Provenit *etc.* ut in superiori que dirigetur Colmo Billevo usque datum Avenione, V Kalendas Aprilis, anno quarto.

α-25

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 231, f. 251v
Περίληψη: J. Richard, «Le royaume de Chypre et le Grand Schisme, à propos d'un document récemment découvert», *Académie des inscriptions et belles- lettres*, σ. 502-503.
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: De Ca. Jo. de Neapoli *mg. s.* επικεφαλίδα: [De Curia]

Αβινιόν

24 Απριλίου 1382

Ο αρχιεπίσκοπος Λευκωσίας Βερεγγάριος διατάζεται από τον πάπα Κλήμεντα Ζ΄ να αναλάβει δράση σχετικά με την παρουσία ατόμων που πρόσκεινται στον πάπα Ουρβανό ΣΤ΄ με επικεφαλής τον Ιωάννη Fardini, τον οποίο και διατάζει να συλλάβει και να φυλακίσει.

Venerabilibus fratribus Berengario archiepiscopo Nicosiensi et eius sufraganeis, salutem *etc.*

Cum, sicut, nuper accepimus, in Regno Cipri nonnulle persone, tam religiose quam seculares, fore noscuntur que scelerato viro Bartholomeo, olim Barrensi

archiepiscopo, in Sede apostolica per impressionem et violentiam notorias intruso, adhererunt hactenus et adherent de presenti, dando sibi auxilium et favorem, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos ^a et quemlibet vestrum, per vos vel alium seu alios, dictas personas, etiam si pontificali prefulgeant dignitate, auctoritate nostra privetis et etiam corrigatis iuxta canonicas xantiones ac ipsas, si vobis obedire et ab adhesionem huiusmodi desistere non curaverint, de dicto regno ^b eiciatis et expellatis, necnon Iohannem Fardini, episcopum Geruntinum, capiatis et in carceribus vestris tamdiu mancipatum detineatis donec aliud a nobis reperitis in mandatis, m, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, invocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis, non obstante si eisdem personis et Iohanni vel quibusvis aliis communiter vel divisim a Sede apostolica sit indultum quod puniri, corrigi, interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam nostre iurisdictionis explicatio impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis.

Nichilominus vobis eadem auctoritate districte precipiendo mandamus quatinus vos, per vos vel alios ad hoc suficientes et ydoneos, in ecclesiis cathedralibus et mendicantium domibus in eodem Regno consistentibus ac aliis locis de quibus vobis videbitur singulis diebus dominicis et festivis, dum inibi maior fuerit populi ^γ multitudo, electionem nostram canonicam ||ac|| ^δ impressionem et intrusionem huiusmodi dicti Bartholomei palam et publice predicetis ^ε.

Datum Avinione Avinione, VIII Idus Maii, anno quarto.

^a vel duo *del. R* ^b eius eicicatis *del. R* ^γ raltitudo *del. R* ^δ et *del. R* ^ε predictis *del. R*

α-26

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 230, f. 215v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: De Curia. Jo. De Neapoli *mg. s.* Στην αρχή του κειμένου: X

Ο Bernardo de Longocampo, κανονικός Λευκωσίας, ορίζεται παπικός εφημέριος.

Dilecto filio magistro Bernardo de Longocampo canonico Nicosiensis capellano nostro, salutem *etc.*

Virtutibus clarens et meritis, sicut fame laudabilis testimonio commendaris illam in nostro et Apostolice Sedis conspectu gratiam meruisti, quod personam tuam benivolentia prosequamur et etiam libenter attollamus honore gratie specialis, ut igitur in effectu percipias, quod suggerit nostre mentis affectus, te, in nostrum et dicte sedis capellanum gratiose recipimus ac nostrorum et ipsius sedis capellanorum consortio favorabiliter aggregamus, intendentes, quod per hoc favoris apostolici presidia plenius sortiaris. Sic igitur de bono in melius studiis virtutum intendas, quod merito ad faciendum tibi plenior gratiam invitetur. Nulli ergo *etc.* nostre receptionis et aggregationis infringere *etc.*

Datum Avinione, III Kalendas Maii, anno quarto.

α-27

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 230, f. 215v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: De Curia. Jo. De Neapoli *mg. s.* Στην αρχή του κειμένου: X. Βλ. και Reg. Aven. 238, f. 250v

Παραχώρηση του δικαιώματος επιλογής εξομολόγου στον Bernardo de Longocampo.

Dilecto filio Bernardo de Longocampo canonico Nicosiensis, salutem *etc.*

Benigno sunt illa tibi concedenda favore per que sicut pie desiderare videris conscientie pacem et salutem anime Deo propitio consequi merearis. Hinc est quod nos tuis devotis supplicationibus inclinati tibi auctoritate apostolica indulgemus ut aliquem ydoneum et discretum presbiterum in tuum possis eligere confessorem, qui

quotiens tibi fuerit oportunum commissis forsan talia fuerint propter que Sedes Apostolica sit merito consulenda. Nulli ergo *etc.* nostre concessionibus infringere *etc.*

Datum Avinione, III Kalendas Maii, anno quarto.

α-28

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 231, f. 136r-136v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Αβινιόν

29 Απριλίου 1382

Παραχώρηση του δικαιώματος (*indulgentia*) στον κανονικό της Λευκωσίας Βερνάρδο de Longocampo να λαμβάνει τα εισοδήματά του για περίοδο τεσσάρων ετών, χωρίς να οφείλει να διαμένει στην επισκοπή του. Ο επίσκοπος Πάφου, ο ηγούμενος της μονής του Belloloco και ο αρχιπρεσβύτερος του Αγίου Desiderio στην Αβινιόν θα πρέπει να επιτρέψουν στον Βερνάρδο να απολαμβάνει αυτή την παραχώρηση.

Dilecto filio Bernardo de Longocampo canonico Nicosiensi, salutem *etc.*

Personam tuam nobis et apostolice sedi ^a devotam, paterna benivolentia prosequentes libenter illa tibi gratiose concedimus, que tibi fore conspicimus opportuna.

Hinc est quod nos, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, tibi, auctoritate apostolica tenore presentium, indulgemus ut in curia romanam aut extra illam vel in altero, beneficiorum ecclesiasticorum, que obtines vel obtinebis, residendo, fructus, redditus et proventus omnium beneficiorum ecclesiasticorum, etiam si dignitates vel personatus aut officia existant ei curam habeant animarum, dummodo huiusmodi dignitates in cathedralibus post pontificalem maiores vel in collegiatis ecclesiis principales non existant, que nunc in quibuscumque ecclesiis sine locis obtines et imposteris obtinebis cum ea integritate, hinc ad quadriennium, percipere libere valeas cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperes si in eisdem ecclesiis sine locis personaliter resideres et ad residendum in eisdem ecclesiis sine locis minime tenearis, neque ad id invitatus a quoquam valeas coartari, non obstantibus quibuslibet statutis et consuetudinibus ipsarum ecclesiarum seu locorum contrariis iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate vallatis etiam si de illis

servandis et non impetrandis litteris apostolicis contra ea <et> ipsis litteris non utendo etiam ab alio impetratis vel alia quoquomodo concessis parte vel procuratoris tunc prestiteris forsitan hactenus vel imposteris te prestare contigerit iuramentum seu si locorum ordinariis a sede predicta sit concessum vel imposterum concedi contingat, quod canonicos, rectores et personas ecclesiarum seu locorum suarum civitatum et diocesum etiam in dignitatibus seu personatibus aut officiis constitutos per subtractionem proventuum suorum beneficiorum ecclesiasticorum, aut alias compellere valeant ad residendum personaliter in eisdem, aut si eisdem ordinariis et dilectis filiis capitulis earundem ecclesiarum vel quibuscumque aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum vel imposterum indulgeri contingat, quod canonicus, rectoribus et personis dictarum ecclesiarum seu locorum etiam in dignitatibus vel personatibus seu officiis constitutis non residentibus in ||eisdem|| ecclesiis vel qui primam in illis non residentiam non fecissent fructus, redditus et proventus ecclesiarum predictas et dignitatum seu personatum aut officiorum vel beneficiorum suorum ministrare in absentia sua minime teneantur et ad id compelli non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et quibuslibet aliis privilegiis indulgentiis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus quorumcumque tenorem existant per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus huiusmodi nostre gratie impediri valeat quomodolibet vel differri ^b quibusquorumque totis tenoribus debeat in nostris litteris si mentio specialis, proviso quod beneficia huiusmodi debitis obsequiis non fraudentur et animarum cura in eis quibus illa immenet nullatenus negligatur, sed per bonos et sufficientes vicarios [quolibet] de proventibus beneficiorum ⁷ ipsorum necessaria congrue ministrentur diligenter exerceatur et deserviat inibi laudabiliter in divinis. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere vel ei ausu *etc.*

Datum Avinione, III Kalendas Maii, anno quarto.

In eodem modo venerabili fratri episcopo Paphensi et dilectis filiis abbati monasterii Belliloci Nicosiensis ac archipresbitero Sancti Desiderii Avenioni, salutem *etc.* Personam *etc. usque* in divinis.

Quocirca discretione vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos vel duo aut unus, vestrum, per nos vel alium seu alios huiusmodi fructus, redditus et proventus eidem Bernardo faciatis auctoritate nostra per dictum quadriennium iuxta huiusmodi concessionis nostre tenorem, integre ministrari, non obstantibus omnibus supradictis seu si eisdem ordinariis et capitulis vel quibusvis aliis communiter vel divisim a dicta

sit sede indultum // ^{136v} quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non faciens plenam et expressam ac de verbo de indulto huiusmodi mentionem contradictoris per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.

Datum Avinione, *ut supra*.

^a sedis] R ^b et de qua cuius toto tenore habenda sit in nostris litteris *del.* R ^γ suorum *del.* R

α-29

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 231, f. 164r
Έκδοση: Ανέκδοτο

Αβινιόν

29 Απριλίου 1382

Ο πάπας δίνει την άδεια στον κανονικό Λευκωσίας Βερνάρδο de Longocampo να συντάξει διαθήκη.

Clemens episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Bernardo de Longocampo canonico Nicosiensis, salutem *etc.*

Quia presentis vite conditio statum habet instabilem et ea que visibilem habent essentiam, tendunt visibilem ad non esse, tu hoc salubri meditatione premeditans diem tue peregrinationis extremum dispositione testamentaria desideras prevenire. Nos itaque, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, ut de bonis tuis undecunque licite acquisitis, que ad te omnimode pertinere noscuntur, libere testari valeas, ac de bonis mobilibus ecclesiasticis que non obtines et imposterum obtinebis que tamen non fuerint altaris seu altarium ecclesiarum ac beneficiorum huiusmodi ministerio seu alicui episcopali earundem ecclesiarum sive beneficiorum divino cultui seu usui deputata necnon quibuscunque bonis mobilibus a te ex ecclesiis et beneficiis huiusmodi licite acquisitis pro decentibus et honestis expensis tui funeris et pro remuneratione illorum, qui tibi viventi provenerit sive sint consanguinei sive alii iuxta servitii meritum moderate tamen disponere et erogare et alias in pios et licitas usus

convertere possis prius tamen de omnibus predictis bonis ere alieno et hiis, que pro reparandis domibus seu edificiis consistentibus in locis ecclesiarum vel beneficiorum tuorum culpa vel negligentia vel procuratorum tuorum destructis seu deterioratis necnon restaurandis aliis iuribus earundem ecclesiarum vel beneficiorum deperdictis ex culpa vel negligentia supradictis fuerint oportuna deductis plenam et liberam auctoritate apostolica concedimus facultatem.

Volumus autem ut in ecclesiarum et beneficiorum huiusmodi dispositione bonorum iuxta quod quantitatem residui erga ecclesias et beneficia ipsa a quibus eadem percepisti te liberalem exhibeas prout conscientia tibi dictaverit et anime tue saluti videris expedire.

Datum Avinione, III Kalendas Maii, anno quarto.

α-30

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 238, f. 250v

Έκδοση: Charles Burn, «Vatican sources and the honorary papal chaplains in the fourteenth century», στο ed. Erwin Gatz *Römische Kurie. Kirchliche Finanzen. Vatikanisches Archiv. Studien zu Ehren von Hermann Hoberg*, vol. I, Roma 1979, σ. 65-95.

Σημειώσεις: Στο φύλλο 250r σημειώνεται *De anno quarto domini Clementis*. Βλέπε και Reg. Aven. 230, f. 215v.

Αβινιόν

29 Απριλίου 1382

Ο Βερνάρδος de Longocampo ορίζεται παπικός ιερέας.

Bernardus de Longocampo, canonicus nicosiensis.

α-31

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 231, f. 175r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Αβινιόν

29 Απριλίου 1382

Παροχή προνομίων στον κανονικό Λευκωσίας Βερνάρδο de Longocampo.

Dilecto filio Bernardo de Longocampo canonico Nicosiensis, salutem *etc.*

Sincere devotionis affectus *etc. usque* ut liceat tibi habere altare portatile *etc.* prout in superiori, que dirigitur || *usque* missam et alia divina officia celebrare valeas, aut per proprium vel alium sacerdotem idoneum sine iuris alieni preiudicio in tua presentia facere celebrari *etc.*|| ^a sub munero V, *usque* indulgemus. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere *etc.*

Datum Avinione III Kalendas Mai, anno quarto.

^a [edeto de N...] *del. R*] Beatrici de Lavallo ex .corr. s.l.

α-32

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 231, f. 181r
Έκδοση: Ανέκδοτο

Αβινιόν

29 Απριλίου 1382

Παροχή προνομίων στον κανονικό Λευκωσίας Βερνάρδο de Longocampo.

Dilecto filio Bernardo de Longocampo canonico Nicosiensis, salutem *etc.* Provenit et *etc.* ut in forma.

Datum Avinione III Kalendas Maii, anno quarto.

α-33

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 231, f. 181r
Έκδοση: Ανέκδοτο

Αβινιόν

29 Απριλίου 1382

Παροχή προνομίων στον κανονικό Λευκωσίας Βερνάρδο de Longocampo.

Dilecto filio Bernardo de Longocampo canonico Nicosiensis, salutem *etc.* Provenit et cetera ut in forma.

Datum Avinione III Kalendas Maii, anno quarto.

α-34

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 228, f. 47v-48r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: XX^o mg. d.

Αβινιόν

30 Μαΐου 1382

Ο Βερτράνδος de Chanac, επίσκοπος Bituricensis (Bourges, στη Γαλλία), ορίζεται πατριάρχης Ιεροσολύμων. Σημειωτέον ότι η θέση είχε παραμείνει κενή, μετά την απομάκρυνση του Φιλίππου d'Alencon.

Venerabili fratri Bertrando episcopo olim Archiepiscopo Bituricensis in patriarcham Ierosolimitanum electo, salutem *etc.*

Romani pontificis, quem Pastor Ille celestis et episcopus animarum potestatis sibi plenarie tradita ecclesiis pretuli universis, plena vigiliis sollicitudo requirit ut circa cuiuslibet statutum ecclesie sic vigilanter intendat, sic que prospiciat diligenter, ut per eius circumspectionem providam et prudentiam circumspectam nunc per simplicis provisionis officii, nunc vero per ministerium translationis accommode prout personis locis et temporis qualitas existit ecclesiis singulis pastor accedat ydoneus rector providus deputet qui populum sibi commissum salubriter dirigat et informet ac bona ecclesie sibi commisse non solum gubernet utiliter sed etiam multimodis efferat incrementis.

Dudum siquidem, ecclesiam Ierosolimitanam ex eo vacante quod, nos, Philippum olim patriarcham Ierosolimitanum regimine et administratione eiusdem ecclesie, cui tunc preerat ex certis rationabilibus causis de fratrum nostrorum consilio

privaveramus et amoveramus ab eisdem nos bone memorie Lupum episcopum dudum archiepiscopum Cesaraugustanum in patriarcham Ierosolimitanum electum, a vinculo quo ecclesie Cesaraugustane, cui tunc preerat tenebatur de dictorum fratrum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes ipsum ad prefatam ecclesiam Ierosolimitanam per huiusmodi privationem et amotionem vacante, cuius provisio antea per nos fuerat dispositioni et ordinationi nostre reservata duximus auctoritate apostolica transferendum, preficiendo eum eidem Ierosolimitane ecclesie in patriarcham et pastorem et deinde dicto Lупpo adhuc in humanis agente provisione ipsius Ierosolimitane ecclesie cum vacaret dispositioni nostre duximus ea vice speciali reservandam, decernentes extunc irritum et inane si secus super hiis per quoscumque quavis^a auctoritate scienter vel ignoranter contigeret attemptari.

Postmodum vero, dicta ecclesia Ierosolimitana per obitum dicti Lupi electi, qui litteris apostolicis super translatione huiusmodi non confectis, extra Curiam Romanam extunc vita functus, vacante, nos, vacationem huiusmodi fidedignis relatibus intellecta, ad provisionem ipsius ecclesie celerem et felicem //^{48r} de qua nullus propter nos hac vice se intromittere potuit neque potest reservatione et decreto obsistentibus supradictis ne longe vacationis exponeretur incommodis paternis et sollicitis studiis vite indententes ac cupientes ipsi ecclesie talem presidere personam, que sciret, vellet et posset eam preservare a noxiis et adversis et in suis manutenere iuribus et etiam adaugere post ^b deliberationem, quam super hiis cum eisdem fratribus habuimus diligentem, demum ad te ^γ archiepiscopum Vituricensem consideratis grandium virtutum tuarum meritis, quibus personam tuam prout fidedignorum accepimus testimonio Altissimus insigniverit, quodque tu qui regimini Bituricensis ecclesie hactenus laudabiliter prefuisti scies et poteris predictam Ierosolimitanam ecclesiam auctore Domino feliciter regem et salubriter gubernare, direximus oculos nostre mentis. Intendentes itaque tam dicte ecclesie Ierosolimitane, quam eius gregi Dominico salubriter providere, teque a vinculo, quo eidem Bituricensi ecclesie cui tunc preeras tenebaris de dictorum fratrum nostrorum consilio et predicte apostolice potestatis plenarie ^δ absolventes, te ad prefatam Ierosolimitanam ecclesiam eadem auctoritate apostolica transferimus, teque ille preficimus in ^ε patriarcham et pastorem, curam et administrationem ipsius Ierosolimitane ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, liberamque tibi tribuendo licentiam ad eadem Ierosolimitanam ecclesiam transeundi, sperantes indubie quod dirigente domino actus tuos prefata Ierosolimitana ecclesia per tue industrie et circumspectionis ^{στ} studium

fructuosum regetur utiliter et prospere dirigetur ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa.

Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus, impositum tibi onus a Domino regiminis dicte Ierosolimitane ecclesie devote suscipiens, sic ipsius regimen studeas exercere, gregem dominicum in ea tibi creditum doctrina urbi et operis ^ζ informando, quod eadem Ierosolimitana ecclesia per tue cooperationis ministerium fructuosum votivis iugiter proficiat incrementis et successibus prosperis augeatur, tuque proinde divinam misericordiam ac nostram et sedis prefate benedictionem et gratiam uberius consequi merearis.

Datum Avinione, III Kalendas Iunii, pontificatus nostri anno quarto. ^η

^α **quasvis] quavis ex corr.** ^β dibi *del.* R ^γ episcopum *del.* R ^δ assignatis *del.* R ^ε per *del.* R ^{στ} [non] studiosum *del.* R ^ζ infro *del.* R ^η In eodem modo *del.* R

α-35

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 279, f. 124r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Patriarcha Iherosolimitanus et administrator ecclesie Anissiensis XXIII *mg. s. Card. mg. d.*

30 Μαΐου 1382

Υπόσχεση πληρωμής συνήθων οικονομικών υποχρεώσεων από τον Λατίνο Πατριάρχη των Ιεροσολύμων Βερτράνδου Chanac και διαχειριστή της Εκκλησίας του Puy στη Γαλλία στο Αποστολικό Ταμείο.

Eadem die dominus Bertrandus olim archiepiscopus Bituricensis nunc patriarcha Iherosolimitanus et administrator ecclesie Anissiensis promisit camere et collegio predictis per dominos Clementem de Gradiomonte [auditorem] sacri palatii et Thomam Le [Pouri] procuratorem in Curia Romana se asserentes ad hec procuratores suos Vm pro patriarchatu IIm florenorum aurorum et pro dicta ecclesia Anissiensis IIm VIc florenorum aurorum de camera et V servitia consueta solvendo ||pro patriarchatu cuius redditus sunt in Alamannia medietatem infra annum post possessionem adeptam *etc.* et alius|| ut supra et iuravint *etc.*, et promosserunt portare sufficientes mandatum ratificando premissa *etc.* infra duos menses *etc.* et fuerunt

admissi ad hoc et recepti, ut principales et private persone. Alioquin *etc.* et iuramentum *etc.*

Item recognoverint tam pro patriarchatu, quam per ecclesiam predictis illud, quod in libris camere predecessoris sui reperiuntur debere [et ...], solvendo *etc.* ut supra in tertio simili termino. Alioquin *etc.*

Idem pro domino Iohanne antepredecessore suo ||in eadem ecclesia|| communi dicti [...] Vm, VIc LX florenos [camere], II soldi, IIIor servitia pro rata.

α-36

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαική σειρά: Reg. Aven. 228, f. 48r-v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: XX⁼ XX⁼ XX⁼ XX⁼ XX⁼ XX⁼ mg. d.

Αβινιόν

30 Μαΐου 1382

Παραχώρηση της διαχείρισης της επισκοπής του Le Puy (Aniciens.) στον Πατριάρχη Ιεροσολύμων Βερτράνδο de Chanac.

Venerabili fratri Bertrando episcopo olim archiepiscopo Bituricensis in patriarcham Ierosolimitanum electo administratori in spiritualibus et temporalibus ecclesie Aniciensis, salutem *etc.*

Regimini universalis ecclesie quamquam insufficientibus meritis, disponente Domino, presidentes de universis orbis ecclesiis presertim ||ad|| ecclesiam Romanam nullo medio pertinentibus pro earum ^a statu salubriter dirigendo – quantum nobis ex alto permittitur – solícite cogitamus sed ea propentius solícitudo, nos urget ut illis quo suis sunt destitute pastoribus ne prolixè vacationis subiaceant decernentis de salubri remedio, proinde curemus, quodque illarum pastoribus, qui maiori prefulgent titulo dignitatis prout ipsarum ecclesiarum ac locorum et temporum qualitas exigit necessitatibus //^{48v} consulamus.

Dudum siquidem, bone memorie Bertrando episcopo Anicensi regimini Aniciensis ecclesie ad eandem Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentiis presidente, nos, cupientes eidem ecclesie cum vacaret per Apostolice Sedis providentiam utilem et ydoneam presidere personam provisionem eiusdem ecclesie ordinationi et dispositioni

nostre ea vice duximus specialem reservandam, decernentes extunc irritum et inane si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigeret attemptari.

Postmodum vero, prefata ecclesia per obitum dicti Bertrandi episcopi, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacante, nos, qui hodie ^β te tunc archiepiscopum Bituricensis a vinculo, quo Bituricensi ecclesie tui [tunc] preeris tenebaris de fratrum nostrorum consilio et apostolice ^γ potestatis plenarie absolventis te ad ecclesiam Ierosolimitanam tunc vacantem duximus auctoritate apostolica transferendum, preficiendo te illi in patriarcham et pastorem considerantes, quod tu de bonis ad mensa tuam patriarchalem Ierosolimitanam, spectantes statum tuum iuxta meritorum tuorum et patriarchalis dignitatis exigentiam decenter tenere non posses et propterea tibi ut ipsum statum tuum decentius tenere valeas, et eidem Aniciensis ecclesie sit vacanti ne prolixo vacationis subiaceret detrimentis de remedio oportuno provide volentes ac diligentius accedentes, quod ti qui regimini predictae Bituricensis ecclesie laudabiliter prefuisti predictae Aniciensis ecclesie in spiritualibus et temporalibus esse poteris plurimum fructuosus prefatam Aniciensem ecclesiam sit vacante, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit neque potest, reservatione et decreto obsistentes supradictis de dictorum fratrum consilio tibi auctoritate predicta commendamus per te quandum vixeris et eidem ecclesie Ierosolimitane prefuers tenendam, regendam et etiam gubernandam administrationem plenam generalem et liberam ipsius Aniciensis ecclesie ac bonorum et iurium ipsius tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, ut dictam Aniciensem ecclesiam tue gubernatori et administratori commissam spiritualiter et ^δ et temporaliter iuxta datam tibi a Deo prudentiam regas, dirigas et augmentes ac de fructibus, redditus, proventibus, iuris et obventiis universis ad mensam episcopalem Aniciensis ordines ed disponas illoque in tuis et eiusdem Aniciensis ecclesie usus convertere valeas et habere prout veri episcopi Aniciensis, qui fuerint pro tempore de illis ordinare ac disponere potuerunt et etiam debuerunt alienatione tam quorumlibet bonorum immobilium et preciosorum mobilium eiusdem Aniciensis ecclesie tibi penitus interdictam.

Volumus autem et tibi tenore presentium mandamus quatinus antequam possessione administrationis predictae recipias fidelitatis debite prestes iuramentum sub forma, quam venerabilibus fratribus nostris Parisiensis et [Eboracensis] episcopis sub bulla nostra mittimus interclusam, quibus et eorum cuilibet per alias nostras mandamus, ut a

te nostro et dicte Romane Ecclesie nomine huiusmodi recipiant iuramentum, tu igitur cura ipsius ecclesie regimen et administrationem solícite et fideliter exercenda te sit exhibeas fructuosum quod prefata Aniciensis ecclesia dicta tibi favente clementia sub tua gubernatione provida et salubri votivis continue in eisdem spiritualibus et temporalibus ampliatur commodis et salubribus proficiat incrementis. Nosque tue circospectionis et diligentie studium fructuosum possimus dignis in Domino laudibus merito // ^{49r} commendare.

Datum Avinione, III Kalendas Iunii, pontificatus nostri anno quarto.

In eodem modo dilectis filiis capitulo ecclesie Aniciensis, salutem *etc.* Regimini universalis *etc.* usque interdicta.

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eundem Bertrandum administratorem ob reverentiam Apostolice Sedis et nostram devote recipientes et debita honorificentia pertractantes ei in his que ad administrationem huiusmodi procuret obediatis humiliter et efficaciter intendatis alioquin sententiam, quam idem Bertrandus administrator rite tulerit in rebelles ratam habemus et faciemus auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabili observari. Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis clero civitatis et diocesis, salutem *etc.* Regimini universalis *etc.* usque interdicta.

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eundem Bertrandum administratorem ob reverentiam Apostolice Sedis et nostram devote recipientes et debita honorificentia pertractantes ei in his que ad administrationem huiusmodi pertinent obediatis humiliter et efficaciter intendatis alioquin sententiam, quam idem Bertrandus administrator rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore Domino, usque ad satisfactione condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis populo civitatis et diocesis Aniciensis, salutem *etc.* Regimini universalis *etc.* usque interdicta.

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus ^e ob reverentia Apostolice Sedis nostram prefatum Bertrandum administratoris devote suscipientes et honeste pertractantes ei in recuperandis et manutenendis iuribus eiusdem Aniciensis ecclesie sue administratori comisse favorabiliter assistentes eius salubribus monitis, mandatis humiliter intendatis, ita quod ipse in vobis devotionis

filios, invenisse letetur, vosque obedientie promptitudinem dignis possimus in Domino laudibus commendare. Datum *ut supra*.

In eodem modo carissimo in Christo et filio Carolo regi Francorum illustri, salutem *etc.* Gratie divine premium et preconium humane laudis acquiritur si per seculares principes personis ecclesiasticis et presertim ecclesiarum cathedralium regimini presidentibus, oportuni favoris presidium et honor debitus impendatur. Dudum siquidem, bone memorie Bertrando episcopo Aniciensi *etc.* usque interdicta. Cum igitur *etc.* *Idem* Bertrandus administrator in exercenda dicte Aniciensis ecclesie administratione tuus, favor est noscatur plurimum opportunus, serenitatem regiam rogamus et hortamur attente, quatinus eundem administratorem et prefatam Aniciensem ecclesiam eius administrationi commissam habentes pro dicta et Apostolice Sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis iuribus dicte Aniciensis ecclesie reddas tee idem administratori favorabilem et in cunctis oportuni gratiosum, ita quod idem administrator tue celsitudinis fultus auxilio in executione administrationis dicte ecclesie sibi comisse posit Deo propicio prosperari ac tibi exinde a Deo perhennis vite premium et a vobis condigna proveniat accio gratiarum. Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis ^σ universis vassalis ecclesie Aniciensis, salutem *etc.* Regimini universalis ecclesie *etc.* usque interdicti. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus ob reverentiam Apostolice Sedis et nostram prefatum Bertrandum //^{49v} administratore devote suscipientes et honeste ^ζ pertractavit ei fidelitatem debitam necnon consueta servitia et iura a vobis episcopo Aniciensis pro tempore existenti debita exhibere integre studeatis. Alioquin sententiam sine penam quam idem administrator rite tulerit seu statuerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

^a salute *del.* R ^β q *del.* R ^γ sedis *del.* R ^δ emporalib *del.* R ^ε eundem *del.* R ^σ universalis *del.* R ^ζ prop *del.* R

α-37

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 230, ff. 59v-60r
Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: [A.] *mg. s. XXI mg. d.*

Αβινιόν

14 Ιουνίου 1382

Υπόσχεση παραχώρησης κανονικάτου της Λευκωσίας στον *acolitum perpetuum* Αρνάλδο Ραταβί, ο οποίος κατέχει ήδη θέση στον Άγιο Ιωάννη του Perpignan. Η επιστολή απευθύνεται στον επίσκοπο Λεμεσού, άγνωστο για ποιον λόγο, ενώ για την παραχώρηση της θέσης έχει εκφραστεί θετικά και ο βασιλιάς της Κύπρου Πέτρος Β΄.

Venerabili fratri episcopo Nimociensi, salutem *etc.*

Dignum arbitramur et congruum ut illis se reddat Sedes Apostolica gratiosam quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur.

Volentes itaque, dilectum filium Arnaldum Patavi acolitum perpetuum beneficiatum in ecclesia Sancti Iohannis ^a Perpiniani, Elnensis diocesis, apud nos de vite ac morum honestate, aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu, necnon consideratione carissimo in Christo filii Petri, regis Cipri illustris, pro eodem Arnaldo, nobis super hoc humiliter supplicantis favore prosequi gratioso, ^b firmitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus ^γ si, post diligentem examinationem, dictum Arnaldum ad hoc ydoneum esse reppereris, super quo tuam conscientiam oneramus, canonicatum ecclesie Nicosiensis cum plenitudine iuris canonici eidem Arnaldo auctoritate apostolica conferre et assignare procures, faciens ipsum Arnaldum vel procuratoris suum eius nomine in dicta ecclesia Nicosiensis in canonicum recipi et in fratrem, stallo sibi in choro et loco, in capitulo ^δ ipsius ecclesie cum dicti iuris plenitudine assignatis, prebendam vero, si qua ||in dicta|| ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit, quam dictus Arnaldus per se vel procuratorem suum ad hoc legittime constitutum infra unius mensis spatium, postquam sibi vel eidem procuratori vacatio illius innotuerit, duxerit acceptandum, conferendam eidem Arnaldo post acceptationem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinentiis suis donationi tue auctoritate predicta reserves, districtius inhibendo, venerabili fratri nostro archiepiscopo et dilectis filiis capitulo Nicosiensis ac illi vel illis, ad quem vel ad quos in eadem ecclesia prebendarum, collatio, provisio, presentatio, seu quavis alia dispositio pertinet communiter vel divisim, ne de ipsa prebenda interim ante acceptationem eandem nisi, postquam eis constiterit quod Arnaldus vel procurator predicti illam voluerint acceptatione, disponere, quoquo modo presumant et nichilominus huiusmodi predictam quam reservabis, si – ut premittitur – vacat vel

cum vacaverit, eidem Arnaldo post acceptationem predictam cum omnibus iuribus et pertinentiis supradictis eadem auctoritate conferre et assignare procures, inducens per te, vel alium seu alios eundem Arnaldum, vel dictum procuratorem pro eo in corporalem possessionem prebende ac iurium et pertinentiarum predictorum et defendens inductum sibi faciens de ipsorum canonicatus et prebende fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi, contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Non obstantibus de certo canonicorum numero et quibuslibet aliis statutis et consuetudinibus dicte Nicosiensis ecclesie contrariis, iuramento, confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, aut si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in eadem ecclesia in canonicos sint recepti vel, ut recipiantur, insistant, seu si super provisionem sibi faciendum de canonicatibus et prebendis in dicta ecclesia speciales vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationis et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus preterque auctoritate nostra in ecclesia ipsa receptis vel prebendam //^{60r} <lacuna> dicte prebende volumus anteferri, sed nullum per hac eis quo <lacuna> aliorum preiudicium generari, aut si eisdem archiepiscopo et capitulo vel quibusvis <lacuna> <communiter> vel divisim ab eadem sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de canonicatum et prebendis ipsius ecclesie aut aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentis et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentis non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet ⁷ vel differri et de qua cuiuscumque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Aut si dictus Arnaldus presens non fuerit ad prestandum de observandum statutis et consuetudinem ipsius ecclesie Nicosiensis solitum iuramentum, dummodo in absentia sua per procuratorem idoneum et cum ad ecclesiam ipsam accesserit corporaliter illud prestat, seu si hodie pro alio vel aliis super equali vel equalibus gratia vel gratiis in eadem ecclesiam ||Nicosiensem|| litteras nostras duxerimus concedendas, nos enim, tam illas quam presentes effectum sortiri volumus, quacumque constitutione

apostolica contraria non obstantibus, aut quod idem Arnaldus quoddam simplex perpetuum beneficium in ecclesia sancti Iohannis predicta noscitur obtinere, nos enim, si dictus Arnaldus ad hoc repertus fuerit ydoneum – ut prefertur – exnunc proinde irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, ac si die datum presentium, eidem Arnaldo contulissemus canonicatum ipsius ecclesie Nicosiensis ||ac prebendam siqua vacabat tunc vel cum vacaret ibidem quam idem Arnaldus acceptaret – ut prefertur – conferendam ipsi Arnaldo donationi apostolice||, cum interpositione decreti duxissemus specialiter reservandum.

Datum Avinione, XVIII Kalendas Iulii, anno quarto.

^a sp del. R ^b dscr del. R ^γ vos vel duo aut del. R ^δ eum del. R ^ζ sit processum del. R

α-38

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 230, f. 526r-v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Αβινιόν

16 Ιουνίου 1382

Ο επίσκοπος Πάφου εντέλλεται να παραχωρήσει θέση κανονικού στο καπίτολο της Πάφου στον Φίλιππο de Recanato, αμέσως μόλις υπάρξει διαθέσιμη θέση. Εάν η θέση προϋποθέτει ποιμανση το εισόδημα να ανέρχεται στα 60 φλορίνια, εάν όχι στα 40.

Venerabili fratri episcopo Paphensi, salutem *etc.*

Dignum arbitramur et congruum ut illis se reddat sedes apostolica gratiosam quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur. Volentes itaque dilectum filium Philippum de Recanato presbiterum Racanatensem apud nos debite ac moris honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu favore prosequi glorioso, fraternitatu tue per apostolica scripta mandamus quatinus si, post diligentem examinationem, dictum Philipum ad hoc ydoneum esse reppereris, super quo tuam concientiam oneramus, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura etiam si in ecclesia cathedrali existat dummodo canonicatus et

prebenda ipsius ecclesie non fuerit cum fructis, redditus et proventus si cum cura sexaginta si non sine cura fuerit quadraginta florenorum auri secundum taxationem decime valore annum non excedant ad collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem venerabilis fratris nostri archiepiscopi et dilectorum filiorum capituli Nicosiensibus communiter vel divisim presentationes siquod vacat ad presens, vel cum vacaverit, quod idem Philippus per se vel procuratorem suum ad hoc legitime constitutum infra unius mensis spatium postquam sibi vel eidem //^{526v} procuratori vacatio illius innotuerint duxerit acceptandum construendum eidem Philipo post acceptationem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinentiis suis auctoritate apostolica donationi tue reservantes, districtius inhibendo, eisdem archiepiscopo et capitulo ne de huiusmodi beneficio interim etiam ante acceptationem eandem nisi postquam eis constiterit quod Philipus vel procurator predicti illud voluerint acceptare disponere quoquomodo presumant, ac nichilominus huiusmodi beneficium, quod reservabis, si – ut prefertur – vacat vel cum vacaverit, eidem Philipo post acceptationem predictam cum omnibus iuribus et pertinentiis supradictis eadem auctoritate conferre et assignare procures, inducens per te, vel alium seu alios eundem Philipum, vel procuratorem suum eius nomine, in corporalem possessionem beneficii de iurium et pertinentiarum predictorum et defendens inductum, ac faciens ipsum ad illud – ut est moris – admitti sibi que de ipsius beneficii fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventibus universis integre responderi. Contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus ipsius cathedralis vel alterius ecclesie in qua huiusmodi beneficiorum forsitan fuerit contrariis iuramento confirmatione apostolica vel quocumque firmitate alia roboratis, aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alio quomodolibet sic processum quibus omnibus preterquam auctoritate nostra huiusmodi beneficia expectantibus dictum Philipum in assecutionem eiusdem beneficii volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si eisdem archiepiscopo et capitulo vel quibusvis aliis communiter vel divisim, a predicta sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneatur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quamquam de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu

quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impendiri valeat, quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis; aut si dictus Philipus presens non fuerit ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie in qua huiusmodi beneficium forsitan fuerit solitum iuramentum, dummodo in absentia sua per procuratorem ydoneum et cum ecclesiam ipsam accesserit corporaliter illud prestat, seu si hodie pro alio vel aliis super equali vel equalibus gratia vel gratiis de simili beneficio ad collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem dictorum archiepiscopum et capituli communiter vel divisim pertinente litteras nostras duxerimus concedendas. Nos enim, tam illas quod presentes effectus sortiri volumus quacumque constitutione apostolica contraria non obstante; aut quod nuper eidem Philipo – ut asserit – de canonicatu sub expectatione prebende ecclesie Nicosiensi gloriose concessimus provideri. Nos enim si dictus Philippus ad hoc repertus fuerit ydoneus – ut prefertur – exnunc proinde irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, ac si die datum presentium huiusmodi beneficium si quod tunc vacabat vel cum vacaret quod idem Philipus – ut premittitur – duceret acceptandum conferendum eidem Philipo donationi apostolice cum interpositione decreti duxissemus specialiter reservandum.

Datum Avinione, XVI Kalendas Iulii, anno quarto.

α-39

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Vat. 309, f. 31r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Quitantia per cameram collectori Cipri ad instantiam domini Gantoneti *mg. s.*

Αβτινόν

27 Ιουλίου 1382

Ο Gantoneto de Abzaco δέχτηκε από την πληρωμή έναντι 3.100 ποσό από το χρέος ύψους 7.000 φιορινιών, έχοντας πληρώσει στον αρχιδιάκονο της Πάφου και αποστολικό φοροσυλλέκτη το ποσό των 3.100 φιορινιών. Έχει να κάνει με την περιουσία του αρχιεπισκόπου Ραϋμόνδου που έχει πεθάνει πριν από το 1376.

//^{31r} Universis presentes litteras inspecturis, Petrus miseratione divina archiepiscopus Arelatensis, domini pape camerarius, salutem.

Ad universitatis vestre notitiam tenore presentium deducimus quod, cum camera apostolica teneretur, ex certis causis nobili et potenti viro domino Gantoneto de Abzado militi, nepoti bone memorie domini Raymundi archiepiscopi Nicossiensis, in septem millibus florenos camere, dictus dominus Gantonetus cognovit et confessus fuit coram nobis recepisse et habuisse a venerabili viro domino Antonio Michaelis archidiacono in ecclesia Paphensi, collectore apostolico in Regno Cipri, in deductionem dicte summe tria millia et centum florenos camere, et ut contentus de ipsa summa dictam cameram liberavit et quittavit de eadem. Quare ad instantiam dicti domini Gantoneti dictum ^a dominum Antonium collectorem eiusque bona et successores de dicta summa trium millium et centum florenorum sic solutorum – ut prefertur – nomine dicte camere liberamus etiam et quittamus. In quorum *etc.*

Datum Avinione, die XXVII mensis Iulii, anno *etc.* Lxxxii, Indictione V, pontificatus *etc.* Clementis pape VIIImi anno quarto.

^a domini *del.* R

α-40

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Vat. 309, f. 30v

Περιλήψεις: Collection Périgord à la BnF, Tome 28, Par l'abbé Lespine, Evêché de Périgueux II, f. 96v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Quittancia facta camere per dominum Gantonetum de IIIIm et C flor. camere *mg. s.*

Αβινιόν

27 Ιουλίου 1382

Ο Gantonetus de Abzado λαμβάνει από τον Antonius Michaelis, φοροσυλλέκτη του πάπα Κλήμη Ζ' μέρος της οφειλής του παπικού Ταμείου ύψους 3100, από το συνολικό ποσό των 7000 χρυσών φλορινιών.

Die XXVII^a mensis Iulii anno Nativitatis Domini millesimo trecentesimo octuagesimo secundo, indictione V^a, pontificatus domini Clementis VII^{mi} anno quarto, nobilis et potens vir dominus Gantonetus de Abzado miles, nepos quondam domini Raymundi archiepiscopi Nicosiensis, cui ||camera|| ex certis causis in bullis apostolicis contentis tenebatur in septem milibus florenorum, camere recognovit et confessus fuit habuisse et recepisse tria milia et C florenorum camere a venerabili viro domino Antonio Michaelis archidiacono in ecclesia Paphensi, collectore apostolico in Regno Cipri, in deductionem dicte summe, et se coram reverendissimo in Christo patre et domino domino Petro miseratione divina archiepiscopo Arelatensi, domini nostri pape camerario, dominis testibus et me notario publico infrascriptis, de dicta summa III^m et C florenorum predictorum tenuit pro sactisfacto et contento, et de dicta summa predictam Camera Apostolicam sponte liberavit et quittavit, petens et requirens ^a a predicto domino camerario litteras ||suas|| quittance de dicta summa pro dicto domino Antonio, quas dictus camerarius sibi concessit et fieri mandavit.

Acta fuerunt hec omnia in hospitio habitationis dicti domini camerarii, videlicet in camera terrestri ipsius, presentibus reverendo in Christo patre domino Iohanne episcopo Gebennensi et domino Petro Gerardi preposito Massilliensi, clerico camere apostolice, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

^a ut *del.* R ^β camera *del.* R

α-41

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαική σειρά: Reg. Aven. 232, ff. 245v-246r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: De Ca. Jo. de Sanctomartino – Concessa est de mandato magistri Iohanni de Sancto Martino *mg. s. XX^o mg. d.*

Αβτινιόν

11 Ιανουαρίου 1383

Ο πάπας ενημερώνει τους ιεράρχες-παραλήπτες της επιστολής ότι η παραχώρηση του κανονικάτου και των εισοδημάτων που απορρέουν από την Εκκλησία της Urgell στην Καταλονία παραχωρούνται στον Γουλιέλμο More, κάτοχο πτυχίου και στα δύο Δίκαια, ο οποίος τελικά δεν είχε λάβει τη θέση του κανονικού της επισκοπής Αμμοχώστου. Ο Γουλιέλμος κατείχε θέση και στην επισκοπή της Elne (*Elnensis*).

Dilectis filiis de Camporotondo et Sancti Saturnini Urgellensis et Gerundensis diocesium monasteriorum abbatibus ac ||archipresbitero|| ^α ecclesie Sancti Desiderii Avinionensis, salutem *etc.*

Litterarum scientia, vite ac morum honestas, aliaque probitatis et virtutum merita, super quibus dilectus filius Guillelmus Morem, canonicus Famagustanus, in utroque iure bacallarius, apud nos fidedigno commendatur testimonio, nos inducunt ut sibi reddamur ad gratiam liberales.

Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dicti Guillelmi petitio continebat quod dudum, canonicatu et prebenda ^β || ecclesie Urgellensis ac ^γ cappellania perpetua in eadem ecclesia invicem canonice annexis || sancti Odonis ||vacantibus,|| ^δ quos quondam Arnaldus Gothmani ipsius ecclesie canonicus dum viveret obtinebat per obitum ipsius Arnaldi, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, idem Guillelmus, ||qui|| vigore cuiusdam nostre gratie per quam sibi de canonicatu cum reservatione prebende ac dignitatus, personatus vel officii vacantium vel vacaturorum dicte ecclesie concesseramus provideri, predictam prebendam, cui cura imminet animarum, ||ac cappellania|| sic vacantem sibique ex ordine debitam infra tempus legitimum accepit. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, idem Guillelmus de dictis canonicatu et prebenda ||ac cappellania|| ex eo sibi facere provideri non potuerit quod super dicta gratia littere apostolice confecte minime extiterunt, dictique canonicatus et prebenda ||ac cappellania|| adhuc per huiusmodi dicti Arnaldi obitum vacare dicantur, nos, volentes eidem Guillelmo premissorum meritorum suorum intuitu gratiam facere specialem, discretioni vestre per apostolica ||scripta|| mandamus quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios predictos canonicatum et prebendam ||ac capellania||, si – ut premittitur – || ^ε vel alias quovismodo etiam per quamcumque aliam personam|| vacant et tempore date presentium non sit in eis alieni specialiter ius quesitum, etiam si ||^{στ} Arnaldus vel persona predicti, Sedis Apostolice capellanus, vel alicuius ex venerabilibus fratribus nostris sancte Romane Ecclesie cardinalibus familiaris, aut fructuum, reddituum et proventium camere apostolice debitorum collector vel succollector fuerit, et propterea vel alias dicti canonicatus ecclesie, prebenda ac capellania|| sint dispositioni

apostolice generaliter vel specialiter [§] reservati, cum plenitudine iuris canonici ac omnibus ||aliis|| iuribus et pertinentiis suis eidem Guillermo auctoritate nostra conferre et assignare curetis, inducentes eum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem canonicatus et prebende ||ac capellanie|| iuriumque et pertinentiarum predictorum et defendentes inductum, amoto ab illis quolibet illicito detentore, ac facientes ipsum vel dictum procuratorem eius nomine ad eandem prebendam in dicta ecclesia in canonicum recipi et in fratrem, stallo in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie cum dicti iuris plenitudine assignatis, sibi que de ipsorum canonicatus et prebende ||ac capellanie|| fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventibus universis integre responderi, contradictores auctoritate ||nostra|| appellatione postposita compescendo. Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie Urgellensis contrariis iuramento, confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis; aut si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in eadem ecclesia in canonicos sint recepti vel – ut recipiantur insista<n>t – seu si super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis ||ac capellaniis|| in dicta ecclesia speciales **vel** aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales Apostolice Sedis vel legatorum eius litteras impetrarunt, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus in dictorum canonicatus et prebende ||ac capellanie|| predictum Guillelmum volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem canonicatum et prebendarum ||et capellaniarum||, aut beneficiorum aliorum preiudicium generari; seu si venerabili fratri nostro episcopo et dilectis filiis capitulo Urgellensibus vel quibusvis aliis communiter vel divisim a predicta sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie aut aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantes, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et qualibet alia dicte Sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi nostre gratie impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis; aut si dictus Guillelmus presens non fuerit ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie solitum

iuramentum, dummodo in absentia sua per procuratorem idoneum et cum ad ecclesiam ipsam ^η accesserit corporaliter illud prestet, seu quod idem Guillelmus – ut asserit – quoddam perpetuum beneficium sine cura cuius fructus – ut asserit – modici sunt valoris in diocesi Elnensi obtinet, et super parrochiali ecclesia Ebdomadaria //^{246r} nuncupata de Insula dicte diocesis in palatio apostolico litigat, et quod dudum sibi de canonicatu et prebenda ac archidiaconatu ecclesie Famagustane tunc vacantibus per nostras litteras duximus providendum, quorum quidem canonicatus et prebende ac archidiaconatus possessionem nondum fuit – ut asserit – assecutus.

Volumus autem quod quamprimum idem Guillelmus, vigore presentium, dictorum canonicatus et prebende dicte ecclesie Urgellensis ||ac capellanie|| possessionem fuerit pacificam assecutus, prefata concessionis gratia et quecumque inde secuta quoad canonicatum et prebendam dumtaxat sint cassa et irrita nulliusque roboris vel momenti, et insuper exnunc irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Datum Avinione, III Idus Ianuarii, anno quinto. P. Bosquerii. Expedita V Idus Iulii anno nono. R. De Valle. Tradita parti XVII kalendas Augusti, anno nono. Dominicus Stephani.

^α preposito *del.* R ^β rectoria *del.* R ^γ sancti *del.* ^δ nuncupata ecclesie Urgellensis *del.* R ^ε si, ut premittitur *iter.* R ^{στ} idem *del.* R ^ζ specialiter vel generaliter *a.c.* R ^η in *del.* R

α-42

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Vat. 294, f. 104r
Έκδοση: Ανέκδοτο

Αβινιόν

14 Μαΐου 1383

Ο πάπας Κλήμης Ζ' παραχωρεί το δικαίωμα εκλογής ως αρχιεπίσκοπο στον Βενετό κληρικό Ανδρέα Michiel, κατ' οικονομίαν (*dispensatio*) για το νεαρό της ηλικίας του, ήταν μόνο 25 ετών.

Dilecto filio Andree Michaelis clerico Castellanensi, salutem *etc.*

Divine supereminencia largitatis nonnunquam sic in multis gratie sue dona diffundit quod etiam in annis minoribus constituti, per suarum virtutum merita defectus supplentes etatis, ad dignitatum merentur culmina promoveri.

Hinc est quod nos, tuis devotis supplicationibus inclinati, tecum, qui – ut asseris – in vicesimo quinto etatis tue anno constitutus existis, ut, ad quamcumque cathedralem etiam metropolitanam ecclesiam eligi, prefici et assumi, dummodo alias canonice eligaris seu preficiaris aut assumaris ad illam, ipsamque recipere et licite retinere, necnon curam, regimen et administrationem huiusmodi ecclesie libere recipere, suscipere, illasque in spiritualibus et temporalibus gerere et etiam exercere licite valeas, defectu etatis huiusmodi ac Lateranensis concilii et quibuscumque aliis constitutionibus apostolicis necnon statutis et consuetudinibus huiusmodi ecclesie forsan contrariis iuramento, confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica tenore presentium dispensamus. Nulli ergo *etc.* nostre dispensationis infringere vel ei ausu temerario contraire *etc.*

Datum Avinione, II Idus Maii, anno quinto.

α-43

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 233, f. 146r-v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: XX⁼⁼ XX⁼⁼ XX⁼⁼ XX⁼⁼ XX⁼⁼ XX⁼⁼ mg. d.

Αβινιόν

25 Μαΐου 1383

Ο Βενετός Ανδρέας Michiel ονομάζεται αρχιεπίσκοπος Λευκωσίας μετά τον θάνατο του Βερεγγάριου.

Dilecto filio Andree Michaelis electo Nicosiensi, salutem *etc.*

Apostolatus officium quamquam insufficientibus meritis nobis ex altus commissum, quo ecclesiarum omnium regimini presidemus, utiliter excequi coadiuvante Domino cupientes, solliciti corde reddimur, ut, de ipsarum regiminibus agitur committendis, tales eis in pastores preficere studeamus, qui commissum sibi gregem dominicum sciant non solim doctrina verbi sed exemplo boni operis informare, commissasque sibi ecclesias in statu pacifico et tranquillo velint et valeant duce Domino gubernare.

Dudum siquidem, bone memorie Berengario archiepiscopo Nicosiensi regimini Nicosiensis ecclesia presidente, nos, cupientes eidem ecclesie cum vacaret utilem ydoneam per Apostolice Sedis providentia preesse personam, provisionem eiusdem ecclesia ordinationi et dispositione nostre ea vice duximus specialiter reservandam, decernentes extunc irritum et inane si super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari.

Postmodum vero, prefatta ecclesia per obitum eiusdem Berengarii archiepiscopi, qui extra Romanam Curiam debitum nature persolvit, vacante, nos, vacatione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta, ad provisionem ipsius ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit neque potest, reservatione et decreto obsistentibus supradictis ne, ecclesia ipsa longe vacationis exponetur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de preficiendo eidem ecclesie personam utilem //^{146v} etiam fructuosam cum fructibus nostris huiusmodi diligentem, demum ad te clericum Castellanensem diocesis clericali caractere dumtaxat insignitum, litterarum scientia peditum, vite ac morum honestate decorum, in spiritualibus providum et in temporalibus circumspectum aliisque multiplicum virtutum meritis prout fidedignis testimoniis precepimus insignitum direximus oculos nostri mentis, quibus omnibus debita meditationem pensatis, de persona tua, nobis et eisdem fratribus ob dictorum tuorum exigentiam meritorum accepta, eidem Nicosiensi ecclesie de isporum fratrum consilio auctoritate apostolica providemus, teque illi preficimus in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem ipsius Nicosiensis ecclesie, tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, firma spe fiduciaque conceptis, quod prefata Nicosiensis ecclesia sub tuo felici regimine, gratia tibi assistere Domini, prospere et salubriter dirigetur ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Iugum igitur Domini tuis impositum humeris prompta devotione suscipiens, curam et administrationem predictas sic exercere studeas solícite, fideliter et prudenter, quod ecclesiam ipsam gubernatori provideo et fructuoso administratori gaudeat se commissam tu que preter eterne retributionis premium, nostram et sedis predicte benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis.

Datum Avinione, VIII Kalendas Iunii, pontificatus nostri anno quinto.

In *eodem modo* dilectis filiis capitulo ecclesie Nicosiensi, salutem *etc.* Apostolatus *etc.* Usque incrementa. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus prefatis Andrea, electum tamquam patrem et pastorem animarum vestrasrum

devote suscipiens et debita honorificentia prosequentes eius salubribus monitis et mandatis humiliter intendatis. Alioquin sententiam sine penam, quam dictus electus rite tulerit seu statuerit in rebelles ratam habuimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis clero civitatis et diocesis Nicosiensi, salutem *etc.* Apostolatus *etc.* Usque incrementa. Quocirca discretione vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eundem Andream electum tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato admittentes honore ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas eius salubria monita incrementa suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam quam idem electus rite tulerit in rebelles ratam habuimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis populo civitatis et diocesis Nicosiensi, salutem *etc.* Apostolatus *etc.* Usque incrementa. Quocirca universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente, vobis per apostolica scripta mandantes, quatinus prefatum Andream electum tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum devote suscipientes et debita honorificentia prosequentes eius salubribus monitis et mandatis humiliter intendatis, ita quod ipse in vobis devotionis filios se reperisse letetur et vos in eo patrem habeatis assidue gratiosum. Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis universis vassalis ecclesie Nicosiensi, salutem *etc.* Apostolatus *etc.* usque incrementa. Quocirca [diocesis] universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eundem Andream electum pro dicte sedis et nostra reverentia debito prosequentes honore ac ipsius monitis et mandatis salubribus efficaciter intendentes, ei fidelitatem solitam necnon consueta servitia et iura a vobis sibi debita, exhibere integre studeatis. Alioquin sententiam sine penam quam idem //^{147r} electum rite tulerit seu statuerit in rebelles ratam habuimus et faciemus auctore Domino usque ad [satisfacere] condignam observari. Datum *ut supra*.

In eodem modo venerabilibus fratribus universis suffraganeis ecclesie Nicosiensi, salutem *etc.* Apostolatus *etc.* Usque incrementa. Quocirca universitatem vestram per apostolica scripta mandamus, quatinus dicto Andrea electo tamquam membra capiti obsequentes exhibeatis ei obedientiam et reverentiam debitas et devotas, ita quod mutuo inter vos et ipsum gratia gratos sorciatur effectus et vos devotionem vestram possumus propterea in domino merito commendare. Datum *ut supra*.

α-44

Πρωτότυπο:

Αρχειακή σειρά: Reg. Vat. 294, f. f. 104r-v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Αβινιόν

2 Ιουνίου 1383

Ο πάπας Κλήμης Ζ΄ επιλέγει ως αρχιεπίσκοπο Λευκωσίας τον Βενετό Ανδρέα Michiel, αφότου πέθανε ο πρώην Λευκωσίας Βερεγγάριος και τον εξουσιοδοτεί να προχωρήσει στην κανονική ενθρόνισή του.

Dilecto filio Andree electo Nicosiensi, salutem *etc.*

Cum nuper Nicosiensis ecclesie pastoris regimine destitute, de persona tua, nobis et fratribus nostris, ab tuorum exigentiam meritorum accepta, de fratrum eorundem consilio, auctoritate apostolica duxerimus providendum, preficiendo te eidem ecclesie in archiepiscopum et pastorem, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur, nos ad ea, que ad tue commoditatis augmentum cedere valeant favorabiliter intendentes, tuis in hac parte supplicationibus inclinati ut, a quocumque malueris catholico antistite, gratiam et communionem Apostolice Sedis habente, omnes sacros ordines una eadem die etiam temporibus a iure non statutis et deinde ab eodem vel ab alio antistite huiusmodi ascitis et in hoc sibi assistentibus duobus vel tribus aliis episcopis catholicis, similem gratiam et communionem habentibus, munus consecrationis recipere valeas, necnon eidem antistiti ut ordines et munus predicta impendere auctoritate nostra libere tibi possit, plenam et liberam tenore presentium, concedimus facultatem.

Volumus autem quod idem antistes, qui tibi prefatum munus impendet, postquam illud tibi impenderit a te, nostro et Ecclesie Romane nomine, fidelitatis debite solitum recipiat iuramentum, iuxta formam quam sub bulla nostra mittimus interclusam ac formam iuramenti, quod te prestare contigerit nobis de verbo ad verbum per tuas patentes litteras tuo sigillo signatas per proprium nuntium //^{104v} quantocius destinare procures.

Datum Avinione, IIII Nonas Iunii, pontificatus nostri anno quinto.

α-45

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 234, f. 573v-574r
Έκδοση: Ανέκδοτο

Αβινιόν

2 Ιουνίου 1383

Παραχώρηση διαφόρων προνομίων στον αρχιεπίσκοπο Λευκωσίας Ανδρέα.

Dilecto filio Andree electo Nicosiensi, salutem *etc.*

Tue devotionis precibus benignum impertientes assensum libenter ea tibi concedimus gratiose, que tue quietis commodum respicere dinoscuntur. Cum itaque, sicut pro parte tua fuit propositum, coram nobis sepe contingat, ecclesias et cimiteria tuarum civitatis et diocesis per effusionem sanguinis vel seminis aut excommunicatorum inhumationem violari, que non potes reconciliare commode per te ipsum humiliter supplicasti, ut providere //^{574r} tibi super hoc de oportuno remedio dignaremur. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, quod tu hinc ad triennium ecclesias et cimiteria predicta per aliquem sacerdotem ydoneum reconciliare valeas, quotiens fuerit oportuno corporalibus dictorum excommunicatorum si ab aliis corporalibus discerni valeant primitus exhumatis et procul ab ecclesiastica sepultura iactatis et aqua prius per te vel alium antistitem – ut moris est – benedicta, tenore presentium auctoritate apostolica predicto durante triennio concedimus facultatem per hoc autem constitutioni, que id precipit per episcopos tantum fieri nullus volumus imposterum preiudicium generari.

Datum Avinione, III Nonas Iunii, anno quinto.

Eidem salutem etc. Personam tuam nobis et apostolice sedi devotam tuis exigentibus meritis paterna benivolentia prosequentes illam tibi gratiam libenter impendimus per quam animarum saluti valeat provideri. Volentes igitur tuam honorare personam et per honorem tibi exhibitum animarum providere saluti circumspectioni tue absolvendum hac vice auctoritate apostolica decem personas tuarum civitarum vel diocesis Nicosiensis ab excommunicatis sententia *etc.* si per iniunctionem manuum in clericos vel presbiteros eam forsitan intervenerunt si hoc humiliter petierint in forma ecclesie consueta iniunctis cuilibet personarum earumdem pro modo culpe penitentia

salutari et aliis que de iure fuerunt iniungenda plenam et liberam tenore presentium auctoritate predicta concedimus facultatem.

Datum Avinione, III Nonas Iunii, anno quinto.

Eidem salutem etc. personam tuam nobis et apostolice sedi devotam, honorare volentes, illam et gratiam libenter impendimus per quam te [et] allis reddere valeas gratiosum.

Hinc est quod nos tuis supplicationibus inclinati circumspectioni tue de qua in hiis et aliis specialem in domino fiduciam obtinemus dispensandi hac vice auctoritate apostolica cum viginti personis tuarum civitarum vel diocesis Nicosiensis defectum natalium patientibus de soluto et solita autem coniugata vel de coniugato et soluta aut coniugata genitis quod quelibet ipsarum possit ad omnes ordines promuoveri et beneficium ecclesiasticum etiam si curam habeat animarum obtinere dummodo persone ipse paterne incontinentie sectatrices non existant sed bone conversationis et vite super quibus tuam conscientiam oneramus aliaque sibi merita suffragentur ad huiusmodi gratia, obtinendam defectu huiusmodi ac Pictaviensis Concilii et quibuscumque aliis constitutionibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus ecclesiarum in quibus beneficia huiusmodi forsitan fuerint quamvis iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis nequaquam obstantibus plenam et liberam concedimus auctoritate predicta tenore presentium facultatem.

Datum Avinione, IIII Nonas Iunii, anno quinto.

Eidem salutem etc. Devotionis tue sinceritas promeretur ut, votis tuis in hiis presertim que ad tue salutem anime cedere valeant, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus.

Tuis itaque supplicationibus inclinati auctoritate tibi presentium indulgemus, ut si forsitan ad loca ecclesiastico interdicto supposita te contigerit declinare, liceat tibi in illis ianuis clausis excommunicatis et interdictis exclusis, non pulsatis campanis et submissa voce celebrare ac in tua et familiarium tuorum domesticorum presentia missam et alia divina officia facere celebrare dummodo tu vel illi causas non deberitis interdicto nec id tibi vel illis contigerit specialiter interdicti. Nulli ergo etc nostre concessionis infringere *etc.*

Datum Avinione, IIII none Iunii anno quinto.

Eidem salutem etc. Benigno sunt illa tibi concedenda favore per que sicut pie desiderare videris consientie pacem et salutem anime, Deo propitio, consequi

merearis. Hinc est, quod nos tuis supplicationibus inclinati tibi auctoritate apostolica indulgemus, ut aliquem ydoneum et discretum presbiterum in tuum possis eligere confessorem, qui quotiens tibi fuerit oportunitas confessionibus tuis diligenter auditis pro commissis debitam tibi absolutionem impendat et iniungat penitentiam salutarem, vis forsitan talia fuerint propter que Sedes Apostolica sit merito consulenda. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere *etc.*

Datum Avinione, iiii none Iunii anno quinto.

α-46

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 234, f. 574r-574v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: De Ca. Jo. de Neapol. *mg. s. XXV^r, L, X, XXX^rmg. d.*

Αβινιόν

2 Ιουνίου 1383

Παραχώρηση διαφόρων προνομίων στον αρχιεπίσκοπο Λευκωσίας Ανδρέα. Συγκεκριμένα να παραχωρηθούν σε επτά πρόσωπα εκκλησιαστικά προνόμια.

Dilecto filio Andree electo Nicosiensi, salutem *etc.*

Personam tuam nobis et apostolice sedi devotam tuis exigentibus meritis paterna benivolentia prosequentes, illam tibi gratiam libenter impendimus, per quam te possis aliis //^{574v} reddere gratiosum.

Tuis itaque supplicationibus inclinati circumspectioni tue reservandi, hac vice auctoritate apostolica donationi tue pro septem personis ydoneis, quas ad hoc duxeris eligendas septem beneficia ecclesiastica cum curam vel sine curam, dummodo aliquid beneficiorum huiusmodi canonicatus et prebenda in ecclesia Nicosiensi non fuerit quorum cuiuslibet fructus, redditus et proventus, si persone ipse gradum non habeant, in iure canonico vel civili et cum cura sexaginta et, si sine cura, quadraginta florenorum auri secundum taxatione decime, si taxati fuerint, vel, si taxati non fuerint, secundum quod de illi pro decima communiter persolvi consuevit valorem annum non excedant ad archiepiscopi Nicosiensis pro tempore existentis collationem, provisionem preter seu quamvis aliam dispositionem pertinentia, si qua tempore

reservaris huiusmodi in ecclesiam civitate vel diocesis Nicosiensis vacabunt vel cum simul aut succesive vacaverint, que dicte persone per se vel procuratores eorum ad hoc legitime constitutos, infra unius mensis spatium, postquam personis vel procuratoribus predictis vacatione illorum innotuerit duxerint acceptanda conferenda, singula videlicet eorum singulis eisdem personis post acceptationem huiusmodi cum iuribus et pertinentiis suis, inhibendi quoque ^a eadem auctoritate successoribus tuis Archiepiscopis Nicosiensis ne de huiusmodi beneficiis interim etiam ante acceptationem eandem, nisi postquam eis constiterit, quod persone vel procuratores predicti illa noluerint acceptatione, dispositione quoquo presumant ac nichilominus beneficia huiusmodi que reservabis, si tempore dicte reservationis vacent, vel cum simul aut succesive vacaverit – ut prefertur – singula videlicet eorum singulis eisdem personis post acceptatione predictam cum omnibus iuris et pertinentiis supradictis auctoritate predicta conferendi et de illis eis etiam providendi inducendi, quoque per te vel alium seu alios personas ipsas vel procuratores predictos pro eis in corporalem possessionem beneficiorum iurisque et pertinentiis predictorum et defendendi inductas dictisque personis de beneficiorum ipsorum fructibus, redditibus, proventibus, iuris et obventibus universis integre responderi faciendi. Contradictoresque eadem auctoritate appellatione postposita compescendi. Non obstantibus si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales apostolice sedi vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus preterque auctoritate nostra huiusmodi beneficia expectantibus dictas personas in assecutione beneficiorum huiusmodi volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem aliorum beneficiorum preiudicium generari, seu si eisdem successoribus vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indultum huiusmodi mentem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impedire valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque

toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Seu si quilibet dictarum personarum unum vel duo beneficium seu beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica obtineat plenam et liberam tenore presentis concedimus facultatem et in super exnunc irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit acceptari.

Volumus autem quod de nominibus beneficiorum et personarum quibus ea contuleris et de die collationem huiusmodi Cameram Apostolicam seu collectorem fructuum et proventum eidem camere debitorum in illis partibus deputatum quantocuis certificare procures.

Datum Avinione, III Nonas Iunii, anno quinto.

^a in *del.* R

α-47

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 234, f. 235r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: De Ca. Jo. de Neapol. *mg. s. L^e mg. d.*

Αβινιόν

2 Ιουνίου 1383

Στον αρχιεπίσκοπο Λευκωσίας Ανδρέα Michel δίνεται το δικαίωμα να παραχωρήσει άδεια σε 20 άτομα να επιλέξουν εξομολόγο.

Dilecto filio Andree electo Nicosiensis, salutem *etc.*

Personam tuam honorare volentes et per honorem tibi exhibitum animarum saluti providere discretioni tue concedenti auctoritate apostolica viginti personis tue diocesis de quibus secundum statum et condiciones earum tibi indebitur ut confessor quem quelibet ipsarum duxerit eligendi omni peccatorum suorum de quibus corde contrite et ore confesse fuerint semel tantum in mortis articulo plenam remissionem eis in sinceritate fidei unitate sancte Romane Ecclesie ac obedientes et devotione nostram vel successorum nostrorum Romanorum pontificum canonice intrantium persistentibus auctoritate apostolica concedere valeat. Ita tamen, quod idem confessor

de hiis de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda eam personis ipsis per eas, si supervixeris, vel per heredes suos si tunc forte transierint, faciendam iniungat, quam persone vel heredes predicti teneantur facere – ut profertur – et ne quod ab sit propter huiusmodi gratiam persone ipse reddantur procliniore ad illicita imposterum committenda, volumus quod si ex confidentia remissionis huiusmodi aliqua forte committeris, quo ad illa predicta remissio eis nullatenus suffragentur plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem.

Datum Avinione, III Nonas Iunii, anno quinto.

α-48

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 234, f. 222r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: De. ca. Jo. de Neapol. mg. s. XXX mg. d.

Αβινιόν

3 Ιουνίου 1383

Ο αρχιεπίσκοπος Λευκωσίας λαμβάνει το δικαίωμα να παραχωρήσει το αξίωμα του νοτάριου σε οκτώ κληρικούς, που θα θεωρήσει ότι μπορούν να αναλάβουν τις θέσεις αυτές. Ενδιαφέρον έχει η αναφορά στον όρκο που οφείλουν να δώσουν.

Dilecto filio Andree electo Nicosiensi, salutem *etc.*

Ne contractuum *et cetera* prout in superiori, que [dirigitur] episcopo Abrincensis sub numero q *usque* recurratur.

Hinc est quod nos tuis supplicationibus inclinati tibi concedendum auctoritate apostolica, predictum officium octo clericis non coniugatis, nec in sacris ordinibus constitutis tuarum civitatis vel diocesis Nicosiensis quos, post diligentem examinationem, ad huiusmodi officium excercendum ydoneos esse reppereris, iuramento prius ab eis, iuxta formam presentibus annotatam recepto, plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem forma autem iuramenti quod quilibet clericis eorundem prestabit talis est: ego .. clericus non coniugatus nec in sacris ordinibus constitutus .. diocesis ab hac hora in antea *etc.* ut in forma.

Datum Avinione, III None Iunii, anno quinto.

α-49

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 234, f. 228r
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: De. ca. Jo. de Neapol. mg. s. X mg. d.

Αβινιόν

3 Ιουνίου 1383

Παραχώρηση διαφόρων προνομίων στον αρχιεπίσκοπο Λευκωσίας Ανδρέα.

Dilecto filio Andree electo Nicosiensis, salutem *etc.*

Sincere devotionis affectus, quem ad nos et Romana geris ecclesiam, non indigne meretur ut petitionibus tuis *etc. usque* ut liceat tibi habere altare portatile *etc.* prout in venerabili superiori proximam qua dirigitur Iohanni abbati monasteri Cluniacensis usque indulgemus nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere *etc.*

Datum Avinione, IIII None Iunii, anno quinto.

Eidem salutem *etc.* Sincere devotionis affectus *etc.* usque ut missam antequam illucescat dies *etc.* prout in venerabili superiori, qua dirigitur Iohanni abbati Cluniacensis usque in luce. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere *etc.*

Datum Avinione, III Iunii, anno quinto.

α-50

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 234, f. 235r
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: De Ca. Jo de Neapol. mg. s. X⁼⁼mg. d.

Αβινιόν

3 Ιουνίου 1383

Παραχώρηση διαφόρων προνομίων στον Ανδρέα, αρχιεπίσκοπο Λευκωσίας

Dilecto filio Andree electo Nicosiensis, salutem *etc.* provenit *etc.* ut in forma.

Datum Avinione, III Nonas Iunii, anno quinto.

α-51

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 234, f. 356r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: De Ca. Jo de Neapol. mg. s. XX mg. d.

Αβινιόν

4 Ιουνίου 1383

Παραχωρείται στον Βενετό Ανδρέα Michiel που έχει εκλεγεί αρχιεπίσκοπος Λευκωσίας το δικαίωμα να επιλέξει τους ιεράρχες που θα τον χειροτονήσουν.

Dilecto filio Andree Nicosiensi, salutem *etc.*

Cum nuper Nicosiensi ecclesie, pastoris regimine destituta, de persona tua nobis et fratribus nostris ob tuorum exigentiam meritorum accepta de eorundem fratrum consilio auctoritate apostolica duxerimus providendum, preficiendo te eidem ecclesie in archiepiscopum et pastorem, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur, nos ad ea qua ad tue commoditatis augmentum cedere valeant favorabiliter intendentes, tuis in hac parte supplicationibus inclinati ut a quocumque malueris catholico antistite, gratiam et communionem Apostolice Sedis habente, omnis sacros ordines una eadem die etiam temporalibus a iure non statutis et deinde ab eodem vel ab alio antistite huiusmodi ascitis et in hoc sibi assistentibus duobus vel tribus aliis catholicis episcopis, similem gratiam et communionem habentibus, munus consecrationis recipere valeas, necnon eidem antistiti ut ordines ut munus predictam impendere auctoritate nostra libere tibi possit plenam et liberam tenore presentium concedimus facultatem.

Volumus autem quod idem antistes, qui tibi prefatum munus impendet, postquam illud tibi tamen impendere a te, nostro et Ecclesie Romane nomine, fidelitatis debite solitum recipiat iuramentum, iuxta formam quam sub bulla nostra mittimus interclusam ac formam iuramenti quod te prestare contigerit nobis de verbo ad verbum per tuas patentes litteras tuo sigillo signatas per proprium nuntium quantocuis destinare procuratores.

Datum Avinione, IIII Nonas Iunii, anno quinto.

α-52

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 279, f. 140v

Αναφορά: Hoberg, *Taxae*, σ. 86

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Επικεφαλίδα: Anno LXXXIII Archiepiscopo Nicosiensi. Die XXVII mensis Novembris dictus Cavallinus de Cavallinis aportavit sufficiens procuratorem, ut promiserat et fuit [facta] obligatio nomine procuratoris ipsius domini archiepiscopi et idem Cavallinus liberatus a promissione, quam hic suo proprio nomine fecerat *mg. s. Cardinales XXIII mg. d.*

1 Ιουλίου 1383

Υπόσχεση πληρωμής συνήθων οικονομικών υποχρεώσεων στο Αποστολικό Ταμείο από τον αρχιεπίσκοπο Λευκωσίας Ανδρέα, για τον ίδιο και τον προκάτοχό του Βερεγγάριο.

Anno, indictione X pontificatum quibus supra, et die prima mensis Iulii, nobilis Cavallinus de Cavallinis promisit dare operam et facere possessioni quod dictus Andreas Michaelis, electus Nicosiensis, infra festum sancti Iohannis proximum venturum [mietet] hic sufficiens [procuratoris] cum sufficienti [mandato] in forma consueta ad obligandum se pro suo communi servitio et quinque servitiis consueta et ad ratificandi omnia et singula [gesta et facta] per ipsam occasione predicta et promisit in [manus] dicti domini Michaelis electi pro dicto suo communi servitio quinque milia florenos auri et quinque servitiis consueta.

Item recognovit camere et collegium pro domino Berengario predecessoris suo alia Vm florenorum auri et quinque servitiis pro rata.

Solvendo medietatem promissi hinc ad festum Nativitatis beati Iohannis Baptiste proximum et aliam medietatem in alio simili festo anno revoluto et recognitum in similibus terminis annis revoluto. Iuravit *etc.* In ^a nostram dicti domini sui *etc.*

^a minibus *del. R*

α-53

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 232, f. 271v-272r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Gratis de mandato domini nostri *mg. d. f. 271v*

Αβινιόν

27 Ιουλίου 1383

Υπόσχεση για παραχώρηση εκκλησιαστικού εισοδήματος στον Ιωάννη de Turre, κανονικό Λευκωσίας.

Dilecto filio Iohanni de Turre canonico Nicosiensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Nobilitas generis vite ac morum honestas aliaque probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio, nos, inducunt ut tibi reddamur ad gratiam liberales, volentes, igitur tibi, qui in presbiteratus ordine constitutus et de nobili genere ex utroque parente procreatus existis, premissorum meritorum tuorum intuitu gratiam facere specialem, canonicatum ecclesie Nicosiensis cum plenitudine iuris canonici apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo etiam providemus, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit, quam tu per te vel procuratorem tuum ad hoc legitime constitutum infra unius mensis spatium, postquam tibi vel eidem procuratori vacatio illius innotuerit, duxeris acceptandam, conferendam tibi post acceptationem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinentiis suis donationi apostolice reservamus, districtius perhibentes, veberabili fratri nostro archiepiscopo et dilectis filiis capitulo Nicosiensibus, ac illi vel illis, ad quem ad quibus in eadem ecclesia prebendarum collatio, provisio, presentatio seu quevis alia dispositione pertinet communiter vel divisim vel de huiusmodi prebenda interim etiam ante acceptationem eandem nisi postquam eis costiterit, quod tu vel procurator predictis illam volueritis acceptare disponere quoquomodo presumant, ac decernentes exnunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Non obstantibus quibuscumque ordinationibus per nos factis et de certo canonicorum numero ac quibuslibet aliis statutis et consuetudinibus dicte ecclesie contrariis iuramento confirmatione apostolica vel quacumque //^{272r} firmitate alia roboratis; aut si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in eadem ecclesia in canonicos sint recepti vel – ut recipiantur – insistant,

seu si super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis in dicta ecclesia speciales vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales Apostolice Sedis vel legatorum eius litteras impetravint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus preterquam auctoritate nostra in dicta ecclesia receptis vel prebendas expectantibus in eadem te in huiusmodi prebende assecutione volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem prebendarum aut benefiorum aliorum preiudicium generari, seu si eisdem archiepiscopo et capitulo vel quibusvis aliis communiter vel divisim [predicta] sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli non possint, quod que de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie aut aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem et qualibet alia dicte Sedis Apostolice indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non incertam effectus huiusmodi nostre gratie impediri valeat quomodolibet vel differi et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis; aut si presens non fuerit ad presentandum de observandis statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie solitum iuramentum, dummodo in absentia tua per procuratorem idoneum et cum ecclesiam ipsam accesseris, corporaliter illud prestes, seu si hodie pro alio ^a ||vel|| aliis super equali vel equalibus gratia vel gratiis in eadem ecclesia litteras nostras duxerimus concedendas. Nos enim tam illas quam presentes effectum sortiri volumus quacumque constitutionem apostolica contraria non obstante, aut quod perpetuum beneficium, assisiam nuncupatum, ad maius altare dicte ecclesie noscens obtinere.

Volumus autem quod quamprimum vigore presentium huiusmodi prebende possessionem fueris pacificam assecutus prefatum beneficium quod extunc vacare decernimus omnino, prout etiam ad id te sponte obstulisti, dimittere tenearis et quod si tu aliquam aliam gratiam beneficalem a vobis hactenus obtinuisti presentes littere exnunc sint casse et irritae nulliusque roboris vel momenti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre collationis, provisionis, reservationis inhibitionis constitutionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire, siquis hoc attemptari presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Avinione, V Kalendas Iulii, pontificatus nostri anno quinto.

In eodem modo ^β venerabilibus fratribus, salutem et cetera. Nobilitas generis et cetera. Usque [*momenti*]. ^γ

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta //^{272v} mandamus quatinus vos vel duo aut unus vestrum, per vos vel alium seu alios, eundem Iohannem, vel procuratorem suum eius nomine ex nunc auctoritate nostra in dicta ecclesia recipi facientes in canonicum et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie cum dicti iuris plenitudine assignatis, prebendam per nos, ut premittitur, reservatam, si tempore huiusmodi nostre reservationis vacabat vel postea vacant, aut cum vacaverit – ut prefertur – eidem Iohanni post acceptationem predictam cum omnibus iuribus et pertinentiis suis supradictis auctoritate predicta conferre et assignare curetis, inducentes eum vel dictum procuratorem pro eo in corporalem possessionem prebende ac iurium et pertinentiarum predictorum et defendentes inductum ac facientes sibi de ipsorum canonicatus et prebende fructibus, redditibus, proventibus iuribus et obventionibus universis integre responderi. Non obstantibus omnibus supradictis seu si eisdem archiepiscopo et capitulo vel quibuscuis aliis communiter vel divisim in prefata Sede indultum existat quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientis plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Contradictores auctoris nostra appellatione postposita compescendo.

Datum Avinione, V Kalendas Iulii, pontificatus nostri anno quinto.

^α seu *del. R* ^β dilecto filio et cetera salutem *del. R* ^γ etc *del. R*

α-54

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 234, f. 625v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: De Ca. B. Mart. mg. s. Xv mg. d.

Castrumnovum, Αβινιόν

16 Αυγούστου 1383

Μετά τον θάνατο του τελευταίου δεκανού (*decanus*) της αρχιεπισκοπής Λευκωσίας, Βερεγγάριου Γρηγόριου, η σύνοδος της αρχιεπισκοπής Λευκωσίας εξέλεξε στη θέση τον Ιωάννη de Populo. Ο πάπας Κλήμης Ζ' επιβεβαιώνει την εκλογή του καθώς και

το δικαίωμα χρήσης των εισοδημάτων από το κανονικάτο της επισκοπής του Urgell. Θα πρέπει, ωστόσο, να παραιτηθεί από τα δικαιώματα της εκκλησίας του Querolio στην ίδια επισκοπή, όταν αναλάβει το δεκανάτο της Λευκωσίας.

Dilecto filio Iohanni de Populo decano ecclesie Nicosiensis, salutem *etc.*

Nobilitas generis, vite ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio, nos inducunt ut personam tuam favore apostolico prosequamur.

Exhibita siquidem nobis nuper pro parte tua petitio continebat quod dudum, decanatu ecclesie Nicosiensis, qui dignitas curata et maior post pontificalem in eadem ecclesia existit et ad quem consuevit quis per electionem assumi, per obitum quondam Berengarii Gregorii ultimi ipsius ecclesie decani, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacante, dilecti filii capitulum dicte ecclesie, ad quos etiam de antiqua et approbata ac hactenus pacifice observata consuetudine electo decani eiusdem ecclesie pertinet, vocatis omnibus qui debuerunt, voluerunt et potuerunt commode interesse, die ad eligendum prefixa – ut moris est – convenientes in unum, te in decanum eiusdem ecclesie concorditer elegerunt, tuque, electioni huiusmodi illius tibi presentato decreto conseciens, illam obtinuisti auctoritate ordinaria confirmari in hiis omnibus statutis a iure temporibus observatis canonice nisi apostolice reservationes obstarent. Cum autem sicut eadem petitio subiungebat, tu dubites quod prefatus Berengarius fructuum, reddituum et proventuum camere apostolice debitorum collector vel succollector extisterit, et propterea vel alias dictum decanatum tempore electionis et confirmationis huiusmodi dispositioni apostolice generaliter vel specialiter reservatum fore, teque posse propterea super eo imposterum molestari, nos, volentes te, qui de nobili genere procreatus et in presbiteratus ordine constitutus existis, premissorum meritorum tuorum intuitu favore prosequi gratie specialis, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, volumus et tibi, predicte et Urgellensis ecclesiarum canonicatus et prebendas ac parrochiam ecclesiam de Querolio Urgellensis diocesis obtinenti, apostolica auctoritate concedimus quod electio et confirmatio predicte et quecumque inde secuta perinde a data presentium, dummodo dictus Berengarius familiaris noster non fuerit, valeant et plenam obtineant roboris firmitatem ac si dictus Berengarius collector et succollector – ut premittitur – et decanatus predicti propterea vel alias generaliter vel specialiter dispositioni apostolice reservatus per Sedem Apostolicam non fuissent.

Volumus autem quod quamprimum vigore presentium dictum decanatum fueris pacifice assecutus, prefatam parrochiam ecclesiam, quam – ut prefertur – obtines et quam extunc vacare decernimus, omnino dimittere tenearis. Nulli ergo *etc.* nostre voluntatis, concessionis et constitutionis infringere *etc.*

Datum apud Castrumnovum, Avinionensis diocesis, XII Kalendas Septembris, anno quinto.

α-55

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχαιακή σειρά: Reg. Vat. 294, f. 14v-15r
Έκδοση: Ανέκδοτο

Castrumnovum, Αβινιόν

17 Σεπτεμβρίου 1383

Παραχώρηση διαφόρων προνομίων από τον πάπα Κλήμη στον επικεφαλής του Τάγματος του Αγίου Ιωάννη της Ιερουσαλήμ στην Κύπρο. Του δίδεται το δικαίωμα επιλογής εξομολόγου, άδεια κατοχής ιερής τράπεζας και τέλεση Θείας Λειτουργίας σε μη ενδεδειγμένο χώρο μετά τη δύση του ηλίου.

Dilecto filio Dominico de Alamania preceptori domus Cipri hospitem Sancti Iohannis Ierosolimitanus, salutem *etc.*

Benigno sunt illa tibi concedenda favore per que sicut pie desiderare videris conscientie pacem et salutem anime Deo propitio consequi mereari. Hinc est quod nos tuis supplicationem tibi auctoritate presentium apostolica indulgemus, ut aliquem idoneum et discretum in tuum possis eligere confessorem, qui quotiens tibi fuit opportunum, confessionibus tui diligenter, auditis pro commissio debitam tibi absolutionem impendat et iniungat penitentiam salutarem, nisi forsan talia fuerunt, propter que Sedes Apostolica sic merito consulenda. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere *etc.*

Datum apud Castrumnovum, Avenionensis diocesis, XV Kalendas Octobris, pontificatus nostri anno quinto.

Idem salutem etc. Sincere devotionis affectus, quem ad nos et Romana geris ecclesiam, promeretur ut petitionibus tuis, illis presertim quas ex devotionis fervore prodire conspiciamus, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus.

Hinc est quod nos tuis devotis supplicationibus inclinati ut liceat tibi altare portatile cum debita reverentia et honore super quam vocis ad hoc congruentibus et honestis per proprium vel alium sacerdotem ydoneum missam et alia divina officia sine iurum alieni preiudicio in tua presentia facere celebrari valeas devotioni tue tenore presentium indulgemus. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere *etc.*

Datum Castrumnovum, Avinionensis diocesis, XV Kalendas Octobris, pontificatus nostri anno quinto.

Idem salutem etc. Sincere devotionis affectus, quem ad nos et Romanam geris ecclesiam promeretur ut votis tuis favorabiliter annuamus illis presertim per que sicut pre desideras divinos officiiis [intentus] existas et spiritualis salutis tibi proveniat incrementum. Hinc est quod nos tuis devotis supplicationibus inclinati ut missam antequam illucescat dies circa tamen diurnam lucem cum qualitas negotiorum pro tempore ingruentium id exegerit liceat tibi per proprium vel alium sacerdotem ydoneum facere celebrarum, ita quod id nec tibi nec sacerdoti taliter celebranti ad culpam valeat imputari devotioni tue, tenore presentium indulgemus de speciali gratiam proviso quod parte concessione utaris quia cum in altaris officio imoletur dominus noster Dei filius Ihesus Christus, qui candor lucis eterne congruit hoc non in noctis fieri tenebris sed in luce. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere *etc.*

Datum apud Castrumnovum, Avenionensis diocesis, XV Kalendas Octobris, <anno> quinto.

//^{15r} *Idem salutem etc.* Devotionis tue sinceritas promeretur debitis, ut votis tuis in hiis presertim que ad tue salutem anime cedere valeant, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus. Tuis itaque supplicationibus inclinati auctoritate tibi presentium indulgemus, ut forsitan ad loca ecclesiastica interdicto [supponita] te contigerit declinare liceat tibi in illis clausis ianuis excommunicatis et interdictis exclusis non pulsatis campanis et submissa voce facere celebrari ac in tua et familiarum tuorum domesticorum missam et alia divina officia facere celebratis dummodo tu vel illi causam non dederatis nec id tibi vel illis contigerit specialiter interdicti. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere *etc.*

Datum apud Castrumnovum, Avinionensis diocesis, XV Kalendas Octobris, anno quinto.

α-56

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 234, f. 270v
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: Jo. de Neapoli *mg. s.*

Αβινιόν

17 Σεπτεμβρίου 1383

Στον Δομίνικο de Alamania, προϊστάμενο του Τάγματος των Ιωαννιτών στην Κύπρο παραχωρούνται διάφορα προνόμια (επιλογή εξομολόγου κ.ά.).

Dilecto filio Dominico de Alamania preceptori Domus Cipri Hospitalem Sancti Iohannis Ierosolimitanus, salutem *etc.*

Benigno sunt illa tibi concedenda favore per que sicut pie desiderare videris, conscientie pacem et salutem anime Deo propitio consequi merearis. Hinc est quod nos tuis supplicationibus inclinati, tibi auctoritate apostolica indulgemus, ut aliquem ydoneum et discretum presbiterum in tuum possis eligere confessorem, qui quotiens tibi fuerit opportuno confessionibus tuis diligenter auditis pro commissis debitam est absolutionem impendat et iniungat penitentiam salutarem nisi forsan talia fuerint propter que Sedes Spostolica sit merito consulenda. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere *etc.*

Datum apud Castrumnovum, Avinionensis diocesis XV Kalendas Octobris, anno quinto.

Eidem salutem *etc.* Sincere devotionis affectus, quem ad nos et Romanam geris Ecclesiam, non indigne meretur ut petitionibus ||tuis||, illis presertim quas ex devotionis fervore prodire conspiciamus, quantum cum Deo possumus, favorabiliter anuamus.

Hinc est quod nos tuis devotis supplicationibus inclinati, ut liceat tibi habere altare portatile cum debita reverentia et honore super quo in locis ad hoc congruentibus et honestis possis per proprium vel alium sacerdotem ydoneum missam et alia divina officia sine iuris aliemi preiudicio in tua presentia facere celebrari valeas devotioni tue tenore presentium indulgemus. Nulli ergo *etc.* nostra concessionis infringere *etc.*

Datum apud Castrumnovum, Avenionensis diocesis, XV Kalendas Octobris, anno quinto.

Eidem salutem etc. Sincere devotionis affectus, quem ad nos et Romanam geris ecclesiam, promeretur ut, votis tuis, favorabiliter annuamus, illis presertim per que sicut pie desideras divinis officiis intentus existas et spiritualis salutis tibi proveniat incrementum.

Hinc est quod nos tuis devotis precibus inclinati, ut missam antequam ^a illucescat dies circa tamen diurnam lucem cum qualitas cum qualitas negotiorum pro tempore ingruentium id exegerit, liceat tibi per proprium vel alium sacerdotem idoneum facere celebrari, ita quod id nec tibi nec sacerdoti taliter celebranti ad culpam valeat imputari, devotioni tue auctoritate presentium de speciali gratia indulgemus. Proviso quod parce huiusmodi concessione utaris, quia, cum in altaris officio imoletur Dominus noster Dei filius Ihesus Christus, qui candor lucis eterne, congruit hoc non in noctis fieri tenebris sed in luce. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere *etc.*

Datum apud Castrumnovum, Avenionensis diocesis, XV Kalendas Octobris, anno quinto.

Eidem salutem etc. Eidem. Devotionis tue sinceritas promeretur ut votis tuis in hiis presertim que ad tue salutem anime cedere valeant, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus.

Tuis itaque supplicationibus inclinati auctoritate tibi presentium indulgemus ut, si fors ad loca ecclesiastico interdicto supposita te contigerit declinare, liceat tibi in illis ianuis clausis excommunicatis et interdictis exclusis non pulsatis campanis et submissa voce facere celebrari ac in tua et familiaris tuorum domesticorum presentia missam et alia divina officia facere celebrari, dummodo tu vel illi causam non dederitis interdicto nec id tibi vel illis contigerit specialiter interdicti. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere *etc.*

Datum apud Castrumnovum, Avenionensis diocesis, XV Kalendas Octobris, anno quinto.

^a illus *del.* R

α-57

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 279, f. 125v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Archiepiscopo Nicosiensi *mg. s.* alibi est quare cancellarii *man. altera*: XXIII Cardinales. Infra unum annum die adpente possis dicte ecclesie [...] et aliam medietatem in alio simili termino anno revoluto *mg. d.* Η εγγραφή είναι διαγραμμένη με την ένδειξη alibi est quare cancellarii.

<Αβινιόν>

25 Σεπτεμβρίου 1383

Υπόσχεση πληρωμής συνήθων οικονομικών υποχρεώσεων στο Αποστολικό Ταμείο από τον αρχιεπίσκοπο Λευκωσίας Ανδρέα, για τον ίδιο και τον προκάτοχό του Βερεγγάριο.

Anno LXXXIII et die XXV mensis Septembris dominus Andreas Archiepiscopus Nicosiensis promisit camere et collegio pro suo communi servitio per Cavallinum de Cavallinus procuratorem suum [*etc.*] Vm florenorum auri et quinque servitia consueta.

Item recognovit pro domino Berengario predecessore suo alia Vm et quinque servitia consueta pro rata solvendo medietatem promisse et recognitum in similibus terminus proximus annuis revolutis.

α-58

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Vat. 294, f. 186r

Έκδοση: Μερικώς εκδεδωμένο *Acta Clementis VII*, τ. 2, αρ. 33

Αβινιόν

6 Οκτωβρίου 1383

Ο πάπας Κλήμης ορίζει τη διαδικασία για την απόδοση της περιουσίας του τεθνεώτος πρώην αρχιεπισκόπου Λευκωσίας, Βερεγγάριου στον πάπα. Επίσης, ο νυν εκλεγείς αρχιεπίσκοπος Ανδρέας δικαιούται να λάβει το 1/6 της περιουσίας του Βερεγγάριου.

Venerabili fratri Raymondo episcopo Paphensi fructuum et proventuum in regno Cipri camere apostolice debitorum collectori vel eius in civitate et diocesi Nicosiensis succollectori, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum – sicut accepimus – nonnulla bona mobilia et spolia ad bone memorie Berengarium archiepiscopum Nicosiensem, dum viveret spectantia in illis partibus existat, de quibus gentes camere nostre apostolice cui dicta bona pertinent, nullam rationem habuerunt, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus universa et singula bona et spolia huiusmodi etiam cum consilio, auxilio et favore dilecti filii nostri Andree electi Nicosiensis habere, petere, exigere, congregare nostro et camere predictae nomine studeas fideliter et diligenter. Nos enim compellendi quascumque personas, cuiuscumque status vel conditionis existat etiam si pontificali vel alia prefulgeant dignitate ad huiusmodi bona et spolia tibi vel alteri nomine tuo – ut prefertur – reddenda et restituenda auctoritate apostolica concedimus potestatem.

Volumus autem quod de universis bonis et spoliis predictis que habueris et recuperaveris – ut prefertur – sextam partem ipsorum prefato electo dones, tradas auctoritate predicta realiter et assignes, cui nos etiam ea tenore presentium concedimus et donamus et insuper te quitandi de ipsa sexta parte nostra et dicte camere nomine eidem electo plenam concedimus auctoritate predicta facultatem.

Datum apud Castrumnovum, Avenionensis diocesis, II Nonas Octobris, pontificatus nostri anno quinto.

α-59

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 234, f. 447r

Έκδοση: Μερικώς εκδεδομένο *Acta Clementis VII*, τ. 2, αρ. 33

Σημειώσεις: Io de Neapol. *mg. s. XX mg. d.*

Castrumnovum

6 Οκτωβρίου 1383

Σχετικά με τα spolia του νεκρού αρχιεπισκόπου Βερεγγάριου και τα όσα αναλογούν στο Αποστολικό Ταμείο.

Venerabili fratri Raymundo episcopo Paphensi, fructuum et proventuum in regno Cypri camere apostolice debitorum collectori vel eius in civitate et diocesi Nicosiensis, subcollectori, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum – sicut accepimus – nonnulla mobilia et spolia ad bone memorie Berengarium archiepiscopum Nicosiensis, dum viveret spectantia in illis partibus existant, de

quibus gentes camere nostre apostolice, cui dicta bona pertinent, nullam rationem habuerunt, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus universa et singula bona et spolia huiusmodi, etiam cum consilio, auxilio et favore dilecti filii nostri Andree, electi Nicosiensis, habere, petere, exigere, congregare, nostro et camere pradicte nomine studeas fideliter et diligenter. Nos enim compellendi quascumque personas, cuiuscunque status vel conditionis existant, etiam si pontificali vel alia prefulgeant dignitate, ad huiusmodi bona et spolia tibi vel alteri nomine tuo – ut prefertur – reddenda et restituenda auctoritate apostolica concedimus potestatem.

Volumus autem quod de universis bonis et spoliis predictis, que habueris et recuperaveris – ut prefertur – sextam partem ipsorum prefato electo dones, tradas auctoritate predicta realiter et assignes, cui nos etiam ea tenore presentium concedimus et donamus. Et insuper te quitandi de ipsa sexta parte nostra et dicte camere nomine eidem electo plenam concedimus auctoritate predicta facultatem.

Datum apud Castrumnovum, Avinionensis diocesis, secundo Nonas octobris, pontificatus nostri anno quinto.

α-60

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 232, f. 130r-131r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: XXV⁻ XXV⁻ XXV⁻ XXV⁻ XXV⁻ XXV⁻ mg. d.

Αβινιόν

7 Οκτωβρίου 1383

Ο πρώην πατριάρχης Ιεροσολύμων Lupus μεταφέρθηκε από την επισκοπή της Σαραγόσα στα Ιεροσόλυμα, διατηρώντας ωστόσο τα έσοδα της επισκοπής, ενόσω ήταν πατριάρχης. Απεβίωσε πριν οι παπικές επιστολές μετάθεσης και παραχώρησης των εισοδημάτων ετοιμαστούν.

Venerabili fratri Garsie episcopo olim Vicensi in archiepiscopum Cesaraugustanum electo, salutem et cetera.

Quam sit onusta dispendiis, quam plena periculis quantaque discrimina secum trahat divina ecclesiarum vacatio, solícite considerationis indagine perscrutantes libenter operarias manus <a>pponimus et studium efficacis impertimur, ut viduatis ecclesiis, prout temporis, qualitas exigit, <et> locorum utilitas persuadet, nunc per debite provisionis officium, nunc vero per ministerium translationis accommode pastores

preficiantur idonei et ministri providi deputentur, quorum eodem <vacat> presidiis et favoribus communitate votivis et prosperis auctore domino preficiant <incrementis>.

Dudum siquidem, provisiones omnium ecclesiarum cathedralium extunc //^{130v} in antea vacaturarum per translationem de prelatibus earum ubilibet constitutis per nos faciendas <impo>sterum ad alias ecclesias cathedrales tunc vacantes et in antea vacaturas <lacuna> dispositioni nostre duximus reservandam, decernentes extunc irritum et inane si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigeret attemptari. Et deinde bone memorie Lupum patriarcham Ierosolimitanum, licet absentem, a vinculo, quo ecclesie Cesaraugustana cui tunc preerat tenebatur de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes ipsum ad ecclesiam Ierosolimitanam tunc vacantem et antea ordinationi et dispositioni apostolice reeservata auctoritate apostolica transtulimus ipsumque illi preficimus in patriarcham et pastorem curam et administratorem ipsius ecclesie Ierosolimitane sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie commitendo, ac ei, ut statum suum deceri, tuis tenere valent ipsam ecclesiam Cesaraugustanam per huiusmodi translationem vacantem de dictorum fratrum consilio auctoritate predicta commendamus per ipsum dum viveret et eidem ecclesie Ierosolimitane preesset tenendam, regendam et etiam gubernandam. Cum aut postmodum idem patriarcha litteris super translatione et commenda huiusmodi non confectis extra Romanam Curiam existerit vita functus. Nos ad provisionem ipsius Cesaraugustana ecclesie secundum promissa vacantis celerem et felicem, de cuius provisione nullus preter nos hac vice intromittere potuit neque potest, reservatione et decreto ac commenda obsistentibus supradictis, ne, ipsa Cesaraugustana ecclesia longe vacationis subiecent incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de preficiendo eidem Cesaraugustane ecclesie personam utilem et etiam fructuosam cum eisdem fratribus habuimus diligentem, demum ad te episcopum Vicensem consideratis grandium virtutum meritis et muneribus gratiis, quibus personam tuam Altissimus insignivit et quod tu qui Vicensis ecclesie hactenus laudabiliter prefuisti eandem Cesaraugustanam ecclesiam scies et poteris auctore domino salubriter regere et feliciter gubernare convertimus oculos nostre mentis intendentes, igitur tam eidem ecclesie Cesaraugustane quam eius gregi dominico salubriter providere te a vinculo, quo prefate Vicensis ecclesie cui tunc [preeras] tenebaris de dictorum fratrum consilio et apostolice potestatis plenitudinem absolventes te ad eandem Cesaraugustanam ecclesiam auctoritate predicta transferemus, teque illi preficimus in archiepiscopum et

pastorem, curam et administrationem ipsius Cesaraugustana ecclesie, tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie commitendo, liberamque tibi dando licentiam ad ipsam Cesaraugustanam ecclesiam transeundi, firma spe fiduciaque conceptis, quod prefata Cesaraugustana per tue industrie et circumspectionis fructuosum studium, gratia tibi assistente divina, regetur utiliter et prospere dirigetur grataque in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus, impositum tibi a domino onus regimini dicte ecclesie Cesaraugustana suscipiens reverentur et devote curam et administrationem predictas sic geras solícite fideliter et prudenter gregem dominicum in illa tibi commissum doctrina verbi et operis informando, quod ipsa Cesaraugustana ecclesia gubernatori circumspecto et fructuoso administratori gaudeat, se commissam ac bone fame tue odor ex laudabilibus tuis actibus latius diffundatur, tuque preter eterne retributionis presentium nostre benivolentie gratiam uberius valeas promereri, volumus tamen et tibi tenore presentium mandamus, quod antequam possessionem, administrationem bonorum mense tue archiepiscopalis Cesaraugustana recipias nostro et Romane Ecclesie nomine fidelitatis debite solitum prestes iuramentum sub quam venerabilibus fratribus nostris Pampilonensis et Tirasonensis episcopis sub bulla nostra mittimus interclusam, quibus eorum cuilibet per alias nostras litteras mandamus, ut a te huiusmodi recipiavit iuramentum.

Datum apud Castrummovum, Avinionensis diocesis, Nonas Octobris, anno quinto.

In eodem modo dilectis filiis capitulo ecclesie Cesaraugustana salutem etc. Quam sit onusta etc. Usque incrementa <etc.>.

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eidem electo tamquam patri et pastori animarum vestrarum humiliter intendentes ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitam et devotam, eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter ac efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam quam idem electus rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino usque satisfactionem condigna inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis clero civitatis et diocesis Cesaraugustana ecclesie etc. Quam //^{131r} sit onusta etc. Usque incrementa.

Quocirca discretioni nostre per apostolica scripta mandamus quatinus [certis] causis electo tamquam patri et pastori animarum vestrarum humiliter intendentes ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas, eius salubria monita et mandata suscipiatis devote et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam, quam

idem [electus] rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis populo civitatis et diocesis Cesaraugustana salutem *etc.* Quam sit onusta *etc.* Usque incrementa. Quocirca universitatem vestram rogamus, monemus et ortamur attente per apostolica nobis scripta mandamus, quatinus eundem Garsiam electum tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum debite suscipientes ac debita honorificentia prosequentes eius monitis et mandatis salubribus humiliter intendatis, ita quod in vobis devotionis filios et vos in eo per consequentes patrem invenisse benivolum gaudeatis. Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis universis vassalis ecclesie Cesaraugustana salutem *etc.* Quam sit onusta *etc.* Usque incrementa. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eundem Garsiam electum devote consueta servitia et iura sibi a vobis debita exhibere integre studeatis. Alioquin sententiam sive penam, quam idem electus rite tulerit seu statuerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

In eodem modo venerabilibus fratribus universis suffraganeis ecclesie Cesaraugustane, salutem *etc.* Quam sit onesta *etc.* Usque incrementa. Quocirca universitatem vestram rogamus, monemus, et hortamur attente per apostolica nobis scripta mandantes, quatinus eidem Garsie electo tamquam membra capiti obsequentes exhibeatis eidem obedientiam et reverentiam debitam et devotam itaque mutuo inter nos et ipsum gratia gratos sortiatur effectus et vos devotionem vestram propter hoc in domino commendare. Datum *ut supra*.

In eodem modo Carissimo in Christo filio Petro regi Aragonensis illustri, salutem *etc.* Gratie divine premium et preconium et humane laudis acquiritur si per seculares principes prelatis presertim ecclesiarum cathedralium regimini presidentibus, oportuni favoris presidium et honor debitus impendatur. Dudum siquidem *etc.* Usque incrementa. Cum itaque filii carissime, sit virtutis opus Dei ministros benigno favore prosequi ac eos verbis et operibus pro Regis eterni gloria {gloria} venerari, serenitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus eiundem Garsiam electum et prefatam ecclesiam Cesaraugustanam sue cure commissam habens pro nostra et Apostolice Sedis reverentia propensius commendatos ipsos benigni favoris auxilio prosequaris, ita quod idem electus tue celsitudinis fultus presidio in commisso sibi cure pastoralis officii possit Deo propitio prosperari ac tibi exinde perennis vite premium et a nobis condigna proveniat actio gratiarum.

Datum *ut supra*.

α-61

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 233, f. 409v-410r
Έκδοση: Ανέκδοτο

Castrumnovum, Αβινιόν

16 Οκτωβρίου 1383

Παραχώρηση θέσης κανονικού της Λευκωσίας στον πρεσβύτερο Ιωάννη de Turres, λόγω του θανάτου του προκατόχου του Ιωάννη Cadash.

Venerabili fratribus archiepiscopo Tarsensi et episcopo Nimociensi ac dilecto filio abbati monasterii Belliloci Nicosiensis diocesis, salutem *etc.*

Laudabilia probitatis et virtutis merita super quibus dilectis filius Iohannes de Turre perpeimus beneficiatus ad maius altare ecclesie Nicosiensis apud nos fidedigno commendatur testimonio nos inducunt ut sibi reddamur, ad gratiam liberales.

Cum itaque – sicut accepimus – canonicatus et prebenda dicte ecclesie quos quondam Iohannes Cadac ipsius ecclesie canonicus dum viveret obtinebat, per obitum ipsius Iohannis, qui extra Romanam Cuiam diem clausit extremum, vacaverint et vacare noscantur ad presens, nos, volentes eidem Iohanni de Turre, qui in presbiteratus ordine constitutus existit premissorum meritorum suorum intuitu gratiam facere specialem discretioni nostre per apostolica scripta, mandamus quatinus vos vel duo aut unus vestrum, per vos vel alium seu alios, prefatos canonicatum si et ||prebendam|| – ut premititur – vacant et tempore datum presentium non sit in eis vis alicui specialiter acquisitum cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuris et pertinentiis suis etiamsi dictus Iohannes Cadac fuerit Sedis Apostolice capellanus, eidem Iohanni de Turre auctoritate nostra conferre et assignare curetis, inducens eum vel procuratoris suum eius nomine in corporalem possessionem canonicatus et prebende ac iurium et pertinentium predictorum et deffendum in inductum moto ab eis quolibet illicito detentore ac facis ipsum vel dictum procuratoris eius nomine ad eandem prebendam in dicta ecclesia in canonicum recipi et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie cum dicti iuris plenie assignatis sibi de ipsorum canonicatus et prebende fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et

obventibus universis integre responderi condra dictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo, non obstantibus quibuscumque statutis et consuetis ipsius ecclesie, quavis iuramentis confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, aut si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in eadem ecclesia in canonicos sint recepti vel – ut recipiantur – insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis in dictam ecclesiam speciales vel alium beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales Apostolice Sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processus, quibus omnibus in dictorum canonicatus et prebende assecutione predictum Iohannem de Turre volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem canonicatum et prebendarum ac beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si venerabili fratri nostro archiepiscopo et dilectis filiis [capitulo] Nicosiensi vel quibusvis aliis communiter vel divisim a predictam sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesiastice et aliis beneficiis ecclesiasticis //^{410r} ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressa vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habendo sit in nostris litteris mentio specialis; aut dictus Iohannes de Turre presens non fuerit ad prestandum de observantiam statum et consuetis ipsius ecclesie solitum iuramentum, dummodo in absentia tua per procuratoris idoneum et cum ad ecclesiam ipsam accesserit, totaliter illud prestet, seu quod dictus Iohannes de Turre perpetuum beneficium, assisiam nuncupatum, ad maius altare predictum obtinet quodque dudum sibi de canonicatu eiusdem ecclesie cum reservatione predictae inibi vacantis vel vacature gratiose concessimus provideri.

Volumus autem prout etiam dictus Iohannes id voluit quod ipse quamprimum vigore provideri presentium dictos canonicatum et prebendam fuerit pacifice assecutus prefatum beneficium, quod extunc vacatis decernimus, omnino dimittat, quodque prefata concessimus gratia super qua – ut asseritur – littere apostolice nostre sint confecte et quocumque inde secuta sint cassa et irrita nullusque roboris, vel

momenti et in super exnunc irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptaris.

Datum apud Castrumnovum, Avenionensis diocesis, XVII Kalendas Novembris, pontificatus nostri anno quinto.

α-62

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 229, f. 373r-373v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Baudetus de Querca. *mg. s.* Στην αρχή της εγγραφής: *Gratis pro Deo.*

Αβινιόν

18 Οκτωβρίου 1383

Εξαιτίας των πολλών προβλημάτων που αντιμετωπίζει η γυναικεία μονή της La Cava, την οποία ίδρυσε ο ερημίτης Γουλιέλμος του Παλέρμου, παραχωρείται άφεση αμαρτιών πενήντα ημερών σε όποιους την επισκεφθούν σε συγκεκριμένες εορτάσιμες ημέρες.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, salutem *etc.*

Virgo venustissima et omnium virtutum aromatibus insignita, virgo Dei genitrix gloriosa, cuius pulcritudinem sol et luna mirantur, cuiusque precibus iuvatur populus Christianus, florem preciosissimum, immarcessibilem et eternum Dominum nostrum Ihesum Christum humani generis Redemptorem^a ineffabili Spiritus Sancti cooperatione^b produxit, pro cuius reverentia Virginis loca ipsius vocabulo insignita sunt a Christifidelibus merito ^γ ||veneranda||, ut eius piis adiuti suffragiis eterne retributionis premia consequi mereantur.

Cum itaque – sicut accepimus – in loco nuncupato de Cava prope Nicosiam ab antiquis temporibus quoddam oratorium ad honorem et sub vocabulo beate Marie Virginis constructum fuerit et fundatum, in quo quidem loco dilectus filius Guillelmus de Panorma, laycus [*lacuna*] heremita, igne devotionis accensus, dudum, de felicis recordationis Gregorii pape XI predecessoris nostri licentia, de bonis a Deo sibi collatis quoddam monasterium religiosarum inclusarum ordinis Sancte Clare in honorem dictarum Beate Marie et Sancte Clare construi fecerit statuerit ac ordinaverit quod ibidem essent, prout – ut asserit – nunc sunt, duodecim ^δ religiose mulieres

incluse sub habitu et regula dicti ordinis perpetuo Domino famulantes, ipseque mulieres propter guerras que in illis partibus diutius vigerunt, non habeant fructus neque redditus unde possint sustentare //^{373v} commode in vitam suam, ad quarum sustentationem ac divini cultus augmentationem Christifidelium elemosine sint plurimum opportune, nos, cupientes ut dicte mulieres commode sustententur et ecclesia dicti monasterii congruis honoribus frequentetur, et ut Christifideles eo libentius causa devotionis confluant ad eandem et ad sustentationem dictarum mulierum promptius manus porrigant adiutrices quo ex hoc ibidem uberius dono celestis gratie conspexerint se refectos, de omnipotentis Dei misericordia et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis qui in Nativitatis, Circumcisionis, Epiphanie, Resurrectionis, Ascensionis Corporis Domini nostri Iesu Christi, Penthecostes, necnon in Nativitatis, Anuntiationis, Purificationis et Assumptionis Beate Marie Virginis, Beati Iohannis Bapstite ditorum Apostolorum Petri et Pauli et ipsius ecclesie dedicationis festivitibus ac in celebritate Omnibus Sanctorum et per ipsarum Nativitatis, Epiphanie, Resurrectionis, Ascensionis Corporis Domini nostri Iesu Christi necnon Nativitatis et Assumptionis Beate Marie Virginis ac Nativitatis Beati Iohannis et Apostolorum Petri et Pauli predictorum festivitatum octabas et per sex dies dictam festivitatem Penthecostes immediate sequentes, necnon singulis [durantis] diebus quadragesime prefatam ecclesiam devote visitaverunt annuatim et ad sustentationem huiusmodi promptius manus porrexerunt adiutrices singulis videlicet festivitibus ipsius annuntiationis dicte Beate Marie Virginis tres annos et tres quadragenas et in singulis aliis festivitatum et celebritatis ac dictis diebus [durantis unum annum] et quadraginta octabarum vero et sex dierum predictorum diebus quibus eandem ecclesiam visitaverunt et ad sustentationem predictam manus adiutrices porrexerunt – ut prefertur – quinquaginta dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus.

Datum Avinione, XV Kalendas Novembris, pontificatus nostri anno quarto.

^a cooperationem] cooperatione ^b Redemptorem] Redemptorem ^γ vneranda *del.* R ^δ mulieres *del.* R

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 233, f. 678r

Έκδοση: K. Eubel, *Bullarium Franciscanum*, αρ. 667· K. Eubel, *Die Avignonische*, σ. 33, αρ. 254

Σημειώσεις: Gratis pro Deo.

Αβινιόν

11 Νοεμβρίου 1383

Δικαίωμα επιλογής εξομολόγου στην ηγουμένη και στις μοναχές της μονής de Cava κοντά στη Λευκωσία, εξαιτίας του θανάτου του προηγούμενου, και να δώσει μια φορά την πλήρη άφεση αμαρτιών, και σε επιλογή εξομολόγου για όσους είναι ετοιμοθάνατοι, ωστόσο αυτή η άφεση δεν ισχύει για τις επόμενες αμαρτίες. Επίσης στον ερημίτη Γουλιέλμο του Πατέρμου, και στους ιερείς και άλλους εφημέριους, καθώς και σε άλλα πρόσωπα και των δύο φύλων της εν λόγω μονής.

Dilectis in Christo filiabus abbatisse et sororibus monasterii beate Marie de Cava prope Nicosiam, Ordinis Sancte Clare, sub regula Fratrum Minorum viventibus, necnon dilectis filiis Guillelmo de Panormia, laico heremite, ac capellanis et presbyteris ac personis aliis utriusque sexus in dicto monasterio nunc degentibus, salutem *etc.*

Provenit ex vestre devotionis effectu quo nos et Romanam Ecclesiam reveremini ut petitiones vestras, illas presertim que animarum vestrarum salutem respiciunt, ad exauditionis gratiam admittamus.

Hinc est quod nos, vestris devotis supplicationibus inclinati, ut confessor, quem quilibet vestrum qui in prefato monasterio ab hac luce migrare contingerit duxerit eligendum, omnium peccatorum vestrorum, de quibus corde contriti et ore confessi fueritis, semel tantum in mortis articulo plenam remissionem vobis in sinceritate fidei, unitate sancte Romane Ecclesie, ac obedientia et devotione nostra, ^a vel successorum nostrorum Romanorum pontificum canonice intransium, persistentibus, auctoritate apostolica concedere, valeat devotioni vestre tenore presentium indulgemus, sic tamen quod idem confessor, de hiis de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, eam vobis per vos, si supervixeritis, vel per heredes aut successores vestros, si tunc forte transieritis, faciendam iniungat, quam vos vel illi facere teneamini, ut prefertur. Et ne – quod absit – propter huiusmodi gratiam reddamini procliviores ad illicita imposterum commitenda, volumus quod si ex confidentia remissionis huiusmodi aliqua forte committeretis, quoad illa predicta remissio vobis nullatenus suffragetur. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis et voluntatis infringere *etc.*

Datum Avinione, III Idus Novembris, pontificatus nostri anno quinto.

^a tenore presentium indulgemus *del. R*

α-64

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Vat. 295, f. 1v-2r
Έκδοση: Ανέκδοτο

Αβινιόν

12 Δεκεμβρίου 1383

Βούλα του πάπα Κλήμη για την αποστολή του ωμοφόριου (Pallium) στον αρχιεπίσκοπο Λευκωσίας το οποίο μπορεί να φέρει, σύμφωνα με τα δικαιώματα που έχει, εντός των ορίων της επισκοπής του.

Dilecto filio Andree electo Nicosiensis, salutem *etc.*

Cum nuper de persona tua Ecclesie Nicosiensis, tunc vacanti, auctoritate apostolica de fratrum nostrorum consilio duxerimus auctoritate apostolica providendum, preficiendo te eidem ecclesie in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie, tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie comittendo tibi, que concessimus, ut aquomque catholico antistite, gratiam et communionem Apostolice Sedis habente, munus consecrationis recipere valeas, et eidem antistiti, ut munus predictum impendere tibi possit, prout in diversis nostris inde confectis litteris plenius continetur, ac postmodum palleum insigne videlicet plenitudinis pontificalis officii ex parte tua fuisset a nobis per dilectum filium Ludovicum Voliacii priorem claustralem prioratus conventualis Sancte Marie de Carmelis Ordinis Sancti Augustini, Sancti Flori diocesis, nuntium tuum cum ea qua decuit instantia postulatum, nos tuis supplicationibus annuentes palleum ipsum, de corpore Beati Petri sumptum, tibi, per venerabilem fratrem nostrum episcopum Vercellensem postquam munus huiusmodi tibi impensum extitent assignandum per dilectum filium Bertrandum de Borda monachimus monasterio sancta Marie de Smaca ordinis Cistercinensis, Cavallicensis diocesis, duximus destinandum, ut idem episcopus assignet illud tibi sub forma, quam ei sub bulla nostra mittimus interclusam et a te nostro et Ecclesie Romane nomine, sub forma, quam sub eadem bulla dirigimus

fidelitatis debite solitam recipiat instrumentum. Tu autem illo infra ecclesiam tuam illis diebus utaris, qui expressi in ipsius, ecclesie privilegiis continentur, ut igitur signum non discrepet a signato, sed quod geris exterius interius serves in mente discretionem tuam, monemus et hortamur attente per apostolica ||tibi|| scripta mandantes, quatinus humilitatem et iustitiam dante Domino, qui dat et munera elargitur, observare studeas, que suum servant et promovent servatorem et Nicosiensem Ecclesiam sponsam tuam cures sollicite auctore Domino spiritualiter et //2^r temporaliter augmentare.

Datum Avinione, II Idus Decembris, pontificatus nostri anno sexto.

α-64 (α)

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Vat. 295, f. 2r
Έκδοση: Ανέκδοτο

Αβινιόν

12 Δεκεμβρίου 1383

Βούλα του πάπα Κλήμη για την αποστολή του pallium στον αρχιεπίσκοπο Λευκωσίας μέσω του επισκόπου του Vercelli.

Venerabili fratri episcopo Vercellensis, salutem *etc.*

Cum nuper de persona dilecti filii Andree electi Nicosiensis ecclesie Nicosiensis tunc vacanti auctoritate apostolica de fratrum nostrorum consilio duxerimus, providemus, preficiendo ipsum eidem ecclesie in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie, sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie commitendo sibi concessimus, ut ab aliquo catholico antistite gratiam et comunem Apostolice Sedis habente munus consecrationis recipere valent ac eidem antistiti, ut munus predictum impendere sibi posset ac postmodum pallium insigne videlicet plenitudinis pontificalis officii ex parte dicti Andree electi per dilectum filium Ludovicum Voliacii priorem claustralem prioratus conventualis Sancte Marie de Carmelio, Ordinis Sancti Augustini, Sancti Floris diocesis, nuntium suum fuerit a nobis cum ea qua decuit instantia postulatum, nos ipsius Andree electi [precibus] annuentes palleum ipsum, de corpore beati Petri sumptum per te eidem Andree electo

postquam sibi munus per dilectum filium Bertrandum de Gorda, monachum monasterio Sancte Marie de Smata, Cisterciensis Ordinis, Cavallicensis diocesis, duximus destinandum. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus palleum ipsum, iuxta premissam formam, sibi assignes et ab ipso nostro et ecclesie Romane nomine sub forma, quam tibi sub eadem bulla dirigimus fidelitatis debite solitum recipias iuramentum formam autem iuramenti, quod dictus Andreas prestabit nobis, de verbo ad verbum per eius patentes litteras suo sigillo sigillatis per proprium nuntium quantocuis destinare procures.

Datum Avinione, II Idus Decembris, pontificatus nostri anno sexto.

α-65

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 235, f. 214r-v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: X⁻ X⁻ mg. d.

Αβινιόν

30 Ιανουαρίου 1384

Παραχώρηση κανονικάτου της Λευκωσίας στον Αντώνιο από την Πάφο, εξαιτίας του θανάτου του επίσκοπου του Πενεστρινού Ιωάννη.

Dilecto filio Antonio de Bapha canonico ecclesie Nicosiensis, salutem *etc.*

Laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos fidedignorum commendaris testimonio nos inducunt ut tibi reddamur ad gratiam liberales.

Dudum siquidem, omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica tunc apud Sedem apostolicam vacans et in antea //^{214v} < lacuna > et reservamus ac decrevimus extunc irritum et < inane > < lacuna > quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigeret < lacuna > quod postmodum canonicatus et prebenda ecclesie Nicosiensis, quos bone memorie < lacuna > Penestrinis ex concessione et dispensatione Sedis Apostolice, dum viveret < obtinebat > ipsis Iohannis obitum, qui Sedem predictam diem clausit extremum, < lacuna > [vacaverit] et vacare noscantur ad presens, nullusque preter nos hac vice < canonicatum et > prebenda disponere potuerit neque possit, reservatione et decreto obsistens < lacuna > volens tibi premissorum

meritorum tuorum intuitu gratiam facere specialem <lacuna> prebenda predictos sic vacantes cum plenarie iuris canonici a communibus iurium et pertinentiis <lacuna> tibi auctoritate conferimus et de illis etiam providemus decernentes prout est irritum si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attempatum forsitan eius vel contigerit imposterorum attempari. Non obstantibus quibuscumque statutis [eidem] ipsius ecclesie contrariis iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis. Aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in eadem ecclesia in canonicos sint recepti vel, <ut reci>piantur, insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de canonicatus et prebendis in dictam speciales vel de beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte Sedem vel legatorum eius litteras <impetrarint>, etiam si per eas ad inhibitionem et reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum quibus [et in assecutis] dictorum canonicatus et prebende te volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quo assecutis canonicatum et prebendarum ac beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si venerabili nostro archiepiscopo et dilectis filiis capitulo Nicosiensi vel quibusvis aliis communiter vel divisim nostram sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius nostre teneantur et ad <id> compelli non possint, quodque de canonicum et prebendis ipsius ecclesie aut aliis beneficiis ecclesiasticis collationem, provisionem, presentationem seu quavis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat providum per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte Sedem indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentiis non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi nostre gratie impediri valeat quolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Aut si presens non fueris ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie solitum iuramentum, dummodo in absentia tua per procuratorem ydoneum et cum ad ecclesiam ipsam accesseris, corporaliter illud prestes. Nulli ergo *etc.* nostre collationis, provisionis, constitutionis et voluntatis infringere *etc.*

Datum Avinione, III Kalendas Februarii, anno sexto.

In eodem modo venerabilibus fratribus Paphensi et Spoletani ac Dertusensi episcopis, salutem *etc.* Laudabilia *etc.* Usque prestat.

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum, per vos, vel alium, seu alios, eundem Anthonium vel procuratorem

suum eius nomine, in corporalem possessionem, canonicis et prebende ac iurum et pertinentiarum predictarum inducatis auctoritate nostra et defendatis inductum amoto ab eis quomodolibet detentore faciens ipsum vel dictum procuratorem per eo ad dictam prebendam in dicta ecclesia in canonicum recipi et in fratrem, stalli sibi in choro et loco in capitulo eiusdem ecclesie cum dictum iuris plenitudine assignatus sibi que de ipsorum canonicatus et prebende, fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obvenientibus universis integre responderi. Non obstantibus omnibus supradictis aut si eisdem archiepiscopo et capitulo vel quibusvis aliis coniunctim vel divisim a prefata sit Sede indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Contradictores auctoritate nostra *etc.* Datum *ut supra*.

α-66

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Vat. 295, f. 172v
Έκδοση: Ανέκδοτο

Αβινιόν

17 Φεβρουαρίου 1384

Ο πρεσβύτερος Adam de duci le Beau, της επισκοπής Auxerre παρουσίασε αίτηση στον κανονικό της Λευκωσίας, τον Πέτρο de Solerio, σχετικά με ζήτημα που είχε ανακύψει όταν βρισκόταν στο Πτωχοκομείο της πόλης. Ο Πέτρος θα πρέπει να αποφασίσει αν θα πρέπει ο Adam να απολυθεί από τον μοναστικό όρκο, όπως εκείνος ζήτησε για να λάβει μισθό ως κανονικός.

Dilecto filio Petro de Solerio canonico ecclesie Nicosiensis, salutem *etc.*

Exhibita nobis pro parte dilecti filii Ade dicti le Beau, presbiteri Antisiodorensis diocesis, petitio continebat quod ipse dudum in decimo^a etatis sue anno vel circiter constitutus in Hospitali Pauperum Domodei nuncupato Bituricensi, in quo unus magister et nonnulli fratres et sorores ac donati etiam coniugati sub regula beati Augustini degentes existunt, qui quidem magister, fratres et sorores signum unius parve crucis rubee defferre ac in eorum receptione certa ordinationes et statuta iurare consueverunt, quondam Petro dicto Point Beuf, tunc magistro dicti Hospitalis, per certum tempus servivit et ad instantiam dicti magistri signum crucis huiusmodi recepit

et illud quasi per unum annum portavit, ac ordinationes et statuta dicti hospitalis tenere et servare iuravit et promisit, quodque in undecimo etatis sue anno vel circiter existens dictum signum crucis sub spe dictum signum nunquam portandi seu reassumendi^β dimisit et extunc signum ipsum non portavit, licet ex post in dicto Hospitali de bonis ipsius ut servitor ipsius magistri vivendo remanserit et ad ipsius magistri instigationem, ipso in dicto Hospitali residente, se fecerit ad sacerdotium promoveri. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, idem Adam, qui prefato magistro defuncto ab eodem Hospitali omnino recessit et extunc in eo non remansit, propter huiusmodi iuramentum per eum prestitum, dubitet per aliquos, se fore donatum seu fratrem dicti Hospitalis posse imposterum, reputari, sibi que ad obtinendum beneficium ecclesiasticum consuetum per clericos seculares obtineri posse preiudicium generari, pro parte dicti Ade nobis fuit humiliter supplicatum ut providere sibi ac statui suo super hoc de opportuno remedio paterna diligentia curaremus.

Nos, ||ne|| occasione huiusmodi iuramenti dicto Ade preiudicium generetur, sibi providere volentes, ipsius Ade in hac parte supplicationibus inclinati, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus, si est ita, dictum Adam – nisi forte per religionis habitum qui dari consuevit profitentibus in dicto Hospitali per eum postquam ad etatem legitimam pervenit sponte susceptum et per triduum gestum vel per professionem expressam seu alias evidenter appareat quod ipse absolute voluerit vitam mutare et perpetuo in dicto Hospitali Domino deservire – denuncies per huiusmodi gestionem dicti signi crucis per eum, ut premittitur, factam, non obstante iuramento predicto, quod etiam si necesse fuerit eidem Ade auctoritate nostra relaxes, et ad regularem observantiam non teneri.

Datum Avinione, XIII Kalendas Martii, anno sexto.

^α anno *sott.* R ^β re s. l.

α-67

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 235, f. 196v-197v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: XX⁼⁼ XX⁼⁼ X^{X==} XX⁼⁼ XX⁼⁼ XX⁼⁼ mg. d.

Ο Γοδεφρίγος εκλέγεται επίσκοπος Αμμοχώστου και Τορτόζας, μετά τον θάνατο του Ιακώβου. Στην κενωθείσα θέση ο οποίος τοποθετείται στην επισκοπή λόγω της μετάθεσης του Αρνάλδου (*bone memorie Arnaldum Lomberiensis*) στην επισκοπή της Segobriensis και Santa Maria Albarazzino. Μετά η θέση πληρώθηκε από τον Φραγκίσκο.

Dilecto filio Gaufrido electo Famagustano et Anteradensi, salutem *etc.*

Romani pontificis, quem Pastor ille celestis et episcopus animarum potestatis sibi plenitudine tradita, ecclesiis pretulit universis plena vigiliis sollicitudo requirit ut ipse circa ^a cuiuslibet statum ecclesie sic vigilanter excogitet sicque prospiciat diligenter, quod per eius providentiam circumspectam ecclesiis singulis pastor accedat ydoneus et rector providus deputetur, per quem ecclesie ipse, superni favoris auxilio suffragante, preserventur a noxiis et votive prosperitatis successibus gratulentur.

Dudum siquidem, Famagustana et Anteradensi ecclesiis invicem canonice unitis ex eo vacantibus quod, nos, bone memorie Arnaldum Lomberiensis, //^{197r} β tunc Famagustanum et Anteradensem episcopum, apud Sedem Apostolicam constitutum a vinculo quo Famagustana et Anteradensi ecclesiis predictis quibus tunc preerat tenebatur de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes ipsum ad etiam Lomberiensis, tunc vacanti, auctoritate apostolica duximus transferendum preficiendo ipsum ille in episcopum et pastorem, nos de persona venerabilis fratris nostri Francisci Segobricensis et Sancte Marie de Albarazzino episcopi, qui tunc erat in presbiteratus ordine dumtaxat constitutus eisdem Famagustana et Anteradensi ecclesiis de eorundem fratrum consilio eadem auctoritate duximus providendum preficiendo ipsum eisdem Famagustana et Anteradensi ecclesiis in episcopum et pastorem.

Postmodum vero, cum prefate Famagustane et Anteradensis ecclesie ex eo vacarent quod, nos, eundem Franciscum Segobricenses et Sancte Marie de Albarazzino tunc Famagustanum et Anteradensem episcopum [possessione ipsarum] ecclesiarum Famagustane et Anteradensis per eum non [habita] a vinculo quo eisdem Famagustana et Anteradensi ecclesiis tenebatur de ipsorum fratrum consilio absolventes ipsum ad Segobricensis et Sancte Marie de Albarazzino ecclesias invicem canonice unitas tunc vacantes, prefata auctoritate transtuleramus, [eiunque] illis prefeceramus in episcopum et pastorem, nos, de persona quondam Iacobi electi

Famagustano et Anteradensi eisdem Famagustana et Anteradensi ecclesiis sic vacantibus et antea dispositioni ^γ apostolice reservatis de ipsorum fratrum consilio eadem auctoritate duximus providendum, preficiendo ipsum dictis Famagustana et Anteradensi ecclesiis in episcopum et pastorem, et subsequenter dicto Iacobo electo adhuc in humanis agente, nos, cupientes eisdem Famagustane et Anteradensi ecclesiis cum illas vacare contingeret per Apostolice Sedis providentiam utilem et idoneam presidere personam provisionem dictarum Famagustane et Anteradensis ecclesiarum ordinationi et dispositioni nostre ea vice duximus speciali reservandam, decernentes extunc irritum et inane si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari.

Et deinde Famagustana et Anteradensi ecclesiis predictis per [ipsum] Iacobi electi obitum, qui litteris apostolicis super provisione huiusmodi non confectis, extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacantibus, nos, vacatione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta, ad provisionem ipsarum Famagustane et Anteradensis ecclesiarum celerem et felicem de quibus nullus preter nos hac vice se intromittere potuit neque potest, reservatione et decreto obsistentes supradictis ne ecclesie ipse longe vacationis subiaceret incommodis paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de preficiendo eisdem Famagustana et Anteradensi ecclesiis personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te archidiaconum Transligerensis in ecclesia Turonensis in presbiteratus ordine constitutum, litterarum scientia preditum, vite ac morum honestate decorum, in spiritualibus providum et in temporalibus circumspexit aliisque multiplicium virtutum meritis prout fidedignis testimoniis accepimus insignitum direximus oculos nostre mentis, quibus omnibus debita meditatione pensatis, ||de persona tua, prefatis|| Famagustana et Anteradensis ecclesiis de dictorum fratrum consilio auctoritate predicta providemus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem [ipsarum] Famagustane et Anteradensis ecclesiarum, tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, firma spe fiduciaque conceptis, quod prefate Famagustane et Anteradensis ^δ ecclesie, gratia tibi assistente //^{197v} divina, per tue circumspexionis industriam et providentiam circumspexam in eisdem spiritualibus et temporalibus salubria suscipiet incrementa. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus impositum tibi a Domino onus regis dictarum ecclesiarum Famagustane et Anteradensis devote suscipiens, curam et administrationem predictas sic exercere studeas solcite, fideliter et prudenter quod

ipse ecclesie Famagustane et Anteradensis gubernatori provideo et fructuoso administratori gaudeas se commissam, tu que predictas eterne retributionis premium nostram et dicte sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis.

Datum apud Villam Novam Avenionensis diocesis III Kalendas augusti, pontificatus nostri anno sexto.

In eodem modo dilectis filiis et capitulo ecclesiarum Famagustana et Anteradensis invicem canonice unitarum salutem *etc.* Romani *etc.* usque incrementa. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus eundem Gaufridum electum, tanquam patrem et pastorem animarum vestrarum gratio admittens honorem ac exhibens eu obedientiam et reverentiam debitas et devotas, eius salubria monita et mandata suscipiatis devote et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam quam idem Gaufridus electus vice tulerit in rebelles ratam habuimus et faciemus auctore domino usque ad satisfatis condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis clero, civitatis et diocesis Famagustana et Anteradensi, salutem *etc.* Romani pontificis *etc.* usque incrementa. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus eundem Gaufridum electum, tanquam patrem et pastorem tuarum vestrarum grato admitentes honore ac exhibentes ei obedientiam et reverentiam debitas et devotas, eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam quam idem Gaufridum electus rite tulerit in rebelles ratam habuimus et faciemus auctore divino usque ad satisfatis condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis populo civitatum et diocesis Famagustana et Anteradensi, salutem *etc.* Romani pontificis *etc.* usque incrementa. Quocirca universitatem vestram rogatur et hortatur accente per apostolica scripta vobis mandantis, quatenus eundem Gaufridum electum tanquam patrem et pastorem animarum devote suscipientes ac debita honorefficientia prosequentes ipsius salubribus monitis et mandatis humiliter intendatis, itaque ipse in vobis devotionis filios et vos in eo per consequens patrem immensse benivolum gaudatis. Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis universis vassallis ecclesiarum Famagustane et Anteradensis invicem canonice unitarum salutem *etc.* Romani pontificis *etc.* usque incrementa. Quocirca vestre per apostolica scripta mandamus quatenus eundem electum predicte sedis et nostra reverentia debiti prosequens honore ac ipsius mentis et mandatis efficaciter intendatis eidem fidelitate solitam necnon consueta servitia a vobis sibi debita exhibere integre studeatis. Alioquin sententiam sine penam quam

ipse electus rite tulerit in rebelles ratam habuimus et faciemus auctore divino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

In eodem modo venerabili fratri archiepiscopo Nicosiensi, salutem *etc.* Ad cumulum tue cedit salutis et fame, si personas ecclesiasticas, presertim pontificali dignitate preclatas divine propiciationis intuitu, oportuni favoris et presidii gratia prosequaris. Dudum siquidem *etc.* usque incrementa. Cum igitur ut idem Gaufridus electus in commissa predictarum ecclesiarum sibi cura facilius proficere valeat tuis favor ei fore noscatur plenam oportunos, fraternitate tuam rogamus et hortamur attente per apostolica scripta tibi mandantes quatenus predictos Gaufridum electum et commissas sibi ecclesias suffraganeas tuas habens pro nostra et dicte sedis reverentia propensius comendatos in ampliandis et conservandis iuribus suis sit eos tui favoris presidio prosequaris, quod ipse electus tuo fultis auxilio in commisso sibi ecclesiarum prefatorum regimine se possis utilius exercere tuque divinam misericordiam valeas exinde uberius promereri. Datum *ut supra*.

^a circa del. R ^b episcopis del. R ^γ dispositioni] dispositionibus a.c. R ^δ ecclesiarum del. R

α-68

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 238, f. 164r

Έκδοση: Μερικώς εκδεδομένο *Acta Clementis VII*, τ. 2, αρ. 52

Castrumnovum, Αβινιόν

3 Σεπτεμβρίου 1384

Σχετικά με χρέος χιλίων φλορινιών του Ιωάννη Cursini και πληρωμής του στους παπικούς φοροεισπράκτορες επίσκοπο Νισύρου και επίσκοπο Πάφου.

Clemens *etc.* venerabilibus fratribus Nizariensi et Paphensi episcopis fructuum et proventium camere apostolice in Regno Cipri debitorum vel eorum subcollectoribus, salutem *etc.*

Cum camera nostra apostolica dilecto filio nobili viro Iohanni de Cursinis domicello Florentino, regni Armenie senescallo ^a ex nonnullis causis, quas hic haberi volumus pro sufficientis expressis in summa mille florenorum auri de camera sicut ^b constat nobis rationabiliter teneatur et nostre intentionis existat, eidem Iohanni quantocuis satisfieri facere de eisdem. Vobis et vestrum cuilibet per apostolica scripta districte precipiendo mandamus quatinus vos vel alter vestrum de pecuniis predictae camere qualitercumque et ex quibuscumque causis debitis et debendis in antea in civitate et diocesis Colocensis dicto Iohanni vel eius procuratori pro eo, predictos mille florenorum vel valorem eorum procuretis vel alter vestrum solvere et assignare procuret, non obstantibus ^γ quibuscumque assignationibus et mandatis de fructibus et emolumentis per nos vel camerarium nostrum seu alium quemcumque quibusvis personis quicumque status preeminentie, dignitatis seu conditionis existant, sub quacumque forma vel expressione verborum et ex quibuscumque causis factis hactenus et imposterum faciendis, quibus in perceptionem dictorum mille florenorum dictum Iohannem volumus anteferri, et in super eidem Iohanni //^{164v} vos et successores vestros de perceptis et receptis per eundem nomine dicte camere quittandi et absolvendi concedimus tenore presentium plenam et liberam potestatem. Sic igitur mandatum nostrum huiusmodi exequaris et vestrum licet exequatur, quod negligentia aliqua debita reprehendi minime valeatis.

Datum apud Castrumnovum, Avinionensis diocesis, III None Septembris, pontificatus nostri anno sexto.

^a ex nonn *del.* R ^b constan *del.* R ^γ qui *del.* R

α-69

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Vat. 296, f. 109r-110r
Έκδοση: Ανέκδοτο

Αβινιόν

1 Φεβρουαρίου 1385

Παραχώρηση του κανονικάτου της Λευκωσίας στον Κύπριο Γουίδο de Neffino, αρχιδιάκονο Λευκωσίας, μετά τον θάνατο του Ιωάννη Cadach. Η παραχώρηση είχε

υποσχεθεί από τον πάπα Γρηγόριο ΙΑ΄, μη γνωρίζοντας ο Γουίδος την ανάκληση που είχε γίνει από τον Κλήμη Ζ΄.

Venerabili fratri archiepiscopo Tarsensi et dilectis filiis Beliloci Nicosiensi et de Episcopia Nicosiensi diocesis monasteriorum abbatibus, salutem *etc.*

Vite ac morum honestas aliaque probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos dilectus filius Guido de Neffino archidiaconus ecclesie Nicosiensi fidedignorum commendator testimonio, nos inducunt ut sibi reddamur ad gratiam liberales.

Dudum siquidem, in nostri apostolatus premordius omnino collationes, provisiones super canonicatibus in cathedralibus et collegiatis ecclesiis cum reservationibus prebendarum a felicitis recordationis Gregorio papa XI, predecessore nostro, factas seu concessas quibuscumque personis per eiusdem predecessoris litteris omnesque processus habitos per easdem et quecumque processus per easdem et inde secuta etiamsi in eisdem ecclesiis alique ex dictis personis in canonicos essent recepte et etiamsi per executores earum facte fuissent reservationes inhibitiones et decreti interpositiones aut earum aliquem auctoritate predictarum litterarum in aliis quibus ex eisdem ecclesiis ultra statutum canonicorum numerum in canonicos recepte quantum ad capitulum et ad chorum ac perceptionem distributionum cotidianarum plenitudinem iuris canonici haberent, sed in eis prebendas que dantur tamen existentibus de numero tunc expectarent auctoritate apostolica per nostras litteras revocavimus, cassavimus, irritavimus et [viribus vacuavimus] eaque cassa et irrita nuntiamus ac nullius existere //^{109v} voluimus firmitatis, prout in eisdem nostris litteris plenius continetur. Et deinde sicut exhibita nobis nuper pro parte dicti Guidonis petitio continebat canonicatu et prebenda dicte ecclesie, que quondam Iohannes Cadach, ipsius ecclesie canonicus, dum viveret, obtinebat per obitum ipsius Iohannis, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacantibus dictus Guido dictam revocationem ignorans pretextu quarundem locorum eiusdem predecessoris per quas idem predecessor sibi de canonicatu ipsius ecclesie cum reservatione prebende inibi vacatis vel vacature duxerat providendum dictam prebendam sit vacantem infra tempus legitimum acceptavit et de illa sibi obtinuit provideri licet de facto ac prebendam ipsam postmodum assecutus illam per annum et ultra tenuit prout tenet de presenti etiam de facto. Cum autem, acceptatio et provisio huiusmodi et quecumque inde secuta studium premissa iuribus non subsistant et – sicut accepimus – canonicatus et prebenda predicti per obitum dicti Iohannis adhuc vacare noscantur,

nos, volentes dicto Guidoni qui – ut asseritur – de regno Cipri in quo dicta ecclesia consistit oriundus existit et in eadem ecclesiam Domini laudabiliter [servint] premissorum intuitu gratiam facere specialem discretioni vestre, per apostolica scripta mandamus quatinus vos vel duo aut unus vestrum, per vos vel alium seu alias dictos canonicatum et prebendam sue – ut preferitur – [iure] alias quovismodo vacare repperitis dummodo tempore date presentium non sit in eis alicui specialiter et prebenda predicti sint dispositio apostolice generaliter vel specialiter reservati aut eorum collatio ad sedem ipsam devoluta existat cum plenitudinem iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinentiis suis dicto Guidoni auctoritate predicta conferre et assignare curetis, inducentes eum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem canonicatus et prebende iuriumque et pertinentiis predictorum et defendentes inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, ac faciens ipsum vel dictum procuratorem pro eo ad huiusmodi prebendam in eidem ecclesie in canonicum recipi et in fratrem, stalli sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie cum dicti iuris plenitudine assignatis sibi que de ipsorum canonicatus et prebende, fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus dicte ecclesie cotrariis iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis aut si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in eadem ecclesiam in canonicos sint recepti vel, ut recipiantur, insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie speciales vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetravint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus in assecutionem dictorum canonicatus et prebende prefatum Guidonem volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem canonicatum et prebendarum ac beneficiorum aliorum preiudicium generari, aut venerabili fratri nostro archiepiscopo et dilectis filiis capitulo Nicosiensibus vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri alia dicti sedis indulgentia generali vel

speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentione specialis. Seu si dictus Guido presentis non fuerit ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus dicte ecclesie ratione canonicatus et prebende predictorum solitum iuramentum, dummodo in absentia sua per procuratorem //^{110r} ydoneum et cum ad ecclesiam ipsam accesserit corporaliter illud prestet; aut quod idem Guido in eadem Nicosiensis archidiaconatum et in Famagustane ecclesiis canonicatum et prebenda noscitur obtinere. Nos enim ex nunc irritum decernimus et inane si secus super hiis a quequam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Datum Avinione, Kalendas Februariis, pontificatus nostri anno septimo.

α-70

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαική σειρά: Reg. Vat. 300, ff. 385r-386r.

Έκδοση: Μερικώς εκδεδομένο *Acta Clementis VII*, τ. 2, αρ. 27· βλ. και *Bullarium Cyprium*, III, αρ. w-138· Reg. Aven. 242, f. 496r

Σημειώσεις στο κείμενο: ac quod de vacans *mg. s.* Στην αρχή της εγγραφής: XV[≡].

Αβινιόν

1 Φεβρουαρίου 1385

Ο αρχιδιάκονος της Λευκωσίας Guido de Neffino λαμβάνει τα έσοδα και του κανονικάτου της Λευκωσίας και της Αμμοχώστου. Δεν γνώριζε για την ακύρωση της παραχώρησης από τον προηγούμενο πάπα, Γρηγόριο ΙΑ΄.

Venerabili fratri archiepiscopo Tarsensi et dilectis filiis Beliloci Nicosiensis et de Episcopia Nicosiensis diocesis monasteriorum abbatibus, salutem *etc.*

Vite ac morum honestas, aliaque probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos dilectus filius Guido de Neffino, archidiaconus ecclesie Nicosiensis, fidedignorum commendatur testimonio, nos inducunt ut sibi reddamur ad gratiam liberales.

Dudum siquidem, in nostri apostolatus primordiis omnes collationes, provisiones super canonicatibus in cathedralibus et collegiatis ecclesiis cum reservationibus prebendarum, a felicis recordationis Gregorio papa XI, predecessore nostro, factas seu concessas quibuscumque personis per eiusdem predecessoris litteras omnesque

processus habitos per easdem et quecumque inde secuta, etiamsi in eisdem ecclesiis alique ex dictis personis in canonicos essent recepte et etiamsi per executores earum facte fuissent reservationes, inhibitiones et decreti interpositiones aut earum aliquem auctoritate predictarum litterarum in aliquibus //^{385v} ex eisdem ecclesiis ultra statutum canonicorum numerum in canonicos recepte, quantum ad capitulum et ad chorum ac perceptionem distributionem cotidianarum plenitudinem iuris canonici haberent, sed in eis prebendas, que dantur tantum existentibus de numero, tunc expectarent auctoritate apostolica, per nostras litteras revocavimus, cassavimus, irritavimus et viribus vacuavimus, eaque cassa et irrita nuntiavimus et nullius existere voluimus firmitatis prout in eisdem nostris litteris plenius continetur. Et deinde sicut exhibita nobis nuper pro parte dicti Guidonis petitio continebat canonicatu et prebenda dicte ecclesie quos quondam Iohannes Cadach ipsius ecclesie canonicatus dum viveret obtinebat per obitum ipsius Iohannis, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacantibus dictus Guido dictam revocationem ignorans pretextu quarumdam litterarum eiusdem predecessoris per quas idem predecessor sibi de canonicatu ipsius ecclesie cum reservatione prebende inibi vacantis vel vacature duxerat providentum dictam prebendam sit vacantem infra tempus legitimum accepit et de illa sibi obtinuit provideri licet de facto ac prebendam ipsam postmodum assecutus illam per annum et ultra tenuit prout tenet de presenti etiam de facto. Cum autem, acceptatione et provisio huiusmodi et quecumque inde secuta secundum premissa iuribus non subsistant et – sicut accepimus – canonicatus et prebenda predicti per obitum dicti Iohannis adhuc vacare noscantur, nos, volentes dicto Guidoni qui – ut asseritur – de regno Cypri in quo dicta ecclesia consistit oriundus existit, et in eadem ecclesia diu laudabiliter servivit, premissorum intuitu gratiam facere specialem, discretionem vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos vel duo aut unus vestrum, per vos vel alium seu alios dictos canonicatum et prebendam sive – ut prefertur – sive alias quovis modo vacare ^a reppereritis dummodo tempore datum presentium non sit in eis alicui specialiter ius quesitum etiam si dilectus Iohannes Sedis Apostolice capellanus fuerit et propterea vel alias canonicatus et prebenda predicti sint dispositioni apostolice generaliter vel specialiter reservati aut eorum collatio ad sedem ipsam devoluta existat cum plenitudinem iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinentiis suis dicto Guidoni auctoritate predicta conferre et assignare curetis, inducentes eum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem canonicatus et prebende, iuriumque et pertinentiarum predictorum et

defendentes inductus, a moto ex inde quolibet illicito detentore ac facientes ipsius, vel dictum procuratorem pro eo ad huiusmodi prebenda in eadem ecclesiam in canonicum recipi et in fratrem, stallo sibi in coro et loco in capitulo ipsius ecclesie cum dicti iuris plenitudine assignatis sibi de ipsorum canonicatus et prebende, fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi contra dictores auctoritate nostra appellatione postpositam compescendo, non obstantibus quibuscumque status et consuetudinibus dicte ecclesie contrariis iuramento confirmationem apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis aut si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in eadem ecclesia in canonicos fuerit recepti vel, ut recipiantur, insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie speciales vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis vel legatorum eis litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit precessum, quibus omnibus in assecutionem dictorum canonicatus //^{386r} et prebende prefatum Guidonem volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem canonicatum et prebendarum ac beneficia aliorum preiudicium generari, aut si venerabili fratri nostro archiepiscopo et dilectis filiis capitulo Nicosiensibus vel quibusvis aliis communiter vel divisim, ab eadem sicut Sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem communiter vel separatim spectantibus, nulli valeat providere per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet aliam dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non iuxtam effectus huiusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differrI et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentis specialis. Seu si dictus Guido presens non fuerit ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus dicte ecclesie ratione canonicatus et prebende predictorum solitum iuramentum, dummodo in absentia sua per procuratorem ydoneum et cum ad ecclesiam ipsam accesserit, corporaliter illud prestet, aut quos idem Guido in eadem Nicosiensis archidiaconatum et in Famagustane ecclesiis canonicatum et prebenda noscitur obtinere. Nos enim ex nunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Datum Avinione, Kalendas Februarii, pontificatus nostri anno septimo.

^a reppetitis *del.* R

α-71

Πρωτότυπο: Περιεχόμενα τόμου

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 242, f. 496r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Βλ. και Reg. Vat. 300, ff. 385r-386r. Η εγγραφή αυτή βρίσκεται στο *Index* του κατάστιχου, δεν υπάρχει στον τόμο.

2 Φεβρουαρίου 1385

Παραχώρηση κανονικάτου της Λευκωσίας και εισοδήματος στον Γουίδο de Nephim.

Guido de Neffino mandatur provideri de canonicatu et prebenda ecclesie Nicosiensis.

α-72

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 240, f. 142r-143r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: De S. Martis *mg. s. XX mg. d.*

Αβινιόν

15 Φεβρουαρίου 1385

Ο επίσκοπος Λεμεσού Ιωάννης Stinus δεν είναι σε θέση να διατηρήσει το status του, ενώ η επισκοπή του ήταν κάποτε αυτάρκης, το τελευταίο καιρό έχει περιέλθει σε δεινή οικονομική κατάσταση και δεν μπορεί να αντεπεξέλθει στις υποχρεώσεις του. Τα οικονομικά της επισκοπής έχουν μειωθεί τόσο πολύ εξαιτίας πολέμου, αναταραχών και του λοιμού. Για τον λόγο αυτό παραχωρούνται τα εισοδήματα του πριοράτου του Πεντάκωμου των κανονικών Αυγουστινιανών (prioratum, χωρίς ποίμανση ψυχών, του Pendaco), καθώς και του οίκου του τάγματος του Αγίου Θωμά (Sancti Thome Anglicorum), καθώς και της περιοχής του Pauperis Montis όπου ο

οίκος του Αγίου Αυγουστίνου και της Παναγίας των Τευτόνων. Τα δύο τάγματα σημειώνεται ότι είναι ακέφαλα εδώ και πάρα πολύ καιρό.

Venerabili fratri Archiepiscopo Tarsensi et dilectis filiis Belliloci Nicosiensi ac de Episcopia Nicosiensis diocesis monasteriorum abbatibus, salutem *etc.*

Romani pontificis, providentia circumspecta statum et merita prelatorum aliarum, quod personarum ecclesiarum considerans diligenter illis libenter de oportuno remedio subvenit, quorum statum et meritis id conspicit expedire.

Exhibita siquidem nobis nuper pro parte ^a venerabilis fratris nostri Iohannis episcopi Nimociensi petitio continebat //^{142v} quod licet olim mensa sua episcopalis Nimociensis fructibus, redditibus, proventus, ^b sufficientibus habundaret, modernis tamen temporibus, propter guerrarum turbines ac sterilitatem et mortalitatem pestes, que in illis partibus viguerunt, fructus, redditus et proventus huiusmodi adeo diminuti et attenuati existunt quod vix habere potest quantam [partem] eorum que valere solevere nec ^γ potest idem episcopus ex eis iuxta status sui decentiam congrue sustentari, quare pro parte dicti episcopi sint nobis humiliter supplicatum ut suis in hac parte necessitatibus consulentes pro tenendo decentiam statum suum, prioratum sine cura de Pendaco necnon Sancti Thome Anglicorum et Pauperis Montis domos Sancti Augustini ac Beate Marie Theotonicorum ordinum sue Nimociensis diocesis quiquidem prioratus ac domus – ut asseritur – tanto tempore vacaverunt quod de ipsorum omnia vacatione ac modo ipsius memoria non existit et in quibus non morantur de presenti aliqui religiosi sed per seculares personas [detinenta] occupati quorumque fructus, redditus, et proventus pro maiori parte in agriculturis consistunt sibi concedere in commendam de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur eidem episcopo paterno compacientes affectu ac volentes sibi de [alterius] subventionis auxilio providere gratiam que facere specialem discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios, si est ita, et tempore date presentium non sit in eisdem prioratu ac domibus ius alicui speciali acquisitum prioratum ac domos predictos cum omnibus iuris et pertinentiis suis eidem episcopo per ipsum [quandui] ecclesie Nimociensis prefuerit tenendos, regendos et etiam gubernandos apostolica auctoritate in commendam concedatis, ita quod idem episcopus de fructibus, redditibus et proventus prioratus ac domorum predictorum huiusmodi durante commenda licite disponere possit et valeat sicut illi qui dictos prioratum ac domos pro tempore obtinuerunt de illis ordinare et disponere

potuerunt ac etiam debuerunt alienatione tamen quorumcumque bonorum immobilium et pretiosorum mobilium prioratus ac domorum ^δ predictorum ^ε eidem episcopo penitus interdictam, inducentes eum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem prioratus ac domorum iuriumque et pertinentiarum predictorum et defendum inductum a moto ab illis quolibet illicito detentore ac factum ipsum vel dictum pertinenti pro eo [ad] prioratum et domos predictos, ut est morum, admitti sibi que ipsorum prioratus et domorum fructuibus, redditibus, proventus, iuris et obventibus beneficiis ^σ huiusmodi durante commenda integre responderi. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus quibuscumque constitutionibus apostolicis ac statutis et [consuetudinibus] ecclesiarum, [monasteriorum], prioratum sive locorum aliorum a quibus prioratus et domorum predicti forsitan dependent [et ordinum] predictorum omnium iuramento, confirmatione apostolica, vel quantumque firmitate alia roboratis aut si aliqui super provisio sibi faciendis de huiusmodi prioratibus ac domibus vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales Apostolice Sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem id earum cum vel alio quomodolibet sit processum, quas quidem litteras et processus habitos per easdem ad prioratum et domos predictos volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad //^{143r} assecutionem prioratum et domorum ac beneficiorum aliorum providentiam generari, seu si alius quibus communiter vel divisim a predicta sic Sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de huiusmodi prioratibus ac domibus aut aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri ||seu commenda fieri|| per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et quibusque privilegiis indulgentes et litteris apostolicis quibuscumque personis sub quacumque verborum forma concessis de quibus quorumque totis tenoribus debeat in presentibus fieri mentio specialis proviso quod prioratus ac domus predicti debitae et consuetae obsequis non fraudentur sed deserviant inibi laudabiliter in divisim et supportentur ipsorum omnia consueta. Nos cum exinde irritum decernimus et inane si secus super hiis quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptari.

Datum Avinione, XV Kalendas Martii, anno septimo.

^α venerabilibus *del.* R ^β iuris *del.* R ^γ post *del.* R ^δ iuris et pertinentiis predictorum *del.*
R ^ε in *del.* R ^σ integre petedium *del.* R

α-73

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 240, f. 580r-v
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: De Ca. N. Diseur *mg. s. XX^oC mg. d.*

Αβινιόν

5 Μαΐου 1385

Ο επίσκοπος Κορώνης εντέλλεται να παραχωρήσει θέση κανονικού στο καπίτολο της Λευκωσίας στον Βενετό Ανδρέα Michel, ο οποίος εισέρχεται με την tonsura στις τάξεις των κληρικών.

Venerabili fratri episcopo Coronensi, salutem *etc.*

Dignum arbitramur et congruum ut illis se reddat sedes apostolica gratiosam quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur.

Volentes itaque dilectum filium Andream Michaelis scolarem Castellane diocesis, apud nos de vite ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu favore prosequi gratioso, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus si, post diligentem examinationem, dictum Andream ad hoc ydoneum esse reppereris, super quo tuam conscientiam oneramus, ei tonsuram auctoritate nostra conferras clericalem et, postquam huiusmodi tonsuram ipsi contuleris, ei de canonicatu ecclesie ^α Nicosiensis cum plenitudine iuris canonici eadem auctoritate providere procures, faciens ipsum vel procuratorem suum eius nomine in eadem ecclesia in canonicum recipi et in fratrem stalli sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie cum dicti iuris plenitudine assignatis, prebendam vero, si qua in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit, quam dictus Andreas per se vel procuratorem suum ad hoc legitime constitutum infra unius mensis spacium postquam sibi vel eidem procuratori vacatio illius innotuerit duxerit acceptendam, conferendam eidem Andree post acceptationem huiusmodi cum omnibus iuribus et

pertinentiis suis donationi tue auctoritate nostra reserves, districtius inhibendo, venerabili fratri nostro archiepiscopo et dilectis filiis capitulo Nicosiensibus ac illi vel illis ad quem vel ad quos in eadem ecclesia prebendarum collatio, provisio, presentacio seu quevis alia dispositio pertinet communiter vel divisim ne de huiusmodi prebenda interim etiam ante acceptationem eandem, nisi postquam eis constiterit quod Andreas vel procurator predicti illam noluerint acceptare, disponere quoquomodo presumant. Ac nichilominus prebendam huiusmodi quam reservabis, si, ut premittitur, vacat vel cum vacaverit, eidem Andree post acceptationem predictam cum omnibus iuribus et pertinentiis supradictis auctoritate predicta conferre et assignare procures, inducens per te, vel alium seu alios eundem Andream, vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem prebende ac iurium et pertinentium predictorum et defendens inductum, sibi faciens de ipsorum canonicatus et prebende fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi, contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Non obstantibus de certo canonicorum numero ac felicitis recordationis Bonifacii pape VIII predecessoris nostri et aliis quibuscumque constitutionibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus dicte ecclesie contrariis iuramento, confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, aut si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in eadem ecclesia in canonicos sint recepti vel ut recipiantur insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis in dicta ecclesia speciales aut aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarunt, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus preterquam auctoritate nostra in ecclesia ipsa receptis vel prebendas expectationibus in eadem in assecutione dicte prebende predictum Andream volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem prebendarum ac beneficiorum aliorum preiudicium generari, aut si eisdem archiepiscopo et capitulo vel quibusvis alicuius communiter vel divisim a dicta sit sede indultum quod receptionem vel provisio alicuius teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie aut aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem presentationem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non faciens plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgere

generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differi et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteras mentio specialis. Aut si dictus Andreas presens non fuit ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus ipsam ecclesie solitum iuramentum, dummodo in absentia sua per procuratorem ydoneum et cum ad etiam ipsam accesserit corporaliter illud prestet, seu si hodie pro alio vel aliis super equali vel equalibus gratiam vel gratiis in eadem ecclesia litteras nostras duxerimus concedendas.

Nos enim, tam illas quod presentes effectum sortiri volumus, quacumque constitutione apostolica contraria non obstante ^{/580v} et insuper si dictus Andreas ad hoc repertus fuerit ydoneus [et] tonsuram ei contuleris – ut prefertur – ex nunc proinde irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, ac si die date presentium idem Andreas tonsuram huiusmodi habet et ipsi Andree contulissemus canonicatum ecclesie memorate ac predictas si qua in dicta ecclesia tunc vacabat vel tunc vacaret quam idem Andreas duceret acceptari – ut prefertur – conferendam eidem Andree post acceptationem predictam donationem apostolice cum interpositione decreti duxissemus specialiter reservandam.

Datum Avinione, V none Maii anno septimo.

^a *ecclesie del. R*

α-74

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 240, f. 580v-581r
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: De Ca. N. Diseur *mg. s. XX^c mg. d.*

Αβινιόν

5 Μαΐου 1385

Παραχωρείται το κανονικάτο της Λευκωσίας στον Βενετό Μάρκο Michel, ο οποίος εισέρχεται με την κουρά (tonsura) στις τάξεις των κληρικών.

Venerabili fratri episcopo Coronensis, salutem *etc.*

Dignum arbitramur et congruum ut illis se reddat Sedes Apostolica gratiosam quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur.

Volentes namque dilectum filium Marcum Michaelis scolarem Castellane diocesis apud nos de vite ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu favore prosequi gratioso, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus si, post diligentem examinationem, dictum Marcum ad hoc idoneum esse reppereris, super quo tuam conscientiam oneramus tonsuram, auctoritate nostra conferitis, clericalem et postquam huiusmodi tonsuram sibi contuleris de canonicatu ecclesie Nicosiensis cum plenitudine iuris canonici auctoritate nostra providere procures faciens ipsum vel procuratorem suum eius nomine in eadem ecclesia in canonicum recipi et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie cum dicti iuris plenitudine assignatis, prebendam vero, si qua dictam ecclesiam vacat ad presens vel vacaverit, quam dictus Marcus per se vel procuratorem suum ad hoc legitime constitutum infra unius mensis spatium postquam sibi vel eidem procuratori vacatio illius innotuerit duxerit acceptendam conferendam eidem Marco post acceptationem huiusmodi cum omnibus iuris et pertinentiis suis donationi tue auctoritate nostra reservas, districtius inhibendo, venerabili fratri nostro archiepiscopo et dilectis filiis capitulo Nicosiensibus ac illi vel illis ad quem vel ad quos in dictam ecclesiam prebendarum collatio, provisio, presentatio seu quevis alia dispositio pertinet communiter vel divisim ne de huiusmodi prebenda interim etiam ante acceptationem eandem nisi postquam eis constiterit, quod Marcus vel procuratorem predictam illam noluerint acceptare disponere quoquo modo presumant ac nichilominus prebendam huiusmodi, quam reservabis, si ut premittitur, vacat vel vacaverit, eidem Marco post acceptationem predictas cum omnibus iuribus et pertinentiis supradictis auctoritate predicta conferre et assignare procures, inducentes per te vel alium seu alios eundem Marcum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem prebende ac iurium et pertinentium predictorum et defendens inductum sibi que faciens de ipsorum canonicatus prebende, fructibus, redditibus, proventus iuris et obventionibus universis integre responderi. Contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Non obstantibus de certo canonicorum numero ac felicitis recordationis Bonifatii pape VIII predecessoris nostri et aliis quibuscumque constitutionibus apostolicis ac statutis et consuetis dicte ecclesie contrariis, iuramento, confirmatione apostolica vel

quacumque firmitate alia roboratis, aut si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate eadem ecclesia in canonicos sint recepti vel, ut recipiantur, insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis in dictam ecclesiam speciales aut aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus preterquam auctoritate nostra in ecclesiam ipsam receptis vel prebendas expectationem in eadem in assecutionem dicte prebende predictum Marcum volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem prebendarum ac beneficiorum aliorum preiudicium generari, aut si eisdem archiepiscopo Neapolitanis vel quibusvis alicuius communiter vel divisim a dicta sit Sede indultum quod receptionem vel provisum alicuius teneantur et ad id compelli, aut quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie aut aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non faciens plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis //^{581r} indulgere generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differi et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteras mentio specialis. Aut si dictus Marcus presens non fuit ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus ipsam ecclesie solitum iuramentum, dummodo in absentia sua per procurem ydoneum et cum ad etiam ipsam accesserit corporaliter illud prestat, seu si hodie per alio vel aliis super equali vel equalibus gratiam vel gratis in eadem ecclesia litteras nostras duxerimus concedendas. Nos enim, tam illas quod presentes effectum sortiri volumus quacumque constitutione apostolica contraria non obstante et insuper si dictus Marcus ad hoc repertus fuerit ydoneus ^a et tonsuram ei contuleris – ut prefertur – ex nunc proinde irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, ac si die date presentium idem Marcus tonsuram huiusmodi haberet clericalem et ipsi Marco contulisset canonatum dicte ecclesie ac prebenda, si qua tunc vacabat vel cum vacaret, quam idem Marcus [duceret] acceptandam – ut prefertur – conferendam eidem Marco post acceptationem predictam donationi apostolice cum interpositione decreti duxissemus speciali reservandam.

Datum Avinione, V none Maii, anno septimo.

^a ut prefertur *del.* R

α-75

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Vat. 300, f. 263v-264r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: P. [Beraldi] *mg. s. Gratis de mandato mg. d.*

Αβινιόν

20 Μαΐου 1385

Ο Ανδρέας, αρχιεπίσκοπος Λευκωσίας ορίζεται αποστολικός εκπρόσωπος στην Κύπρο. Δίδεται και άδεια κατανάλωσης κρέατος; Καθώς και άδεια τέλεσης Θείας Λειτουργίας πριν την ανατολή του ήλιου.

Eidem salutem etc. Sincere devotionis affectus, quem nos et Romanam geris Ecclesiam, providentur ut, votis tuis, favorabiliter annuamus, illis presertim per que sicut pie desideras, divinis officiis intentus existas et spiritualis salutis tibi proveniat incrementum.

Hinc est quod nos tuis devotis precibus inclinati, ut missam antequam illucescat dies circa tamen diurnam lucem, cum qualitas negotiorum pro tempore ingruentium id exigerit liceat tibi celebrare et per proprium vel alium sacerdotem idoneum facere celebrari. Itaque nec tibi nec sacerdoti ad culpam valeat imputari devotioni tue tenoris presentium indulgemus proviso, quod huiusmodi concessione parce utaris, que cum in altaris officio immoletur dictus noster Dei filius Ihesus Christus, qui candor est lucis eterne, congruit hoc non in noctis tenebris fieri sed in luce. Nulli *etc.* nostra concessionis infringere *etc.*

Datum Avinione, XIII Kalendas Iunii, anno septimo.

^a expedire *del.* R

α-76

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Vat. 300, f. 263v-264r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: P. [Beraldi] *mg. s. Gratis de mandato mg. d.*

Αβινιόν

20 Μαΐου 1385

Ο Ανδρέας, αρχιεπίσκοπος Λευκωσίας ορίζεται αποστολικός εκπρόσωπος στην Κύπρο. Δίδεται και άδεια κατανάλωσης κρέατος; Καθώς και άδεια τέλεσης Θείας Λειτουργίας πριν την ανατολή του ήλιου.

Dilecto filio Andree electo Nicosiensi, salutem *etc.*

Cum te ad regnum Cipri pro magnis et arduis nostris et Romane Ecclesie negotiis presentialiter destinemus, nos, cupientes ut in negotiis huiusmodi eo feliciter prospereris, quo maiori per nos fueris auctoritate munitus, discretioni tue licenciam concedendi auctoritate apostolica, negotiorum huiusmodi prosecutione durante, quibuscumque personis religiosis que, negotiorum ipsorum prosecutione durante et alias, ad mensam tuam tuumque hospiciam contigeri<n>t declinare, et quibus secundum statuta et consuetudines suorum ordinum est esus carniarum interdictus, carnes vescendi in hospicio tuo huiusmodi, illis diebus //^{264r} dumtaxat exceptis quibus a sacris canonibus esus carniarum communiter prohibitus {non} existit, dummodo persone ipse iuramento vel voto ad abstinentiam esus huiusmodi minime fuit sint astrictae et cum eis dispendi super hoc cum hoc probabiliter expedire videris, " super quo tuam conscientiam oneramus, predictis statutis ||seu|| consuetudinibus ac privilegiis apostolicis contrariis nequaquam obstantibus plenam et liberam tenore presentium concedimus facultatem.

Datum Avinione, XIII Kalendas Iunii, anno septimo.

α-77

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 242, f. 489v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Δίδεται άδεια στον αρχιεπίσκοπο Λευκωσίας να επιτρέψει την κατανάλωση κρέατος σε όσους διαμένουν σε ξενώνα του, καθώς και να μπορούν να τελούν Θεία Λειτουργία το βράδυ.

20 Μαΐου 1385

Andree episcopo Nicosiensi dandi licentiam personis in hospitio suo commorantibus comedendum carnes cuiuscumque ordinis extiterint datur facultas. Eidem celebrandi ac celebrarum faciendum ante diem licentiam concedere.

α-78

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Vat. 296, f. 138r
Έκδοση: Ανέκδοτο

Αβινιόν

20 Μαΐου 1385

Ο πάπας παραχωρεί άδεια στον αρχιεπίσκοπο Ανδρέα να επισκεφθεί τους Αγίους Τόπους.

Dilecto filio Andree electo Nicosiensis, salutem *etc.*

Tue devotionis exigentibus meritis, votis tuis libenter annuimus ac petitiones tuas in hiis que honeste postulas, quantum cum Deo possumus, favorabiliter exaudimus. Cum itaque, sicut oblate nobis tue petitionis series continebat, tu, zelo pie devotionis accensus, sepulcrum Dominicum et alia oratoria predicta, quibuscumque prohibitionibus, constitutionibus et processibus Sedis Apostolice in contrarium factis, habitis seu etiam promulgatis, penas et sententias, spirituales et temporales continentibus nequaquam obstantibus ex causa predicta valeas [visitare], illaque nichilominus pro huiusmodi visitatione deferre et etiam exhibere sine quibus peregrinationem huiusmodi commode adimplere non posses, dummodo ad partes illas nulla alia deferas, que in profectum vel favorem hostium fidei christiane redundare valeant, tibi auctoritate presentium indulgemus.

Nulli ergo *etc.* nostre concessionis et voluntatis infringere *etc.*

Datum Avinione, XIII Kalendas Iunii, anno septimo.

α-79

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Vat. 300, f. 423r-v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Διακοσμημένο C για το Clemens με ανθρώπινη κεφαλή. P. [Be...] *mg. s.*
Gratis de mandato *mg. d.*

Αβινιόν

20 Μαΐου 1385

Παραχώρηση διάφορων προνομίων στον αρχιεπίσκοπο Λευκωσίας Ανδρέα Michiel.

Clemens episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Andree electo Nicosiensi, salutem *etc.*

Devotionis tue sinceritas promeretur ut votis tuis, in hiis presertim que ad tue salutem anime tendere valeant, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus.

Tuis itaque supplicationibus inclinati auctoritate tibi presentium indulgemus ut, si fors ad loca ecclesiastico interdicto supposita te contigerit declinatis licet tibi in illis clausis ianuis excommunicatis et interdictis exclusis, non pulsatis campanis ac submissa voce missam et alia divina officia celebrare et in tua et familiarum tuorum domesticorum presentia facere celebrari dummodo tu vel illi causam non dederitis nec interdicto nec id tibi vel illis contigerit specialiter interdicti. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere *etc.*

Datum Avinione, XIII Kalendas Iunii, anno septimo.

Eidem ||Sedi Apostolice nuntio|| salutem *etc.*

Cum te regnum Cipri pro magnis et arduis nostris et Romane Ecclesie negotiis presentialiter destinemus, nos, cupientes ut in negotiis huiusmodi eo feliciter prospereris, quo maiori per nos fueris auctoritate munitus, discretioni tue dispendi hac vice auctoritate apostolica negotiorum huiusmodi prosecutione durante cum decem

viris et totidem mulieribus dicti regni, qui quarto consanguinitatis vel affinitatis gradu invicem matrimonialiter contrahere desideraverint ut ipsi impedimentis que ex consanguinitate vel affinitate huiusmodi provenerint, non obstantibus matrimonia huiusmodi, dummodo dicte mulieres propterea rapte non fuerint, invicem contrahere et in eis postquam contracta fuerit remanere libere et licete valeant prolemque ex huiusmodi matrimonis ^a suscipiendam legitimam nunciandum plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem.

Datum Avinione, XIII Kalendas Iunii, anno septimo.

Eidem salutem etc. Cum te *etc.* ut in proxima superiorum usque destinemus, nos, cupientes ut in negotiis huiusmodi eo feliciter prospereris, quo maiori per nos fueris auctoritate munitus, discretioni tue commutandi hac vice auctoritate apostolica negotiis huiusmodi prosecutione durante vota que singule ex decem personis dicti regnum [cum servint] peregrinationis ultramarini et beatorum Petri et Pauli ac quod Sancti Iacobi necnon continentie et castitatis votis dumtaxat exceptis in alia opera pietatis, prout secundum Deum animarum dictarum personarum salutem videris expedire, plenam et liberam concedimus tenorem presentium facultatem.

Datum Avinione, XIII Kalendas Iunii, anno septimo.

//^{423v} Dilecto filio Andrea electo Nicosiensi, salutem *etc.* Quia presentis vite conditio statum habet instabilem et ea, que visibilem habent essentiam tendunt visibiliter ad non esse, tu hoc salubri meditatione premeditans diem tue peregrinationis extremum dispositione testamentaria desideraris prevenire. Nos itaque ||tuis|| in hac parte supplicationibus inclinati, ut de bonis tuis undecunque non per ecclesiam seu ecclesias tibi commissas alias tamen licite acquisitis, que ad te pertinere omnimodo dinoscuntur, libere testari valeas, ac de bonis mobilibus ecclesiasticis tue dispositioni seu administrationi commissis, que tamen non fuerint altaris vel altarium tibi commissarum ministerio seu alicui episcopali earundem ecclesiarum divino cultui seu usui deputati necnon et de quibuscumque sed bonis mobilibus a te per ecclesiam seu ecclesias licite acquisitis pro decentibus et honestis expensis tui funeris et pro remuneratione illorum, qui tibi viventi servierint, sive sint consanguinei sive alii, iuxta servitii virtutum, moderate tamen disponere et erogare et alias in pios et licitos usus convertere possis prius tamen de omnibus predictis bonis ere alieno et hiis qua pro reparandis domibus seu edificis consistentibus in locis ecclesiarum vel beneficiorum

tuorum ex culpa vel negligentia tuorum procuratorum destructis seu deterioratis necnon restaurandis aliis iuribus earundem vel beneficiorum deperditis ex culpa vel negligentia supradictis fuerint opportuna deductis, plenam et liberam discretioni tue auctoritate presentium concedimus facultatem.

Volumus autem quod in eorumdem ecclesiasticorum dispositione bonorum iuxta quantitatem residui erga ecclesias, a quibus eadem percepisti, te liberalem exhibeas, prout conscientia tibi dictaverit et anime tue salutis videris expedire.

Datum Avinione, XIII Kalendas Iunii, anno septimo.

Eidem salutem etc. Tue devotionis precibus benignum impertientes assensum libenter ea tibi concedimus gratiosem, que tue quietis commodum respicere dinoscuntur. Cum itaque, sicut pro parte tua sint prepositum coram nobis sepe contingat ecclesias et cimiteria tuarum civitatis et diocesis pro effusionem sanguinis vel seminis aut excommunicatorum inhumationem violari, que non potes reconciliare commode per te ipsum nobis humiliter supplicasti, ut providere tibi super hoc de opportuno remedio dignantur. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati quod ecclesias et cimiteria supradicta per aliquem sacerdotem idoneum reconciliari facere valeas, quotiens fuerit opportunum corporibus excommunicatorum predictorum si ab aliis corporibus discretioni valeant primitus exhumatis et procul ab ecclesiastica sepultura iactatis, aqua prioris per te vel alium antistitem – ut moris est – benedictam, presentium tibi auctoritate concedimus facultatem per hac auctoritate constitutioni, que id precipit per episcopos tantum si nullum volumus imposterum preiudicium generari.

Datum Avinione, XIII Kalendas Iunii, anno septimo.

Eidem salutem etc. Sincere devotionis affectus, quem ad nos et Romanam geris Ecclesiam, proventur ut petitionibus tuis, illis presertim que [maiorum] salutem respiciunt, favorabiliter annuamus.

Hinc est quod nos tuis in hac parte supplicationibus inclinati tibi auctoritate apostolica indulgemus, ut confessor tuus secolarum vel regularum, quem ad hoc duxerimus eligendum familiarum tuorum continuo commensalium quotiens eis sunt opportuni confessionibus diligenter auditis eis pro commissis eorum in casibus in quibus minores penitentiarii nostri in Romana Curia residentes absolvere possent,

debitam eisdem familiaribus absolutionem impendere valeat ac iniungere penitentiam salutarem. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere *etc.*

Datum Avinione, XIII Kalendas Iunii, anno septimo.

^a *suss del.* R

α-80

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Vat. 300, f. 431r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: P. [Beraldi] *mg. s.* Στην αρχή του κειμένου: *Gratis de mandato*

Αβινιόν

20 Μαΐου 1385

Παραχώρηση άδειας σε έξι ιερείς και έξι γυναίκες να επισκεφθούν διάφορες μονές.

//^{431r} *Dilecto filio Andree electo Nicosiensis Sedis Apostolice nuntio, salutem etc.*

Cum te ad Regnum Cipri pro magnis et arduis nostris et Romane Ecclesie negotiis presentialiter destinemus, nos, cupientes ut in negotiis huiusmodi eo feliciter prospereris, quo maiori per nos fueris auctoritate munitus, discretioni tue recipi faciendi hac vice auctoritate apostolica negotiorum huiusmodi prosecutione durante sex clericos aut sex puellas litteratas dicti regni cupientes in [monasteria] tuarum civitatis et diocesis sub regulari habitu virtutum Domino familiari videlicet singulos aut singulas ipsorum vel earum dummodo sint ydonea vel ydonee et aliquod canonicatum non obsistat in singulis ex eisdem [monasterio] si in eas certus monachorum vel canonicorum aut [monalium] seu ||canonicarum|| ^a muneris non habetur dummodo ex hoc monasteria ipsa nimium non graventur vel etiam si huiusmodi muneris [inibi] forsan existerit et de ipso numero aliquis vel aliquem de est ad presens ex nunc alioquin quam primum defuerit in monachos aut canonicos et in fratres seu in moniales vel canonicas et sorores eisdem iuxta ipsorum [monasteriorum] consuetudine regularem habitum [exhiberi] et de comunibus proventis ipsorum monasteriorum sicut singulis aliis eorundem [monasteriorum]

monachis vel canonicis seu monialibus aut [canonicatibus] integre provideri ac eos vel eas sincera ibidem in Domino cantate tractari. Contradictores quoque per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendi.

Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus monasteriorum predictorum et ordinum quorumcumque contrariis [iuramento confirmatione] apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, aut si pro aliis in dictis [monasteriis] scripta forsitan apostolica sint ^β directa, seu si dilectis filiis abbatibus et conventibus, aut dilectis in Christo filiabus abbatibus et conventibus monasteriorum predictorum vel quibusvis aliis communiter vel divisim a Sede apostolica sit indultum, quod ad receptionem vel provisum alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis plenam et liberam tenore predictis concedimus facultatem.

Datum Avinione, XIII Kalendas Iunii, anno septimo.

^α monachorum *del.* R ^β duc *del.* R

α-81

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχιερακή σειρά: Reg. Vat. 296, f. 2v
Έκδοση: Ανέκδοτο

Αβινιόν

20 Μαΐου 1385

Ο πάπας Κλήμης Ζ΄ ορίζει τον αρχιεπίσκοπο Λευκωσίας Ανδρέα αποστολικό νούντσιο.

Dilecto filio Andrea electo Nicosiensi Sedis Apostolice nuntio, salutem *etc.*

Cum te ad Regnum Cipri pro magnis et arduis nostris et Romane Ecclesie negotiis presentialiter destinemus, nos, cupientes ut in negotiis huiusmodi eo felicius prospereris, quo maiori per nos fueris auctoritate munitus, discretioni tue exhibendi auctoritate apostolica negotiorum ipsorum prosecutione durante quoscumque religiosos et alios exemptos et non exemptos quacumque dignitate profulgeant, qui in dicto regno in predicationibus suis vel alios quomodolibet aliqua dicerent vel asserent que bono et prospero nostro et eiusdem ecclesie statui [obviaremur] et contradictores quaque per censuram ecclesiasticam et alia iura remedia appellatione postposita compescendum. Non obstantibus si eisdem religiosis vel quibusvis aliis communiter vel divisim a Sede apostolica sit indultus quod interdicti, suspendum vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non faciens plenam et expressam ad de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem.

Datum Avinione, XIII Kalendas Iunii, anno VIImo.

α-82

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχαιακή σειρά: Reg. Vat. 296, f. 2v
Έκδοση: Ανέκδοτο

Αβινιόν

20 Μαΐου 1385

Ο αρχιεπίσκοπος Ανδρέας καλείται να τιμωρήσει όλους όσους έχουν προσχωρήσει στον πάπα της Ρώμης Ουρβανό ΣΤ΄.

Idem salutem etc. Cum te etc. ut in proxima precedenti usque destinemus, nos, cupientes ut in negotiis huiusmodi eo felicius prospereris, quo maiori per nos fueris auctoritate munitus, discretioni tue inquitendum auctoritate apostolica negotiorum huiusmodi prosecutione durante de excessibus per quoscuinque religiosos in dicto regno commorantes exemptos et non exemptos quacunque dignitate prefulgatur commissis et negotiorum ipsorum prosecutione durante committendis scisma dumtaxat quod ille vir pestifer Bartholomeus olim Barensi archiepiscopus, qui Sedem apostolicam per impressionem et violentiam notorias nititur dampnabiliter occupare,

concernentibus ac illos ex eis quos per inquisitionem huiusmodi excessus predictos commisse reppereris, corrigendum et puniendum iuxta canonicas xanctiones. Contradictores quoque per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia appellationem postposita compescendum. Non obstantibus si eidem religiosi vel quibusuis aliis communiter vel divisim a Sede apostolica sit indultum quod suspendum vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem plenam et liberam concedimus tenore presentium.

Datum Avinione, XIII Kalendas Iunii, anno septimo.

α-83

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Vat. 296, f. 137r-v
Έκδοση: Ανέκδοτο

Αβινιόν

20 Μαΐου 1385

Παραχώρηση στον αρχιεπίσκοπο Λευκωσίας Ανδρέα το προνόμιο να λειτουργεί σε απαγορευμένους τόπους λατρείας, λύσεις γάμων κ.ά.

Clemens, episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Andrea electo Nicosiensi, salutem *etc.*

Devotionis tue sinceritas promeretur ut vocis tuis, hiis presertim que tue salutem anime cedere valeant, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus. Tuis itaque supplicationibus inclinati auctoritate tibi presentium indulgemus, ut si forsan ad loca ecclesiastico interdicto supposita te contigerit declinare, liceat tibi in illis, clausis ianuis excommunicatis et interdictis exclusis, non pulsantis campanis ac submissa voce missam et alia divina officia celebrare et in tua familiarium tuorum domesticorum presentia facere celebrare, dummodo tu vel illi causam non dederitis ^α interdicto nec id tibi vel illis contigerit specialiter interdicti. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere *etc.*

Datum Avinione, XIII Kalendas Iunii, anno septimo.

Idem Sedis Apostolice nuntio, salutem *etc.* Cum te ad regnum Cipri per magnus et arduis nostris et Romane Ecclesie negotiis presentialiter destinemus, nos, cupientes ut in negotiis huiusmodi et felicio prospereris, quo maiori per nos fueris auctoritate munitus, discretioni tue dispensadi hac vice auctoritate per apostolice negotior huiusmodi prosecutione durante cum decem viris et totidem mulieribus dicti regni, qui quatro consanguinitatis vel affinitatis gradu invicem matrimonialiter contrahere desideraverint ut ipsi impedimento, que ex consanguinitate vel affinitate huiusmodi provenerint non obstantibus matrimonia huiusmodi, dummodo dicte mulieres propterea rapte non fuerint, invicem contrahere et in eis postquam contracta fuerit remanere libere et licite valeant prolemque ex huiusmodi matrimoniis suscipiendam legitimam nuntiandum plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem.

Datum Avinione, XIII Kalendas Iunii, pontificatus nostri anno septimo.

Idem salutem *etc.* Cum te *etc.* ut in proxime superiori usque destinemus, nos, cupientes ut in negotiis huiusmodi eo felicius prospere, quo maiori fueris per nos auctoritate munitus, discretioni tue commutandi hac vice auctoritate apostolica negotiorum huiusmodi prosecutione vota, que singule ex decem personis dicti Regni emisint peregrinationis ultramarem et Beatorum Petri et Pauli acque Sancti Iacobi necnon continentie et castitatis votis dumtaxat exceptis in alia opera pietatis prout secundum Deum [animarum] dictarum personarum saluti videris expedire plenam et liberam concedimus tenore ^β presentium facultatem.

Datum Avinione, XIII Kalendas Iunii, anno septimo.

^α nec *del.* R ^β *prs del.* R

α-84

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Vat. 296, f. 137v
Έκδοση: Ανέκδοτο

Αβινιόν

20 Μαΐου 1385

Ο πάπας δίνει άδεια στον αρχιεπίσκοπο Λευκωσίας Ανδρέα να συντάξει διαθήκη και άλλα προνόμια

//^{137v} Dilecto filio Andree electo Nicosiensi, salutem *etc.* Quia presentis vite conditio statum habet instabilem et ea, que visibilem habent essentiam, tendunt visibiliter ad non esse, tu hoc salubri meditatione premeditans, diem tue peregrinationis extreme dispositione testamentaria desiderant prevenire. Nos itaque tuis in hac parte supplicationibus inclinati, ut de bonis tuis undecumque non per ecclesiam seu ecclesias tibi commissas alias tamen licite acquisitis, que ad te pertinere commode dinoscitur libere testari valeas ac de bonis mobilibus ecclesiasticis tue dispositioni seu administrationi commissis, que tamen non fuerint altaris vel altarum tibi commissorum ministerio seu alicui speciali earundem ecclesiarum Domino cultui seu usui deputati necnon et de quibuscumque bonis mobilibus a te per ecclesiam seu ecclesias licite acquisitis pro decentibus et honestis expensis tui funeris et pro remunerationem illorum, qui tibi viventi fuerunt sive sint consanguinei sive alii, iuxta servitii meritum moderare tamen de omnibus predictis bonis ere alieno et hiis, que pro reperandis domibus seu edificiis consistentibus in locis ecclesiarum vel beneficiorum tuorum ex culpa vel negligentia tuorum procuratorum destructis seu deterioratis necnon restaurandis aliis iuribus earundem ecclesiarum vel beneficiorum de predictis ex culpa vel negligentia supradictis fuerint opportuna deductis plenam et liberam discretioni tue auctoritate presentium concedimus facultatem volumus auctoritate, ut in eorundem ecclesiasticorum dispositione bonorum iuxta quantitatem residui erga ecclesias a quibus eadem percepisti te liberalem exhibeas prout conscientia tibi dictaverit et anime tue saluti videns expedire.

Datum Avinione, XIII Kalendas Iunii, anno septimo.

Idem salutem *etc.* Tue devotionis precibus benignum impatientes assensum libenter ea tibi concedimus gratiose, que tue quietis commodum respicere dinoscuntur. Cum itaque, sicut pro parte tua fuit prepositum coram nobis sepe contingat ecclesias et cimiteria tuarum civitatis et diocesis per effusionem sanguinis vel seminis aut excommunicatorum inhumationem violari, que non potes reconciliare commode per te ipsum nobis humiliter supplicasti, ut providere tibi super hoc de opportuno remedio dignaremur. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati quod ecclesias et cimiteria supradicta per aliquem sacerdotem idoneum reconciliari facere, voleas quotiens fuerit opportunum corporibus excommunicatorum predictorum, si ab aliis corporibus discerni valeant, primitus exhumatis et procul ab ecclesiastica sepultura iactatis et

aqua prius per te vel alium antistitem – ut moris est – benedicta, presentium tibi auctoritate concedimus facultatem. Per hoc autem constitutioni, que id precipit per episcopos tantum fieri nullum volumus imposterum preiudicium generari. Presentibus post quinquenium minime valituris.

Datum Avinione, XIII Kalendas Iunii, anno septimo.

Idem salutem etc. Sincere devotionis affectus, quem ad nos et Romanam geris Ecclesiam, promeretur ut petitionibus tuis, illis presertim que animarum salutem respicium, favorabiliter annuamus.

Hinc est quod nos tuis in hac parte supplicationibus inclinati tibi auctoritate apostolica indulgemus, ut confessor tuus secularis vel regularis, quem ad hoc duxeris eligendum familiarum tuorum continuo commensalium quotiens eis fuerit opportunum confessoribus diligenter audacis eis pro commissis etiam in casibus in quibus minores penitentarii nostri in Romana Curia residentes absolvere possent debitamus eisdem familiaribus absolutionem impendere valeat ac iniungere penitentiam salutarem. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere *etc.*

Datum Avinione, XIII Kalendas Iunii, anno septimo.

α-85

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Vat. 296, f. 137v-138r

Έκδοση: Μερικώς εκδεδομένο *Acta Clementis VII*, τ. 2, αρ. 54

Αβινιόν

20 Μαΐου 1385

Ο Ανδρέας εξουσιοδοτείται να απαλλάξει τέσσερεις άνδρες και τέσσερεις γυναίκες από τον τέταρτο βαθμό ομαιμοσύνης και αγχιστείας ώστε να μπορούν να τελέσουν γάμους.

Dilecto filio Andree electo Nicosiensi Sedis Apostolice nuntio, salutem *etc.*

Cum te ad regnum Cipri pro magnis et arduis nostris et Romane Ecclesie negotiis presentialiter destinemus, nos, cupientes ut in negotiis huiusmodi eo felicius

prospereris, quo maiori pro nos fueris auctoritate munitus, discretioni tue absolvendum hac vice auctoritate apostolica negotiorum huiusmodi prosecutione durante quatuor viros et totidem mulieres dicti regni, qui scientes se fore quarto consanguinitatis vel affinitatis // ^{138r} gradu insimul coniunctos matrimonia invicem contraxerint ab excommunicationis sententiam, quam propterea incurrerunt si hoc humiliter petierunt in forma ecclesie consueta iuramentis eis inter cetera sub virtute iuramenti per eos prestandi, quod similia de cetero non committant nec facientibus ei prestabunt auxilium consilium vel favorem et aliis, que de iure fuerint iniungenda et demum cum eisdem viris et mulieribus ut ipsi impedimento quod ex consanguinitate vel affinitate huiusmodi proveniunt non obstante matrimonia insimul, dummodo dicte mulieres propterea rapte non fuerint, de novo contrahere et in eis postquam contracta fuerint remanere libere et licite valeant dispensandum plenique ex huiusmodi matrimonii susceptam et suscipiendam [humani] decernendum plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem.

Datum Avinione, XIII Kalendas Iunii, pontificatis nostri anno septimo.

α-86

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Vat. 296, f. 137v-138r

Έκδοση: Μερικώς εκδεδομένο *Acta Clementis VII*, τ. 2, αρ. 54

Αβινιόν

20 Μαΐου 1385

Idem salutem etc. Cum te etc. Ut in proxima precedenti usque destinemus, nos, cupientes ut in negotiis huiusmodi eo feliciter prospereris, quo maiori per nos fueris auctoritate munitus, discretioni tue cum quibuscumque excommunicatis et scismaticis in dicto regno commorantibus si eorum societatem ^a commode evitarum nos possis preterquam in [crimine] participandi eosque ad nostram et ipsius ecclesie devotionem et obedientiam reducendum plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem ac volumus, quod tu propterea aliquam labem aut infamie maculam sine notam non contrahas nec excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententias aut penas aliquas incurras constitutionibus et processibus apostolicis non obstantibus quibuscumque.

Datum Avinione, XIII Kalendas Iunii, anno septimo.

^a con *del.* R

α-87

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχαιακή σειρά: Reg. Vat. 300, f. 424r
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: P. [Beraldi] *mg. s. Gratis mg. d.*

Αβινιόν

20 Μαΐου 1385

Παραχώρηση στον αρχιεπίσκοπο Ανδρέα του δικαιώματος να δώσει την άδεια τέλεσης γάμου σε τέσσερις άνδρες και ισάριθμες γυναίκες με κώλυμα γάμου τετάρτου βαθμού συγγένειας. Επίσης, ενδιαφέρον έχει η δυνατότητα που δίνεται στον αρχιεπίσκοπο να δώσει άφεση σε αιρετικούς και σχισματικούς, και πιθανόν να αναφέρεται σε υποστηρικτές του πάπα Ουρβανού ΣΤ΄.

//^{424r} Dilecto filio Andrea electo Nicosiensi Sedis Apostolice meritis, salutem *etc.*

Cum te ad regnum Cipri pro magnis et arduis nostris et Romanam Ecclesiam negotiis presentialiter destinemus, nos, cupientes ut in negotiis huiusmodi eo feliciter prospereris, quo maiori per nos fuerit auctoritate munitus, discretioni tue absolvendum hac vice auctoritate apostolica negotiis huiusmodi prosectorem durante quatuor viros et tot idem mulieres dicti regni, qui scientes se fore quarto consanguinitatis vel affinitatis gradu insimul coniunctos matrimonia invicem contraxerunt ab excommunicationis [suam], quam propterea [incurrerint] si hoc humiliter petierunt in forma ecclesiastica consueta iniunctis eis inter cetera sub virtute iuramenti per eos prestandum quod similia decetero non committant nec facientibus ea prestabunt auxilium consilium vel favorem et aliis, quo de iuris fuerint iniungenda et demum, cum eisdem viris et mulieribus ut ipsi impedimento quod ex consanguinitate vel affinitate huiusmodi provenerunt non obstante matrimonia insimul, dummodo dicte mulieres propterea rapte non fuerint, de novo contrahere et in eis postquam contracta fuerint remanere libere et licite valeant dispendium prolemque ex huiusmodi

matrimonis susceptam et suscipiendam legitimam decernendum plenam et liberam concedimus tenorum presentium facultatem.

Datum Avinione, XIII Kalendas Iunii, anno septimo.

Eidem salutem etc. Cum te etc. ut in proxima presenti, usque destinemus, nos, cupientes ut in negotiis huiusmodi eo felicius prospereris, quo maiori per nos fueris auctoritate munitus, discretioni tue cum quibuscumque ^a excommunicatis et scismaticis in dicto regno commorantibus si eorum societate commode evitatis non possis preterquam in [criminem] participandum eosque ad [nostram] et ipsius ecclesie devotionem et obedientiam reducendum plenam et liberam concedimus tenoris presentium facultatem ac volumus quod tu propterea aliquam labem aut infamie [maculam] sue votum non contrahas nec excommunicationis suspensionis vel interdicti suas aut penas aliquas incurras constitutionibus et processibus apostolicis non obstantibus quobiscumque.

Datum Avinione, XIII Kalendas Iunii, anno septimo.

^a personis *del. R*

α-88

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Vat. 300, f. 424r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: P. [Beraldi] *mg. s. Gratis de mandato mg. d.*

Αβινιόν

20 Μαΐου 1385

Παραχωρείται άδεια στον αρχιεπίσκοπο Λευκωσίας Ανδρέα να επισκεφθεί τους Αγίους Τόπους (ναό της Αναστάσεως και άλλους ιερούς τόπους).

Dilecto filio Andrea electo Nicosiensi, salutem *etc.*

Tue devotionis exigentibus meritis, votis tuis libenter annuimus ac petitiones tuas in hiis que honeste postulas, quantum cum Deo possumus, favorabiliter ^a exaudimus. Cum itaque, sicut oblate nobis tue petitionis series continebat, tu, zelo per devotionis accensus, sepulcrum Dominicum et alia oratoria Terre Sancte desideras personali

visitare, nos, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, quod sepulcrum et alia oratoria predicta, quibuscumque prohibitionibus, constitutionibus et processibus Sedis Apostolice in contrarium factis, habitis seu etiam promulgatis, penas et sententias spirituales et temporales continentibus nequaquam obstantibus ex causa predicta valeas [visitare] illaque nichilominus pro huiusmodi visitatione deferre ac etiam exhibere, sine quibus peregrinationem huiusmodi commode adimplere non posses, dummodo ad partes illas nulla alia deferras qua prosecutione vel favorem hostium fidei christiane redundare valeant tibi auctoritate presentium indulgemus.

Nulli ergo *etc.* nostre concessionis et voluntatis infringere *etc.*

Datum Avinione, XIII Kalendas Iunii, anno septimo.

^a annuamus *del.* R

α-89

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Vat. 300, f. 425r-425v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: P. [Beraldi] *mg. s. Gratis de mandato mg. d.*

Αβινιόν

20 Μαΐου 1385

Ο αρχιεπίσκοπος Ρόδου, ο επίσκοπος Λεμεσού και ο ηγούμενος της Belloloco ορίζονται να διερευνήσουν το ζήτημα που έχει ανακύψει με την παρουσία της αρχιεπισκοπής. Σημειωτέον ότι ο ίδιος ο Ανδρέας παραπονέθηκε στον Κλήμη ο οποίος ζητάει να τον προστατέψουν.

Clemens episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopo Colocensi et episcopo Nimociensi ac dilecto filio abbati monasterio Belliloci Nicosiensis, salutem *etc.*

Ad hoc nos Deus protulit in familiam domus sue ut, oportuna singulis provisionis auxilia fidelis servitutis iniuncte prudentia pro tempore dispensantes, eorum presertim necessitatibus intendamus, occurramus dispendiis, ipsosque ab oppressionibus relevemus qui assumpti in patrem sollicitudinis potioris sunt dignitatis titulo insigniti.

Sane dilecti filii Andree electi Nicosiensis conquestione percepimus quod nonnulli archiepiscopi, episcopi, aliique ecclesiarum prelati et clerici ac ecclesiastice persone tam religiose quam etiam seculares necnon duces, marchiones, comites, barones, nobiles, milites et laici, communia civitatum, universitates opidorum, castrorum, villarum et aliorum locorum, et alie singulares persone civitatum et diocesum et aliarum partium diversarum occuparunt et occupari fecerunt castra, villas et alia loca, terras, domos, possessiones, iura et iurisdictiones, necnon fructus, census, redditus et proventus dicti electi et nonnulla alia bona mobilia et immobilia, spiritualia, et temporalia ad dictum electum et mensam suam archiepiscopalem Nicosiensem spectantia, et ea detinent indebite occupata, seu ea detinentibus prestant auxilium, consilium vel favorem. Nonnulli etiam civitatum et diocesum et partium predictarum, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, eidem electo super predictis castris, villis et locis aliis, terris, domibus, possessionibus, iuribus et iurisdictionibus, fructibus, censibus, redditibus et proventibus eorum et quibuscumque aliis bonis, mobilibus et immobilibus, spiritualibus et temporalibus ac aliis rebus ad electum et mensam archiepiscopalem predictos spectantibus multiplices molestias et iniurias inferunt et iacturas. Quare dictus electus nobis humiliter supplicavit ut, cum eidem valde reddatur difficile pro singulis querelis ad Sedem apostolicam habere recursum, providere ipsi super hoc paterna diligentia curaremus.

Nos igitur, adversus occupatores, detentores, presumptores, molestatore et iniuriatores huiusmodi illo volentes eidem electo remedio subvenire per quod ipsorum compescatur temeritas et aliis aditus committendi similia precludatur, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos vel duo aut unus vestrum, per vos vel alium seu alios, etiam si sint extra loca in quibus deputati estis, conservatores et iudices prefato electo efficacis deffensionis presidio assistentes, non permittatis eundem super hiis et quibuslibet aliis bonis et iuribus ad electum et mensam predictos spectantibus ab eisdem vel quibusvis aliis indebite molestari vel ei gravamina seu dampna vel iniurias irrogari facturi dicto electo, cum ab eo vel procuratoribus suis aut eorum aliquo fueritis requisiti, de predictis et aliis personis quibuslibet super restitutione huiusmodi castrorum, villarum, terrarum et aliorum locorum iurisdictionum, iurium et bonorum mobilium et immobilium, reddituum quoque et proventuum et aliorum quorumcumque bonorum necnon de quibuslibet molestiis, iniuriis atque dampnis presentibus et futuris, in illis videlicet que iudicalem requirunt indaginem summarie et de plano sine strepitu et figura iudicii, in aliis vero prout

qualitas eorum exegerit iustitie complementum, occupatores seu detentores presumptores, molestatores //^{425v} et iniuratores huiusmodi necnon contradictores quoslibet et rebelles cuicumque dignitatis status, ordinis vel conditionibus extiterunt quandocumque et quotienscumque expedierit auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Non obstantibus tam felicis recordationis Bonifacii pape VIII predecessoris nostri in quibus cavetur, ne aliquis extra suam civitatem et diocesim, nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a sue diocesis eorumdem ad iudicium evocetur, seu ne iudices et conservatores a sede deputati predicta extra civitatem et diocesim in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere sive alii vel aliis vices suas committere aut aliquos ultra unam dietam a fine diocesis eorumdem trahere presumant dummodo ultra duas dietas aliquis auctoritate presentium non trahatur, seu quod de aliis quam de manifestis iniuriis et violentiis acque dampnis et aliis, que iudicialem exigunt indaginem, penis in eos, si secus egerint et in id procurantes adiectis, conservatores se nullatenus intromittant, quam aliis quibusomnique constitutionibus a predecessoris nostris Romanis pontificibus tam de iudicibus delegatis et conservatoribus quam personis ultra certum numerum ad iudicium non vocandis aut aliis editis, que " in hac vestre parte iurisdictioni aut potestati eiusque libero exercitio quomodolibet obviare, seu si aliquis communiter vel divisim a predecessoribus sit indultum quod excommunicari, suspendi vel interdicti, seu extra vel ultra ecclesiastica loca ad iudicium evocari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi et eorum personis litteras generali vel speciali, omniscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam vestre iurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri et de qua omnique toto tenore de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Ceterum volumus et apostolica auctoritate decernimus quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum, etiam per alium inchoatum, quamquis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico perperditus, quodque ad data presentium sit vobis et unicuique vestrum in premissis omnibus et eorum singulis ceptis et non ceptis presentibus et futuris perpetuata potestas et iurdictio attributa, ut eo vigore eaque firmitate possitis in premissis omnibus, ceptis et non ceptis, presentibus et futuris et pro predictis procedere ac si predicta omnia et singula coram nobis cepta fuissent et iurdictio vestra et cuiuslibet vestrum in predictis omnibus et singulis per citationem vel modum

alium perpetuata legitimum extitisset. Constitutione predicta super conservatoribus et alia qualibet in contrarium edita non obstante presentibus post quinquennium minime valituris.

Datum Avinione, XIII Kalendas Iunii, anno septimo.

^a vestrus *del.R*

α-90

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Vat. 300, f. 425v-426r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: P. [Beraldi] *mg. s. Gratis de mandato mg. d.*

Αβινιόν

20 Μαΐου 1385

Στον αρχιεπίσκοπο Ανδρέα παραχωρούνται διάφορα προνόμια (το δικαίωμα ότι οποτεδήποτε ένα κήρυγμα δοθεί ενώπιόν του στη Θεία Λειτουργία ο κήρυκας μπορεί να παραχωρήσει στους παρευρισκόμενους άφεση, που έχουν μετανοήσει και εξομολογηθεί, 100 ημερών άφεση αμαρτιών).

Dilecto filio Andree ^a electo Nicosiensi Sedis Apostolice nuntio, salutem *etc.*

Cum te ad regnum Cipri pro magnis et arduis nostris et Romane Ecclesie negotiis presentialiter destinemus, nos, cupientes ut in negotiis huiusmodi eo felicius prospereris, quo maiori per nos fueris auctoritate munitus, conferendi, hac vice auctoritate apostolica negotiorum huiusmodi prosecutioni durante duos canonicis ecclesie Nicosiensis duabus personis ydoneis dicto regni, quas ad hac duxeris eligendas unum [scilicet] uni et alter in ex eisdem canonibus alteri ex personis predictis cum plenitudine iuris canonici et de illis etiam providendi ac faciendi personas ipsas vel eorum procuratores ipsorum nominibus in eadem ecclesiam in canonicos recipi et in fratres stallo ||eis|| ^b in choro et loca in capitulo dicte ecclesie cum dicti iurium plenitudinem assignatur necnon duas //^{426r} prebendas eiusdem ecclesie si que tempore reservationis huiusmodi vacaverit aut cum vacaverunt, quas dicte persone per se vel personas earum ad hoc legitime constitutos infra unius

mensis spatium postquam persones vel procuratoribus predictis vacatione illorum innotuerit duxerint acceptandas, conferendas unam sed uni et alia ex eisdem prebendis alterius etiam ex dictis personis post [acceptationem] huiusmodi cum omnibus iuri et pertinentiis suis inhibendi, quoque successoribus tuis archiepiscopis Nicosiensi, qui erint pro tempore ac illi vel illis ad quem vel ad quos in eadem ecclesiam prebendarum, collatio, provisio, presentatio seu quevis alia dispositione pertinet communiter vel divisim ne de dictis prebenda interim etiam ante acceptationem eandem nisi postquam eis constiterit quod persone vel persones predicti illas voluerint acceptare disponere quoquomodo presumant ac nichilominus huiusmodi prebendas quas reservabis, si ut premittitur, tunc vacaverit vel cum vacaverint vestram [videlicet] uni et aliam ex eisdem prebendis alteri ex personis predictis post acceptatione predictam cum omnibus iuris et pertinentiis supradictis conferendi et etiam assignandi, inducendi quoque per te vel alium seu alios personas ipsas vel earum procuratores ipsarum nominibus in corporalem possessionem prebendarum, iuriumque et pertinentiarum predictorum et defendendi inductas ac faciendi eisdem personis de ipsarum canonicatum et prebendarum, fructis, redditum, proventum, iuris et obventibus universis integre responderi. Contradictores quoque per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendi.

Non obstantibus de cetera canonicorum numero et quibuslibet aliis statutis et consuetudinibus dicte ecclesie contrariis iuramento confirmatione apostolica vel quamcumque firmitate alia roboratis, aut si aliqui super provisio sibi facientes de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie speciales aut aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales apostolica Sedis vel legatorum eius litteras impetrant, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alia quomodolibet sit processum, quibus omnibus, preterquam auctoritate nostra in ecclesia ipsa receptis vel prebendam expectantes in eadem dictas personas in assecutione prebendarum huiusmodi volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem prebendarum ac beneficiorum aliorum preiudicium generari, aut si eisdem successoribus vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisio alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de canonicatibus et prebenda ipsius ecclesie vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes

plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentis et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusquetoto tenore habenda sit in nostris mentio specialis, seu si dicte persone presentes non fuerint ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus dicte ecclesie solita iuramenta, dummodo in absentia earum per procuratores ydoneos et cum ad ecclesiam ipsam accesserint corporaliter illud present, dat si quelibet dictarum personarum unum vel duo beneficiorum seu beneficia ecclesiasticorum seu ecclesiastica cum cura vel sine cura obtineat, plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem, decernentes ex nunc irritum et inane si secus super hiis a quoque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Volumus autem quod de nominibus personatibus quibus canonicatus predictos contuleris ac de die collationum huiusmodi cameram apostolicam aut collectores vel succollectores fructuum ||et proventuum|| eidem camere debitorum in dicto regno deputatos quantocuis certificare procures.

Datum Avinione, XIII Kalendas Iuniis, anno septimo.

Eidem salutem etc. Cum te ad Regnum Cipri pro magnis et arduis nostris et Romane Ecclesie negotiis presentialiter destinemus, nos, cupientes ut in negotiis huiusmodi eo felicius prospereris, quo maiori per nos fueris auctoritate munitus, reservandi ^{426v} hac vice auctoritate apostolica donationi tue negotiorum huiusmodi prosecutioni durante sex beneficia ecclesiastica secularia et regularia cum cura et sine cura, si qua in civitate et diocesis Nicosiensis tempore reservationis huiusmodi ⁷ vacabunt vel cum extunc vacaverut, que singule sex persone ydonee dicti regni, quas ad hoc duxeris eligendas infra unius mensis spatium, postquam personis vel procuratoribus predictis vacationes illorum innotuerint, duxerint acceptanda, conferenda singula videlicet eorum singulis eisdem personis, post acceptatione huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, inhibendi quoque successoribus tuis archiepiscopis Vicesiensis, qui erint pro tempore ac illi vel illis ad quem vel ad quos dictorum beneficiorum collatio, provisio presentatio, seu quevis alia dispositione pertinent communiter vel divisim ne de huiusmodi beneficiis interim etiam ante acceptationem eandem nisi post quam eis constituerit quod persone vel procuratores predicti illa voluerint acceptare disponere quoquomodo presumant ac nichilominus beneficia huiusmodi que reservabis, si ut

premittitur, tunc vacabunt vel cum vacaverunt singula videlicet eorum singulis personis predictis post acceptationem huiusmodi cum omnibus iuris et pertinentiis supradictis eadem auctoritate conferendi et de illis providendi, inducendi quoque per te vel alium seu alios personas ipsas vel procuratores earum ipsarum nominibus in corporalem possessionem beneficiorum iuriumque et pertinentiis predictorum et defendendi inductas ac facientes personas ipsas vel procuratores predictos pro eis ad huiusmodi beneficia, ut est moris admitti eis de beneficiorum ipsorum fructis, redditus, proventibus, iuris et obventibus universis integre ^δ responderi. Contradictores quoque per censuram ecclesiasticam appellationi postposita compescendi. Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus ecclesiarum et monasteriorum in quibus beneficia huiusmodi forsitan fuerint contrariis iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, aut si aliqui super provisio sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales Apostolice Sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus preterquam auctoritate nostra huiusmodi beneficia [expectari] dictas personas in assecutione beneficiorum ipsorum volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum preiudicium generari, aut si eisdem successoribus vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis, ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentis et qualibet alia dicte Sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis, seu si dicte persone presentes non fuerint ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus dictarum ecclesiarum solita iuramenta, dummodo in absentia earum per ^ε procuratores idoneos et cum ad ecclesias ipsas accesserint corporaliter illa presentent, seu si quolibet dictarum personarum unum vel duo beneficium seu beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura obtineant plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem, decernentes ex

nunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Volumus autem quod de nominibus dictorum [dominorum] et personatis quibus illa contuleris ac de die collectorum huiusmodi cameram apostolicam aut collectores vel succollectores fructuum et proventuum eidem camere debitorum in eodem regno deputates quanto eiu certificare procures.

Datum Avinione, XIII Kalendas Iunii, pontificatus nostri anno septimo.

//^{A27r} *Eidem salutem etc.* Cum te ad regnum Cipri pro magnis et arduis nostris et Romane Ecclesie negotiis presentialiter destinemus, nos, cupientes ut in negotiis huiusmodi et felicius prospereris, quo maiori per nos fueris auctoritate munitus, discretioni tue conferendi hac vice auctoritate apostolica negotiorum huiusmodi prosecutione [durante] viginti quinque beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura in dicto regno consistetia vel si canonicatibus et prebendis dignitates personatus vel officia existant, quorum cuiuslibet fructus, redditus et proventuum viginti florenorum auri secundum taxationem [decime] valorem annum non excedant, si qua in ecclesia, civitate et diocesis Nicosiensis vacant ad presens vel cum negotiorum ipsorum prosecutione durante vacare contigerit singula videlicet eorum etiam si ipsorum collationes ad Sedem apostolicam devolute fuerunt singulis personis ydoneis dicti regni, quas ad hoc duxeris eligendas cum omnibus iuris et pertinentiis suis dummodo non fuerit in eis aliquibus specialiter ius quesitum et de illis vel providendi, inducendi quoque per te vel alium seu alios easdem personas vel procuratores [earum] ipsarum nominibus in corporalem possessionem universorum iuriumque et pertinentiis predictorum et defendendi inductas a motu quibuslibet illicitis decentioribus ab easdem faciendui personas ipsas vel procuratores predictos pro eis ad huiusmodi beneficia, ut est moris admitti eisdem de [beneficiorum] ipsarum fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventibus universis integre responderi. Contradictores quoque per censuram ecclesiasticam appellationem postposita ^{or} compescendi. Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus dicti Nicosiensis vel aliarum ecclesiarum in quibus beneficia huiusmodi forsitan fuerint contrariis iuramento confirmatione apostolica vel quamcumque firmitate alia roboratis, aut si aliqui super provisus sibi facientes de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarunt, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alia quomodolibet sit processum,

quibus omnibus in assecutione dictorum beneficiorum [§] prefatas personas volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si successoribus tuis archiepiscopis Nicosiensi, qui erunt pro tempore et dilectos filiis capitulis ecclesiarum predictarum vel quibusuis aliis communiter vel divisim a sede predictam sit indultum quod ad receptionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentis et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentis non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat, quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentis specialis. Aut si dicte persone presentes non fuerint ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus dictarum ecclesiarum solita iuramenta, dummodo in absentia earum per procuratores ydoneos et cum ad ecclesias ipsas accesseris corporaliter illud present, seu si qualibet dictarum personarum unum vel due beneficium seu beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica cum cura vel sine cura obtineat, plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem, decernentes ex nunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Volumus autem quod de nostris beneficiorum huiusmodi et personarum quibus illa contuleris et de collationum huiusmodi cameram apostolicam, aut collectores vel succollectores fructuum et proventuum eidem camere debitorum in dicto regno deputatos quantocuis certificare procures.

Datum Avinione, XIII Kalendas Iuniis, anno septimo.

//^{427v} *Eidem salutem etc.* Cum te ad Regnum Cipri pro magnis et arduis nostris et Romane Ecclesie negotiis presentialiter destinemus, nos, cupientes ut in negotiis huiusmodi eo felicius prospereris, quo maiori per nos fueris auctoritate munitus, concedendi licentiam hac vice auctoritate apostolica negotiorum huiusmodi prosecutione durante centum personis dicti regni, que zelo pie devotionis accense Sepulcrum Dominicum et alia oratoria predicta quibuscumque prohibitionibus visitare, ut ipse sepulcrum apostolice incontrarium sacris habitis seu etiam

promulgatis penas et sententias spirituales et temporales continentibus nequaquam obstantibus ex causa predicta valeant visitare illaque nichilominus pro huiusmodi visitationem deferre ac etiam exhibere sine quibus peregrinationem huiusmodi commode adimplere non possent, dummodo ad partes illas nulla alia deferant vel deferri faciant, que in [prosecutione] vel favorem hostium fidei Christiane redundare valeant discretioni tue plenam et liberam concedimus tenore presentium facultationem.

Datum Avinione XIII Kalendas Iunii, anno septimo.

Eidem salutem etc. Benigno sunt tibi concedenda favore, per que sicut pie desiderare videris conscientie pacem et salutem anime, Deo propitio consequaris. Hinc est, quod nos tuis devotis supplicationibus inclinati, tibi auctoritate apostolica indulgemus, ut aliquem ydoneum et discretum presbyterum in tuum possis eligere confessorem, qui confessionibus tuis diligenter auditis, pro commissis in sedi apostolice reservatis semel dumtaxat ac in aliis casibus etiam illis in quibus minores penitentiarii nostri in Romana Curia residentes absolvere possunt, totiens quotiens tibi fuerit opportunum debitam tibi absolutionem impendat ac iniungat penitentiam salutarem. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis et voluntatis infringere *etc.*

Datum Avinione XIII Kalendas Iunii, anno septimo.

Eidem salutem etc. Eximine devotionis sinceritas exigit ut petitiones tuas, quantum cum Deo possumus, ad exauditionis gratiam admittamus.

Hinc est quod nos tuis in hac parte supplicationibus inclinati, ut quotienscumque et ubicumque in missarum solemnis per predicationis ministeriorum in tua presentia publice proponi contigerit verbum Dei proponens verbum huiusmodi possit auctoritate apostolica omnibus vel penitentibus et confessis ibidem presentibus centum dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxare devotioni tue tenore presentium indulgemus. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis et voluntatis infringere *etc.*

Datum Avinione XIII Kalendas Iunii, anno septimo.

Eidem salutem etc. Provenit ex tue devotionis affectum, quo nos et Romanam Ecclesiam revereris, ut petitiones tuas, illas presertim, que anime tue salutem respiciunt, ad exauditionis gratiam admittamus.

Hinc est quod nos tuis supplicationibus inclinati, ut confessor tuis, quem duxeris eligendum omnium peccatorum tuorum de quibus corde constrictus et ere confessus fueris semel tantum in mortis articulo plenam remissionem tibi in sinceritate fidei

unitate sancte Romane Ecclesie ac obedientia et devotionem nostra vel successorum nostrorum Romanorum pontificum canonice inrantium persistentibus auctoritate apostolica concedere valeat devotioni tue tenore presentium indulgemus, sic tamen, quod idem confessor de hiis de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda eam tibi per te si supervixeris vel per heredes seu successores tuos si tunc forte transieris faciendam iniungat, quam tu vel illi facere teneamini, ut prefertir, et ne quod absit propter huiusmodi gratiam reddaris proclivior ad illicita imposterum // ^{428r} commitenda volumus, quod si ex confidentia remissionis huiusmodi aliqua forte committeres quoad illa predicta remissio tibi nullatenus suffragetur. Nulli ergo nostre concessionis et voluntatis infringere *etc.*

Datum Avinione, XIII Kalendas Iunii, anno septimo.

Eidem salutem etc. Cum te ad Regnum Cipri pro magnis et arduis nostris et Romane Ecclesie negotiis presentialiter destinemus, nos, cupientes ut in negotiis huiusmodi eo felicius prospereris, quo maiori per nos fueris auctoritate munitus, discretioni tue dispensandum hac vice auctoritate apostolica negotiorum huiusmodi prosecutionem durante cum decem viris et totidem mulieribus dicti Regni, qui ignorantes se fore quarto consanguinitatis vel affinitatis gradu invicem coniunctos matrimonia insimul contraxerunt ut ipsi impedimentis, que ex consanguinitate vel affinitate huiusmodi [provenerit], non obstantibus in matrimoniis huiusmodi, ^η dummodo dicte mulieres propterea rapte non fuerint, libere et licite remanere valeant ac prolem ex huiusmodi matrimoniis susceptam et suscipiendam legitimam decernendi plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem.

Datum Avinione, XIII Kalendas Iunii, anno septimo.

^α rev *del.* R ^β sibi *del.* R ^γ vacabant *del.* R ^δ respondendi *del.* R ^ε procuratorem *del.* R ^{στ} conpress *del.* R ^ζ fructis *del.* R ^η prove...

α-91

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαική σειρά: Reg. Vat. 300, f. 428r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: P. [Beraldi] *mg. s. Gratis de mandato mg. d.*

Ο αρχιεπίσκοπος Λευκωσίας Ανδρέας διορίστηκε από τον πάπα στον θρόνο της Λευκωσίας όντας 25 ετών. Ο Ανδρέας αν και είναι ήδη 27 ετών έχει εισέλθει στις τάξεις των κληρικών, ο πάπας όμως του γράφει ότι δεν χρειάζεται να λάβει το χρίσμα, όσο η αρχιεπισκοπή της Λευκωσίας δεν υπόκειται σε ταλαιπωρία.

Dilecto filio Andree electo Nicosiensi, salutem *etc.*

Sincere devotionis affectus, quem ad nos et Romanam geris Ecclesiam, promeretur ut in hiis que sunt favoris et gratie nos tibi promptos gaudeas invenisse. Cum itaque nuper Nicosiensi ecclesie, tunc pastoris solatio destitute, de persona tua nobis et fratribus nostris ob tuorum exigentiam meritorum accepta de fratrum ipsorum consilio auctoritate apostolica duxerimus providendum, preficiendo te illi in archiepiscopum et pastorem tibi que concesserimus ut te, qui in vicesimoquinto etatis tue anno constitutus existebas ad presbiteratus ordines promoveri et a quocumque males catholico antistite, gratiam et communionem Apostolice Sedis habente, munus consecrationis recipere libere et licite valeres, prout in diversis nostris inde confectis litteris plenius continetur, nos, volentes te, qui – ut asseris – in vicesimoseptimo eiusdem etatis tue anno constitutus existis, et te ad dictos ordines alias rite promoveri fecisti, favore prosequi gratie specialis, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, volumus et apostolica tibi auctoritate concedimus, quod tu munus consecrationis huiusmodi usque ad unum annum a dato presentium computandum recipere minime tenearis, neque ad id a quoquam invitatus valeas coartari, constitutionibus apostolicis contrariis non obstantibus quibuscumque, proviso quod dicta ecclesia in spiritualibus non ledatur, nec in temporalibus detrimentum aliquod patiat. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere *etc.*

Datum Avinione, XIII Kalendas Iuni, anno septimo.

α-92

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Vat. 300, f. 429r
Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: P. [Be...] *mg. s.* Στην αρχή του κειμένου: *Gratis de mandato*

Αβινιόν

20 Μαΐου 1385

Ο αρχιεπίσκοπος Ανδρέας ως παπικός απεσταλμένος του Κλήμεντα Ζ' εντέλλεται να εντοπίσει υποστηρικτές του πάπα της Ρώμης Ουρβανού ΣΤ'.

Dilecto filio Andree electo Nicosiensi, Sedis Apostolice nuntio, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum te ad Regnum Cipri pro magnis et arduis nostris et Romane Ecclesie negotiis presentialiter destinemus, nos, cupientes ut negotia huiusmodi eo fermentius prosequaris quo maiori per nos fueris auctoritate munitus, procedendi auctoritate apostolica, negotiorum huiusmodi prosecutione durante, contra quascumque personas ecclesiasticas seculares ac ||regulares|| ac^{a iteravit} etiam laycales dicti Regni quas, eis vocatis et aliis qui fuerint evocandi, per inquisitionem diligentem scelerato viro Bartholomeo, olim Barensi archiepiscopo, Sedem Apostolicam per impressionem et violentiam notorias dampnabiliter occupanti, adhesisse et adherere reppereris, dando sibi in occupatione huiusmodi auxilium et favorem, easque capiendi seu capi faciendi, carceribus mancipandi et detinendi, ac puniendi et corrigendi iuxta canonicas sanctiones, et insuper dictas personas quibuscumque beneficiis ecclesiasticis secularibus et regularibus, cum cura et sine cura, in dicto regno consistentibus, que obtinebunt, etiam si canonicatus et prebende, prioratus, dignitates, personatus, administrationes vel officia fuerint, sententialiter privandi ac amovendi penitus ab eisdem, ac singula ex beneficiis huiusmodi cum illa per privationem et amonitionem huiusmodi, vacari contigeret, aliis singulis personis ydoneis dicti regni Nobis et eidem ecclesie fidelibus et devotis cum omnibus iuribus et pertinentiis suis conferendi et de illis etiam providendi ac inducendi etiam dictas personas, quibus beneficia ipsa contuleris, vel procuratores ipsarum earum nominibus in corporalem possessionem beneficiorum iuriumque et pertinentiarum predictorum et defendendi inductas, amotis personis predictis, quas beneficiis ipsis – ut prefertur – privaveris, et aliis quibuslibet detentoribus ab eisdem, ac faciendi personas easdem, quibus beneficia huiusmodi, ut premittitur, contuleris, vel procuratores earum ipsarum nominibus ad illa, ut est moris, admitti eis que de dictorumque beneficiorum fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventibus universis integre responderi, contradictores quoque per censuram ecclesiasticam appellatione postposita, compescendi, non obstantibus quibuscumque

statutis et consuetudinibus ecclesiarum et monasteriorum in quibus beneficia huiusmodi forsitan fuerint ac ordinum quorumcumque contrariis iuramento confirmatione apostolica vel quantumque firmitate alia roboratis aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales Apostolice Sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alia quomodolibet sit processum, quibus omnibus in assecutione beneficiorum huiusmodi dictas personas quibus illa contuleris – ut prefertur – volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si locorum ordinariis et dilectis filiis capitulis ecclesiarum ac conventibus, monasteriorum predictorum vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem aliocuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideris per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alie dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum [impediri] valeat quomodolibet vel differris et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis. Aut si dicte persone presentes non fuerit ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus dictarum ecclesiarum solita incrementa, dummodo in absentia earum per procuratores idoneos cum ad ecclesias ipsas accesserit corporaliter illud prestat, plenam et liberam concedimus tenoris presentium facultatem, decernentes ex nunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate, scilicet vel ignoranter, contigerit attemptari.

Volumus autem quod de nominibus beneficiorum huiusmodi ac personarum predictorum quibus illa contuleris ac de die collationum earumdem cameram aut collectores vel subcollectores fructuum et proventuum eidem camere debitorum in dicto regno deputatos quantotius certificari procures.

Datum Avinione XIII Kalendas Iunii, pontificatus nostri anno septimo.

α-93

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Vat. 300, f. 429v-430v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: P. [Be...] *mg. s.* Στην αρχή του κειμένου: *Gratis de mandato*

Αβινιόν

20 Μαΐου 1385

Ο Κλήμης Ζ΄ δίνει άδεια στον αρχιεπίσκοπο Ανδρέα να παραχωρήσει εισοδήματα από θέσεις που έχουν μείνει κενές σε διάφορα πρόσωπα.

//^{429v}Dilecto filio Andree electo Nicosiensi Sedis Apostolice nuntio, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum te ad Regnum Cipri pro magnis et arduis nostris et Romane Ecclesie negotiis presentialiter destinemus, nos, cupientes ut in negotiis huiusmodi eo feliciter prospereris, quo maiori " per nos ||fueris|| auctoritate munitus, discretioni tue conferendi auctoritate apostolica negotiorum huiusmodi prosecutione durante quecumque, quotenusque et qualicitemque beneficia ecclesiastica secularia et regularia cum cura et sine cura, etiam si canonicatus et prebende, prioratus, dignitates personatus vel officia, que etiam negotiorum huiusmodi prosecutione durante per obitum familiarum tuorum domesticorum vacaris contigerit dummodo tunc non sit in eisdem beneficiis aliquibus specialiter ius quesitum singula videlicet eorum singulis personis idoneis, quas ad hoc duxeris eligendas cum omnibus iuribus et pertinentiis suis et de illis etiam providendi, inducendi quoque per te vel alium seu alios personas ipsas vel earum procuratores ipsarum nominibus in corporalem possessionem beneficiorum iuriumque et pertinentium predictorum et defendendi inductas a motis quibuslibet illicitis decentoribus ab eisdem ac faciendi personas ipsas vel procuratores earum pro ipsis ad huiusmodi beneficia, ut est moris, admitti eis que de beneficiorum ipsorum fructibus, redditibus, proventuum, iuris et obventibus universis integre responderi, contradictores quoque per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendi, non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus ecclesiarum et monasteriorum in quibus beneficia huiusmodi forsitan fuerint ac ordinum quorumcumque contrariis iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de

huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales Apostolice Sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum quibus omnibus in assecutione dictorum beneficiorum prefatas personas volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum preiudicium generari, aut si locorum ordinariis et dilectis filiis capitulis ecclesiarum ac conventibus monasteriorum predictorum vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideris per litteras apostolicas non faciens plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impedaris valeas quomodolibet vel differri et de qua cuiuscuque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis, aut si dicte persone presentes non fuerint ad prestandum de observandum statutis et consuetudinibus dictarum ecclesiarum solita iuramenta, dummodo in absentia earum per procuratores idoneos et cum ad ecclesias ipsas ecesserit corporaliter illa present, seu si quelibet personarum earundem unum vel duo beneficium seu beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica cum cura vel sine ||cura|| obtineat, plenam et liberam concedimus tenoris presentium facultatem et decernentes ex nunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptaris.

Volumus autem quod de nominibus beneficiorum huiusmodi et personarum quibus illa contuleris ac de die collationem huiusmodi cameram apostolicam aut collectores vel succollectores fructuum et proventuum eidem camere debitorum in partibus in quibus beneficia ipsa [consintunt] deputatis quantocuis certificari procures.

Datum Avinione, XIII Kalendas Iunii, pontificatus nostri anno septimo.

Eidem salutem etc. Cum te ad regnum etc. usque munitus absolvendi hac vice auctoritate apostolica negotiis huiusmodi prosecutione durante omnes et singulas personas ecclesiasticas seculares ac etiam laicales dicti regni que ex eo quod scelerato viro Bartholomeo olim Barensis archiepiscopo, qui [†] Sedem apostolicam per

impressionem et violentiam notoriam [nititur] dampnabiliter occupatis adhererunt ||hactenus et adherent|| de persona dando sibi in occupatione huiusmodi auxilium et favorem tam per processus apostolicos, quod alia ab homine et a iure diversas excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias incurrerint si hic humiliter petierint et ad nostram et ipsius ecclesie ⁷ devotionem, obedientiam usque [redure] voluerint ab eisdem sententiis in forma ecclesie consueta et cum illis //^{430r} ex dictis personis ecclesiasticis super ⁷ irregularitatibus quantis ligate sententiis huiusmodi celebrando divina vel imiscendo se illis non tamen in contemptum clavium contraxerint eadem auctoritate dispensandi [iniunctis] cuilibet personatis earundem pro modo culpe penitentia salutari et aliis, que de iuris fuerint iniungenda omnemque inhabilitatis et infamie maculam sine votam que per dilectis personas propterea [contracti] fueret penitus abolendi et demum dictis personis ecclesiasticis de beneficiis ecclesiasticis secularibus et regularibus cum cure et sine cura in dicto regno consistentiam etiam si canonicatus et prebende prioratus dignitates personatus administrationes vel officia fuerint, que alia [canonice] obtinuerint ipsis que premissis occasione forsan ||privati|| fuerint postquam illa realiter [dimissuet] dummodo tunc non sit in eis aliquibus specialiter ius quesitum cum omnibus iuris et pertinentiis suis auctoritate predicta providendi easque vel procuratores ⁸ ipsarum earum nominibus in corporalem possessionem beneficiorum iuriumque et pertinentium predictorum inducendi et inductas defendendi a motis quibus libet illicitis detentoribus ab eisdem ac faciendi personas predictas vel procuratores earum ipsorum nominibus ad huiusmodi beneficia ut est moris admitti eisque de beneficiorum ipsorum fructibus, redditibus, proventibus, iuris et obventibus integre responderi. Contradictores quoque per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendi, non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus ecclesiarum et monasteriorum in quibus beneficia huiusmodi forsan fuerint ac ordinum quorumcumque contrariis iuramento, [constitutione] apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alio quomodolibet sit processum, quibus omnibus in assecutione dictorum beneficiorum prefatas personas volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si locorum ordinariis et dilectis filiis capitulis ecclesiarum ac conventibus monasteriorum ipsorum vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab

eadem sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis alicuius dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideris per litteras apostolicis non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impedatis valeat quomodolibet vel differris et de quacuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Aut si dicte persone procuratores non fuerint ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus dictarum ecclesiarum solitum iuramentum, dummodo in absentia earum per procuratores idoneos et cum ad ecclesias ipsas accesserit corporalem illa present, plenam et liberam ||concedimus|| tenoris presentium facultatem, decernentes extunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptatis.

Volumus [aciem] quod de nominibus beneficiorum huiusmodi et personatis predictorum quibus illa contuleris ac de due collationem earundem cameram apostolicam aut collectores vel succollectores fructuum et proventuum eidem debitori in dicto regno deputatos quantotius ecclesiasticorum procuratores.

Datum Avinione XIII Kalendas Iunii, pontificatus nostri anno septimo.

Eidem salutem etc. Cum te ad Regnum *etc.* usque munitus discretioni tue concedendi hac vice auctoritate negotiorum suorum prosecutione durante viginti quinque personis dicti Regni, quas duxeris eligendas, ut confessor quem quolibet ipsarum duxerit eligendum omnium peccatorum suorum de quibus corde contrite //^{430v} et ore confesse fuerint semel tantum in mortis articulo plenam remissionem eis in sinceritate fidei unitate sancte Romane Ecclesie ac obedientia et devotione nostra vel successoris nostrorum Romanorum pontificum canonice intrantium persistentes auctoritate predicta concedere valeat plenam et liberam concedimus tenoris presentium facultatem sic tamen quod idem confessor de hiis de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, eam dictis personis per eas si supervixerint aut per heredes earum si vel alios si tunc forte transierint – ut prefertur – et ne quod absit dicte persone propter huiusmodi gratiam reddantur procliviores ad illicita

imposterum committenda volumus, quod si ex confidentia remissionis huiusmodi aliqua forte comitterent, quo ad illa predicta remissio eis nullatenus suffragetur.

Datum Avinione XIII Kalendas Iunii, pontificatus nostri anno septimo.

^a fueris *del.* R ^β apostolicam *del.* R ^γ obed *del.* R ^δ provisionibus *del.* R ^ε cuius *del.* R

α-94

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 240, f. 19v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Jo. de Neapol. *mg. s. De Curia gratis mg. d.*

Αβινιόν

20 Μαΐου 1385

Ο Ιωάννης Corsini ως αντιπρόσωπος του πάπα στην Κύπρο, στη Ρόδο καθώς και του βασιλιά Λέοντα της Αρμενίας λαμβάνει έγγραφο ελεύθερης διακίνησης (*salvus conductus*).

Venerabilibus fratribus patriarchis, episcopis et dilectis filiis electis abbatibus, prioribus, prepositis et aliis personis ecclesiasticis secularibus et regularibus exemptis et non exemptis quocumque nomine nuncupentur, necnon nobiles viris ducibus, principibus, marchionibus, comitibus, baronibus, senescallis, justitiariis presentibus officariis, necnon auditoribus sacri ^a nostri palatii et camere nostre apostolice ac marescallo nostro ^β romanam et vicario curiam temporalis aliisque ^γ officariis nostris et vicariis et locumtenentibus eorum ceterisque dominis temporalis ac custodibus portuum et passium universitatibus quoque ac comitatibus civitatatum, castrorum et aliorum quorumcumque locorum et aliis universis et singulis ad quos presentes litteris perveniunt salutem et apostolicam benedictionem.

Cum dilectum filium nobilem virum Iohannem de Cursinis senescallum Armenie latorum presentium ad Cipri et insule Rodi ac nonnullas alias partes personaliter destinemus pro nostris et Romane Ecclesie ac carissimi in Christo filii Leonis regi Armenie illustris negotiis inibi prosequendis. Nos, volentes eundem Iohannem plena serenitate potiri et alias eum prosequi favoribus oportunis, ut agenda pro quibus – ut prefertur – accedit melius exequatur prefatum Iohannem cum familiaribus et rebus et

bonis eiusdem quos, quas et que secum ducet et feret seu duci et ferri faciet, quoquo veniendo ad curiam et redendo sub processione nostra et Sedis Apostolice suscepimus per presentes universitatem vestram ||tenore presentium||, hortantes in domino et rogantes vobisque nichilominus per apostolica scripta mandantes, quatinus ipsum Iohannem veniendo, ut predicatur, ad curiam et ab inde redeundo cum familiaribus et ministris suis equitaturis quoque ac rebus et bonis eius per partes portus, passus, terras et iurisdictiones vestras transitum, fecint seu in eisdem partibus et iurisdictionibus nostris proseguendo iter suum transire, morari et esse ac ire in super et redire libere et sine impedimento aliquo ob nostram et dicte sedis reverentia permittatis nullamque ei aut alicui de familiaribus suis in eundo, morando nec est redeundo lesionem, molestam vel offensam in personas aut rebus et bonis predictis quomodolibet inferatis nec consiliis oportunis et eundo quam morando et redeundo [vel] de contugentibus omittatis sicut nobis complacere cupitis et aliis [multis] nostras exequi insiones.

Datum Avinione VIII Kalendas Iunii, anno septimo.

^a pa *del.* R ^b curiam *del.* R ^γ nostris

α-95

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 240, f. 19v-20r
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: P. [Be...] *mg. s. De Curia mg. d.*

Αβινιόν

20 Μαΐου 1385

Ο πάπας Κλήμης Ζ΄ διατάσσει τον αποστολικό απεσταλμένο στην Κύπρο και αρχιεπίσκοπο Λευκωσίας Ανδρέα να λάβει τα απαραίτητα μέτρα εναντίον όλων όσων διαμένουν στην Κύπρο και έχουν προσχωρήσει στον πάπα Ουρβανό ΣΤ΄ της Ρώμης

Dilecto filio Andree electo Nicosiensi Sedis Apostolice nuntio, salutem *etc.*

Cum te ad Regnum Cipri pro magnis et arduis nostris et Romane Ecclesie negotiis presentialiter destinemus, nos, cupientes ut in negotiis huiusmodi eo feliciter prospereris, quo maiorum per nos fueris auctoritate munitus, discretioni tue ||cohibendum|| auctoritate apostolica negotiorum ipsorum prosecutione durante

quoscumque religiosos et alios exemptos et non exemptos quacumque dignitate prefulgeant, qui in dicto regno in predicationibus suis vel aliis quomodolibet aliqua dicerent vel assenserent qua bono et prospero nostro et eiusdem ecclesie statum obviaret [contradictores] quoque per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia appellatione postposita compescendi, non obstantibus si eisdem religiosis vel quibusvis aliis communiter vel divisim a Sede apostolica sit indultum, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentio plenam et liberam concedimus tenoris presentium facultatem.

Datum Avinione XIII Kalendas Iunii, anno septimo.

Eidem salutem etc. Cum te etc. ut in proxima precedenti usque destinemus, nos, cupientes ut in negotiis huiusmodi eo feliciter prospereris, quo maiori per nos fueris auctoritate munitus, discretioni tue inquirendi auctoritate apostolica negotiorum huiusmodi prosecutione durante de excessibus, qui per quoscumque religiosos in dicto Regno commorantes exemptos et non exemptos quacumque dignitate prefulgeant commissis et negotiorum istorum prosecutione durante committendas scisma dumtaxat quod ille vir //^{20r} pestifer Bartholomeus olim Barenis archiepiscopus, qui Sedem apostolicam impressionem et violentiam notorias nititur ||dampnabiliter|| occupare congruentibus ac illos ex eis quod ^a inquisitionem huiusmodi excessus predictos commisisse reppereris, corrigendi et puniendi iuxta canonicas xanctiones contradictores quoque per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia appellatione postposita compescendi. Non obstantibus si eisdem religiosis vel quibusvis aliis communiter vel divisim a Sede apostolica sit indultum, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto mentio plenam et liberam concedimus tenoris presentium facultatem.

Datum Avinione, XIII Kalendas Iunii, anno septimo.

^a per impressionem *del. R*

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 240, f. 18v-19r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Jo. de Neapoli *mg. s.* Βλ. και Reg. Vat. 296, f. 1v

Αβινιόν

25 Μαΐου 1385

Ο Ιωάννης Cursini οφείλει στο αποστολικό Ταμείο 1000 χρυσά φλορίνια, τα οποία ο πάπας ζητάει να τα εισπράξουν οι φοροσυλλέκτες του, επίσκοπος Νισύρου (Nisariensis) και Πάφου.

Venerabilibus fratribus Nizariensi et Paphensi episcopis ac quibuscumque aliis fructuum et proventuum camere apostolice debitorum in Regno Cipri collectoribus vel succollectoribus ^a eorundem et cuibus ipsorum salutem et cetera.

Alias nobis Nizariensis et Paphensis episcopis apostolica scripta direximus in effectu quod cum camera nostra apostolica teneretur dilecto filio nobili viro Iohanni de Cursinis, tunc domicello Florentinum et regni Armenie senescallo, in florenorum auri mille de camera sicut constabat nobis et intentionis nostre existeret quantocuis eis sactifieri de eisdem deberetis per vos vel alium seu alios de et super [pecuniis] predicte camere qualitercumque ex quibuscumque causis debitis tunc et in antea debendis in civitate et diocesis Colocensis eidem Iohanni seu procuratori suo aut nuntio legitimo pro eodem quantotius sactifaceret de summa predicta sublatis preprendiis et occasionibus ac dilactionibus quibuscumque et quare, sicut fidedigne percipimus, //^{19r} nondum satisfactionem huiusmodi exequationem mandastis de qua re [iuriramur] plurimum nec indigne, vobis et cuilibet vestrum districte precipiendo mandamus quatenus sicut indignationem nostram cupitis evitare, studeatis et procuretis per vos vel alium realiter et cum effectu Iohanni seu nuntio aut procuratori predictus de dicta summa satisfacere indilate de et super quibuscumque pecuniis, que ratione ||collectorie|| aut aliis quibusvis causis ad manus vestras tam in civitate et diocesis predictas quod regno Cipri contingerit pervenire. Non obstantibus quibuscumque assignationibus et mandantis de fructibus et emolumentis per nos vel camerarium nostrum seu alium quemcumque quibusvis personis cuiuscumque status preminentie, dignitatis seu conditionis existant sub quacumque forma vel expressione verborum et ex quibuscumque causis factis hactenus et imposterum faciendis quibus in preceptione dictorum mille florenorum dictum Iohannem volumus anteferri, et in super eudem Iohanni nos et successores nostros de preceptis et receptis per eundem

nomine dicte camere quietandi et absolvendi concedimus tenore presentem plenam et liberam potestatem. Sic igitur mandatum nostrum huiusmodi exequamini et nostrum licet exequatur, quod negligentia aliqua debita reprehendi minime valeatis.

Datum Avinione, VIII Kalendas Iunii, anno septimo.

^a succollectoris R] collectoribus

α-97

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Vat. 296, f. 1v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Βλ. και Reg. Aven. 240, f. 18v-19r

Αβινιόν

25 Μαΐου 1385

Το παπικό ταμείο οφείλει 1000 χρυσά φλορίνια στον Ιωάννη Cursini και ζητάει να τακτοποιήσουν το ζήτημα το συντομότερο από συγκεκριμένες πηγές αποστολικό Ταμείο, τα οποία ο πάπας ζητάει να τα εισπράξουν οι φοροσυλλέκτες του, επίσκοπος Νισύρου (Nisariensis) και Πάφου.

Venerabilibus fratribus Nisariensi et Paphensi episcopis ac quibuscumque aliis fructuum et proventuum camere apostolice debitorum in Regno Cipri collectoribus vel subcollectoribus ^a eorundem et cuilibet ipsorum, salutem *etc.*

Alias vobis Nisariensi et Paphensi episcopis apostolica scripta direximus in effectu quod, cum camera nostra apostolica teneretur dilecto filio nobili viro Iohanni de Cursinis, tunc domicello Florentino, et Regni Armenie senescallo in florenis auri mille de camera, sicut constabat vobis, et intentionis nostre existeret quamtotius ei ^β satisfieri de eisdem deberetis, per vos vel alium seu alios, de et super pertinentiis predicte camere qualitercunque ex quibuscumque causis debitis tunc et inantea debendis in civitate et diocesi Colocensi eidem Iohanni seu procuratori suo aut nuntio legitimo pro eodem quantotius satisfacere ^γ de summa predicta, sublatis prepeniis et occasionibus ac dilationibus quibuscunque. Et quia, sicut fidedigne percipimus, nondum satisfactionem huiusmodi executioni mandastis – de qua remiramur plurimum, – nec indigne vobis et cuilibet vestrum districte precipiendo mandamus quatinus, sicut indignationem nostram cupitis evitare, studeatis et procuretis per vos

vel alium realiter et cum effectu Iohanni seu nuntio aut procuratori predicto de dicta summa satisfacere indilate de et super quibuscumque pecuniis que ratione collectione, aut aliis quibusvis causis ad manus vestras tam in civitate et diocesi predictis quam regno Cipri contingerint pervenire. Non obstantibus quibuscumque assignationibus et mandatis de fructibus et emolumentis per nos vel camerarium nostrum seu alium quemcumque quibusvis personis cuiuscumque status, preeminentie, dignitatis seu conditionis existant sub quacunque forma vel expressione verborum et ex quibuscumque causis factis hactenus et imposterum faciendis, quibus in preceptione dictorum mille florenorum dictum Iohannem volumus anteferri. Et insuper eidem Iohanni nos et successores nostros de preceptis et receptis per eundem nomine dicte camere quietandi et absolvendi concedimus tenore ^δ presentium plenam et liberam potestatem. Sic igitur mandatum nostrum huiusmodi exequamini et nostrum licet exequatur quod negligentia aliqua debita reprehendi minime valeatis.

Datum Avinione, VIII Kalendas Iunii, anno septimo.

^α subcollectoris] *ad cor.* R ^β eis R ^γ satisfaceret R ^δ tenorem R

α-98

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Vat. 300, f. 447v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Jo. de Neapoli *mg. s.* Στην αρχή της εγγραφής: *Gratis de mandato.*

Αβινιόν

7 Ιουνίου 1385

Παραχώρηση άδειας στον Ιωάννη Corsini για να ταξιδέψει στην Αλεξάνδρεια και σε άλλα μέρη της αν. Μεσογείου.

// ^{447v} Dilecto filio nobili viro Iohanni de Cursinis senescallo Regni Armenie, salutem *etc.*

Devotionis tue sinceritas, quem ad nos et Romanam geris Ecclesiam promeretur ut petitionibus tuis, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus. Hinc est quod nos tuis ||in hac parte|| supplicationibus inclinati, tibi ducendi unam navim sine coram

per te vel alium seu alios semel dumtaxat ad Alexandrie et alias partes et terras ultramarinas, que per soldanum Babilonie detinentur, cum nautis et aliis personis ad conductionem seu regimen eiusdem navis oportunis, mercimoniis oneratam et cum dictorum [intercommuniorum] mercatoribus exceptis armis, ferro, lignaminibus et aliis prohibitis constitutionibus prohibitionibus et processibus Apostolice Sedis spirituales et temporales penas, multas et sententias prolatas in transfretantes cum mercibus ad partes et terras predictas continentibus, nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica de uberiorum dono gratie plenam et liberam licentiam elargitur.

Volumus autem quod ille qui huiusmodi navim principaliter conducet ac mercimoniis onerabit, in manibus diocesani loci in quo predicta navis onerabatur, quod premissa vel alioquod eorundem in fraudem non faciet, prestat corporaliter iuramentum alioqui nisi iuramentum huiusmodi prestiterit – ut prefertur – presentem concessionem haberi volumus pro non facta super cuius predicti iuramenti prestatione diocesanos predictos duo conficiat publica instrumenta, quorum ^a alterum studeat camere nostre apostolice destinare penes se reliquo reservato. Nulli ergo etc nostre concessionis infringere *etc.*

Datum Avinione, VI idus Iunii, anno septimo.

^a unum *del.* R

α-99

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 279, f. 177v

Αναφορά: Hoberg, *Taxae*, σ. 53

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Episcopo Famagustano *mg. s. XXVI Card. mg. d.*

16 Αυγούστου 1385

Υπόσχεση πληρωμής συνήθων οικονομικών υποχρεώσεων του επισκόπου Αμμοχώστου Γοδεφρίγου στο Αποστολικό Ταμείο.

Eadem die dominus Gaufridus episcopus Famagustanus promisit camere apostolice et collegio pro suo communi servitio mille et quingentos florenorum auri et V servitia

consueta solvendo medietatem a festo Pasche Domini proximo venturis in unum annum et aliam medietatem in simili termino anno revoluto. Alioquin *etc.*

α-100

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 239, f. 155v-156r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Αβινιόν

16 Αυγούστου 1385

Ο Αϊμόν Séchal του τάγματος των Αυγουστινιανών εκλέγεται πατριάρχης Ιεροσολύμων μετά τη μετάθεση του Βερτράνδου στην επισκοπή της La Puy (Aniciensis) στη Γαλλία.

Dilecto filio Aymoni electo Ierosolimitano, salutem *etc.*

Regimini universalem ecclesie quamvis insufficientibus meritis disponere Domino presidentes de universis orbis ecclesiis ac monasterii et aliis piis locis pro eorum statu salubriter dirigendo quantum nobis ex alto conceditur solícite cogitamus, sed ea propensius solícitudo nos urget ut illis que propriis sunt destituta pastoribus ne prolixè vacationis subiaceant detrimentis de salubris provisionis remedio providere curemus, quodque ecclesiarum pastoribus, que maiori prefulgent titulo dignitatis prout ipsarum ecclesiarum qualitas exigit in suis oportunitatibus consulamus. Cum itaque hospitale Sanctis Nicolai et Bernardi Montisionis Ordinis Sancti Augustinis, Sedunensis diocesis, quod conventuale existit ex eo vacaverit et vacat noscatur ad presens quod, nos, hodie de te, qui tunc apud Sedem apostolicam constitutus et prepositus hospitalis predicti, quod per prepositum gubernari consuevit exhibeas ecclesie Ierosolimitane, tunc vacanti, duxerimus auctoritate apostolica providendum, preficiendo te idem ecclesie in patriarcham et pastorem. Nos, cupientes quod dictum hospitale utilis gubernatoris presidio fulciatur, ac considerantes quod dicto hospitali cui hactenus laudabiliter prefuisti esse, poteris multipliciter fructuosus quodque bonis ad mensam //^{156r} patriarchalem Ierosolimitana spectantibus, que pro maiori parte in ultramarinis partibus consistunt et per impios Sarracenos Christi nominis blasfemos detinetur indebite occupata, destitutus existis et propterea, ut statum tuum [decentius] tenere

valeas et ne dictum hospitale in spiritualibus et temporalibus detrimenta sustineat providere, volentes ||prefatum|| hospitale sit vacans tibi in spiritualibus et temporalibus auctoritate apostolica commendarius curam et administrationi plenam generalem et liberam ipsius ac bonorum et iurium ad prepositum dicti hospitalis pro tempore existentem pertinentium tibi per te vel alium seu alios quem vel quos ad hoc deputandum duxeris vel etiam deputandos quo adiuxeris et eidem ecclesie prefueris in eisdem spiritualibus et temporalibus plenarie commitendo, ut dictum hospitale tue gubernationi commissum spiritualiter et temporaliter iuxta datam tibi a Deo providentiam regas, dirigas et augmentos ac de fructibus, redditibus et proventibus, iuribus et obventibus universis ad dictum prepositum spectantes huiusmodi comenda durante ordines et disponas prout veri prepositi dicti hospitalis, qui fuerunt pro tempore de illis ordinare et disponere potuerunt et etiam debuerunt alienationi tamen bonorum immobilium et pretiosorum mobilium ipsius hospitalis tibi peritus interdicta. Tu, igitur, circa regimen et gubernationem predicta fideliter exercenda et sit exhibeas studiosum, quod prefatum hospitale divina tamen favente clementia sub tuo regimine, votivis in eisdem spiritualibus et temporalibus commodis amplietur ac salubribus preficiat incrementis nosque tue circumspectionis et diligente studium in hac parte dignis possimus in Domino laudibus merito commendare.

Datum Avinione XVII Kalendas Septembris, anno septimo.

In eodem modo dilectis filiis conventui hospitalis Sanctis Nicolai et Bernardi Montisionis ordine Sancti Augusti Seduensis diocesis, salutem *etc.* Regnum universalis *etc.* usque incrementa.

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eundem electum ob reverentiam Apostolice Sedis et nostram debita recipientes et admittentes honore, eius monita et mandata salubria huiusmodi durante commenda suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam, quam ipse durante dicta commenda rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem non condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

α-101

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 239, f. 157v

Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: XX⁼⁼XX⁼⁼ mg. d.

Αβινιόν

16 Αυγούστου 1385

Ο Αϊμόν Séchal εκλέγεται πατριάρχης Ιεροσολύμων μετά την εκλογή του Βερτράνδου στο κολλέγιο των καρδινάλιων.

Dilecto filio Aymoni electo Ierosolimitano, salutem *etc.*

Apostolatus officium quamquam insufficientibus meritis nobis ex alto commissum, quo ecclesiarum omnium regimini presidemus, utiliter exequi, coadiuvante Domino cupientes solliciti corde reddimur, ut, cum de ipsarum regiminibus agitur committendis, tales eis in pastores proficere studeamus, qui commissum sibi gregem dominicum sciant non solum doctrina verbi sed exemplo boni operis informare, commissasque ^a sibi ecclesias in statu pacifico et tranquillo velint et valeant duce Domino gubernare.

Nuper, siquidem, ecclesia ^b Ierosolimitana ex eo vacante quod, nos, dilectum filium nostrum Bertrandum Sancte Romane Ecclesie presbiterum cardinalem, tunc patriarcham Ierosolimitanum a vinculo quo Ierosolimitane //^{158r} ecclesie cui tunc preerat tenebatur de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolvimus, ac in eiusdem Romane Ecclesie cardinalem duximus assumendum. Nos, ad provisionem ipsius Ierosolimitana ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit neque potest pro eo, quod nos diu ante vacationem huiusmodi provisionem ipsius ecclesie Ierosolimitane ordinationi et dispositioni nostre duximus ea vice specialiter reservandam, decernentes ex tunc irritum et inane si secus super hiis per quescumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, ne ecclesiam ipsam Ierosolimitanam longe vacationis subiaceret, incommodis paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem, quam de proficiendo eidem Ierosolimitane ecclesie personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris huiusmodi diligentem, demum ad te prepositum hospitalis Montisionis eidem sancti Augustini, Sedunensis diocesis, licenciatum in decretis in presbiteratus ordine constitutum religionis zelo conspicuum vite ac moris honestate decorum in spiritualibus providum et temporalibus circumspectum aliisque multiplicium virtutum donis prout fidedignis testimoniis [accepimus] insignitum direximus oculos, nostre mentis, quibus omnibus debita meditationi pensatis, de

persona tua, nobis et eisdem fructibus ob dictorum tuorum exigentiam meritorum accepta, eidem Ierosolimitane ecclesie de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica providemus, teque illi preficimus in patriarcham et pastorem, curam et administrationem ipsius Ierosolimitane ecclesie, tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie commitendo, in Illo Qui dat gratias et largitur premia confidente quod prefata Ierosolimitana ecclesia sub tuo felici regimine, gratia tibi assistente divina, prospere et salubriter dirigetur et grata suscipiet in eisdem spiritualibus et temporalibus incrementa. Iugum igitur Domini tuis impositum humeris prompta devotione suscipiens, curam et administrationi predictas sic exercere studeas solícite, fideliter et prudenter quod ipsa Ierosolimitana ecclesia gubernatori provido ac fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuique preter eterne retributionis premium nostram ac sedis predicte benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis.

Datum Avinione XVII Kalendas Septembris, anno septimo.

In eodem modo dilectis filiis priori et capitulo ecclesie Sepulcri Dominici Ierosolimitane, Perusii residentibus, salutem. Apostolatus et cetera. Usque incrementa.

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eundem Aymonem electum, tamquam patrem et pastorem et animarum vestrarum grato admittentes honore ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas, eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam, quam idem Aymo electus rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Datum Avinione XVIII Kalendas *ut supra*.

^a ecclesias *del.* R ^b Iohannem *del.* R

α-102

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 242, f. 476r
Έκδοση: Ανέκδοτο

25 Δεκεμβρίου 1385

Υπόσχεση παραχώρησης του κανονικάτου στον Βενετό Γεώργιο Loredan, γιο του Λουδοβίκου.

Georgio nato Ludovici Lauredano [...] mandatur [...] in ecclesia ^a Nicosiensis.

^a Lexo] R

α-103

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Cam. Ap. Collect. 359, f. 120v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Αβινιόν

12 Μαΐου <1386>

Littera pro nobili viro domino Gantonneto militi d*>*recta domino Anthonio Michaelis archidiacono Paphensi.

Venerabilis amice carissime, iamdudum reverendo in Christo patri domino Raymundo episcopo Paphensi, tunc apostolico collectori, meminimus scripsisse et mandasse per nostras patentes certi tenoris litteras quod nobili viro domino Gantonneto de Abzado militi de bonis et spoliis bone memorie domini reverendi archiepiscopi Nicossiensis traderet et solveret septem milia florenorum camere. In quibus ex certis causis expressatis in litteris apostolicis eidem militi traditis et concessis camera apostolica tenebatur. Cum autem prout ex relatione predicti militis didiscimur, de tribus milibus florenorum vel circa tam per litteras quam instrumenta contentamentis eundem in diminutionem dicte principalis summe, vobis ad instantiam supplicationem ipsius scribimus et mandamus vos nichilominus affectuose rogantes quatinus ipsum militem in celeri satisfactione residui dicte summe tam de bonis et spoliis ac lapidariis dicti quondam archiepiscopi quam de peccuniis camere per vos receptis seu quamprimum recipiendis ipsum habeatis // ^{121v} efficaciter recomdatum facta etiam et negotia dicte camere diligenter habeatis recommissa in quibus, ut accepimus, ab eodem vos strenue et laudabiliter habetis. In Domino bene valete. Scriptum Avinione, die XXII Maii.

Venerabili viro domino Anthonio Michaelis archidiacono Paphensi ac collectori apostolico in Regno Cypri amico nostro carissimo.

α-104

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Cam. Ap. Collect. 364, f. 85r-85v
Έκδοση: Ανέκδοτο

Αβινιόν

9 Αυγούστου 1386

Assignatio facta Martino de Bocha servientium magistro hostiari armorum domini nostri pape.

Franciscus *etc.* Reverendo in Christo patri domino Raymundo episcopo Paphensi in regno Cipri fructum et proventuum camere apostolice debitorum apostolico nuntio et collectori, salutem in Domino.

Cum camera apostolica teneretur ex certis causis nobili viro Martino de Bocha domicello [Taurinensis] diocesis magistro hostiario domini nostri pape in octo milibus florenos de camere et in deductionem dicte summe dictus dominus noster papa fecet sibi in dicto regno certam assignationem de duobus milibus dicte camere super certis peccuniis, arreragiis et spoliis per archiepiscopum Nicossiensem, Nimociensi, Paphensi et Famagustano episcopos pro tempore executores, necnon quondam dominum " Berengarium Gregorii collectorem iurium, fructuum et proventuum in regno Cipri dicte camere debitorum prout in litteris apostolicis super hac confectis laciis continetur. Ad vestri notitiam tenore presentium deducimus, quod de expresso mandato dicti domini nostri pape facto nobis super hac oraculo vive vocis predicto Martino ultra dictam assignationem dictorum duorum milium florenos sibi factam in deductionem de summe de quibusquidem duobus milibus florenos camere asserit idem Martinus sibi restare ad solvendi octingentos florenos camere, nos tam super peccuniis, arreragiis et spoliis supradictis debitis per supradictos prelatos, quod super septingentis florenos camere in quibus tenemini dicte camere pro communi servitio ecclesie Paphensis summam quadrigentorum florenos camere duximus assignandi et assignamus per presentes, [ea] propter de expresso mandato, quo supra tenore presentium districte precipimus, committimus et mandamus, quatinus predictam

summam quadrigentorum florenos camere de et super peccuniis, arreragiis, spoliis et debito [vestri] communis servitii predictis, necnon summam restantem sibi ad solvendum de assignatione dictorum duorum milium florenos camere predicto Martino sine Antonio eius fratri nomine dicti Martini, cum ad id dicti Martini attedat // ^{85v} assensus realiter tradatis et solvatis seu tradi et solvi aut de eisdem contentari faciatis mandatis generalibus, ut specialibus de peccuniis alicui non assignandis per dictum dominum nostrum [patrem] ut per nos in contrarium forsitan factis ut faciendis non obstantibus quibuscumque recipiens a predicto Martino, ut eius predicto fratre pro vestra [et dicte] camere cautela quittance[m] opportunam de solutis, quibus et eorum [cuius] summas dictarum assignationum a vobis seu deputando ^β ut deputandis a vobis petendi et recipiendi ac vos et omnes quorum [interest], [nomine] dicte camere de eisdem quittance[m] et absolvendi, necnon vobis debitores et occupatores, si qui sint arreragiorum et spoliiorum predictorum ad solutionem et restitutionem eorundem per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia de quibus vobis videbitur, prout est debitis dicte camere fieri consuetum auctoritate nostra compellendi plenam damus et concedimus tenore presentium potestatem, et in hac parte committimus vices nostras. Nos enim in omni summarum assignationum predictarum assecutione et solutione ipsum Martinum ut eius fratrem ipsius nomine volumus anteferri de mandato quo supra et summas assignationum tam alterius quam presentis factarum dicto Martino dum eas – ut prefertur – solutionis seu solvi [feceritis] in vestris dicte camere reddendis compotis allocari et admitti faciemus et dum nobis constiterit quod dictam summam IIII c. florenorum camere et alia [restantia] de prima assignatione dictorum II m. florenorum de spoliis, arreragiis predictis et debito dicti vestri communis servitii solventis dicto Martino, vel eius dicto fratri quittance[m] vobis [nichilominus debimus] opportuna de summa, quam in deffalcationem dicti debiti vestri communis servitii solventis, quam in librorum dicte camere faciemus [registrari] de [pecuniarum tamen] summis quas vigore assignationum predictarum predicto Martino, vel eius fratri, duxeritis assignandi duo faciatis confici publica instrumenta, quorum uno penes vos retento aliud [vobis] dicte camere, quam citius poteritis, transmittere studeatis.

Datum Avinione *etc.* die nona, mensis Augusti, anno *etc.* octuagesimo sexto, indictione IX, pontificatus domini nostri Clementis divina providentia pape septimi anno octavo.

^a Gregoriu *del.* R ^β a vobis *del.* R

α-105

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 245, f. 102r-103r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: De Ca. Jo. de Neapol. *mg. s.*, XXV⁻ XXV⁻ XXV⁻ XXV⁻ XXV⁻ XXV⁻
mg. d.

Αβινιόν

14 Σεπτεμβρίου 1386

Ο επίσκοπος Κορώνης Πέτρος μετατίθεται στην αρχιεπισκοπή Πατρών, αφού ο πρώην Πατρών Παύλος εξελέγη αρχιεπίσκοπος Ταρσού που όμως δεν έλαβε τη θέση του.

Venerabili fratri episcopo olim Coronensi in archiepiscopum Patracensis electo, salutem *etc.*

Romani pontificis, quem Pastor Ille celestis et episcopus animarum potestatis sibi plenitudine tradita ecclesiis pretulit universis, plena vigiliis sollicitudo requirit ut cura statum ecclesiarum ipsarum sic vigilanter excogitet, sicque prospiciat diligenter quod per eius providentiam circumspectam, nunc per simplicis provisionis officium quandoque non per ministerium translationis accommode prout personarum, locorum et temporum qualitas exigit ecclesiis singulis pastores accedant idonei et rectores providi deputentur qui populum sibi commissum salubriter dirigant et informant ac bona ecclesiarum eis commissarum non solum gubernentur utiliter sed etiam multimodis efferant incrementis.

Cum itaque ecclesia Patracensis ex eo vacare noscatur quod, nos, hodie venerabilem fratrem nostrum Paulum archiepiscopus, olim Patracensis in archiepiscopum Tarsensis electum, etiam invitum a vinculo quo ipsi Patracensis ecclesie cui tunc preerat tenebatur de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, ipsum ad ecclesiam Tarsensem tunc vacantem de dictorum fratrum consilio duximus transferendum, preficiendo ipsum in ipsius ecclesie //^{102v} archiepiscopum et pastorem, nos, cupientes eidem ecclesie Patracensi ne longe vacationis exponatur incommodis utilem et idoneum per Apostolice Sedis providentiam presidere personam ac considerantes grandum virtutum merita, quibus

personam tuam dicta gratia multipliciter insignant et quod tu, qui regimini ecclesie Coronensis utiliter et laudabiliter prefuisti, dictam ecclesiam Patracensis scies et poteris auctore Domino etiam utiliter regere et feliciter gubernare te a vinculo, quo ipsi ecclesie Coronensis tenebaris de dictorum fratrum consilio et ipsius potestatis plenitudine absolventes, te ad prefatam ecclesiam Patracensem, auctoritate apostolica trasferimus teque illi preficimus in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie commitendo, liberamque tibi tribuendo licentiam ad dictam ecclesiam transferendi, sperantes indubie quod prefata ecclesia Patracensis pro tue industrie ac circumspectionis studium fructuosum regetur utiliter et prospere dirigetur ac salubria in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Quocirca fraternitate tue per apostolica scripta mandamus quatinus, ad ecclesiam cum gratia nostre benedictionis accedens eius solitam curam regas gregem dominicum in illa tibi commissum doctrina verbi et operis informando, ita quod dicta ecclesia gubernatori circumspecto et fructuoso administratori gaudeat se commissam ac bone fame tue odor ex laudabilibus tuis actibus lacius diffundatur tuque preter eterne retributionis premium nostre benevolentie gratiam uberius consequi merearis.

Volumus autem et tibi tenore presentium mandamus quo antequam possessionem administrationis bonorum mense tue archiepiscopalis Patracensis recipias in manibus venerabilem fratrem nostrorum Milonensis et [Leucatenensis] episcoporum fidelitatis debite prestes solitum iuramentum iuxta formam quam sub bulla nostra mittimus interclusam quibus pro alias nostras litteras damus in mandatis, ut ipsi vel [aliter] eorum a te nostro et Romane Ecclesie nomine, huiusmodi recipiant iuramentum.

Datum Avinione, XVIII Kalendas Octobris, pontificatus nostro anno octavo.

In eodem modo dilectis filiis capitulo episcopo Patracensi, salutem *etc.* Romani pontificis *etc.* usque incrementa. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus predictum Petrum electum Patracensis, tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato admittentes honore ac exhibentes ei obedientiam et reverentiam debitas et devotas, eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter ac efficaciter adimplere curetis. Aliquin sententiam, quam idem electus rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis clero civitatis et diocesis Patracensis, salutem *etc.* Romani pontificis *etc.* usque incrementa. Quocirca discretioni pro apostolica scripta

mandamus quatenus predens Petrum //^{103r} electum, tanquam patrem et pastorem animarum nostrarum grato [adiuctenter] honore ac exhibens ei obedientiam et reverentiam debitas et devotas, eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam quam idem electus rite tuliter in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis populo, civitatis et diocesis Patracensis, salutem *etc.* Romana *etc.* usque incrementa. Quocirca universitatis vestram rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandamus qualiter eundem Petrum electum tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum devote suscipiens ac debita honorificentia prosequemus eius monitis et mandatis salubribus humiliter intendatis itaque ipse in vobis devotionis filios et vos in eo per consequens patrem invenisse benivolum gaudeatis datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis universis vassallis ecclesie Patracensis. Romana *etc.* usque incrementa. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus eundem Petrum electum debito prosequens honore ac ipsius monita et mandatis efficaciter intendens ei fidelitatem solitam necnon consueta servitia et iura a vobis sibi debita exhibere integre studeatis. Alioquin sententiam sive penam quam idem electus rite tulerit seu statuerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

In eodem modo venerabilis fratribus universis suffraganeis ecclesie Patracensis, salutem *etc.* Romani *etc.* usque incrementa. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus dicto Petro electo tamquam membrum capiti obsequentes exhibeatis ei reverentiam et obedientiam debitas et devotas, ita quod mutuo inter vos et ipsam gratie gratos sorciatur effectus et vos devotionem vestram possimus propterea in Domino commendare. Datum *ut supra*.

Expedita XII Kalendas Aprilis anno XIIIo. Roberto de Valle. Tradita parti XI Kalendas Aprilis anno XIIIo. Iohannes Guardi

α-106

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχαική σειρά: Reg. Aven. 250, f. 76v-77r
Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: De Ca. Jo. de S. Anton. *mg. s.*, XX^o *mg. d.*

Αβινιόν

28 Μαΐου 1387

Παραχώρηση του κανονικάτου της Πάφου στον Βερνάρδο de Longocampo, μετά τη σύναψη γάμου του Stephanus Ortiri. Ο Βερνάρδος κατείχε επίσης το κανονικάτο της Λευκωσίας και του καθεδρικού του sancti [Medardi] de Epidolio Petragoricensis (Saint-Médard-d'Excideuil).

Dilecto filio decano ecclesie Nicosiensis, salutem *etc.*

Dignum arbitramur et congruum ut, illis se reddat Sedes Apostolica gloriosam, quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur. Cum itaque – sicut accepimus – canonicatus et prebenda ecclesie Paphensis, quos dilectus filius Stephanus Ortiri nuper ipsius ecclesie canonicus tunc obtinuit ex eo {vacant} et vacare noscatur ad presens quod idem Stephanus dictos canonicatum et prebendam tunc obtinens matrimonium cum quandam muliere extra romanam curiam contraxit per verba legitime de presenti, nos, volentes dilectum filium Bernardum de Longocampo canonicum Nicosiensis apud nos de vite ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu favore prosequi gratioso, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus si, post diligentem examinationem, dictum Bernardum ad hoc idoneum esse repereris, super quo tuam conscientiam oneramus, predictos canonicatum et prebendam, si, ut premittitur, vacant, et tempore datum presentium non sit in eis alicui specialiter ius quesitum, etiam si dispositioni apostolice specialiter, reservati, aut eorum collatio ad dictam sedem devoluta existant cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinentium suis eidem Bernardo auctoritate nostra conferas et assignes, inducentes per te vel alium seu alios eundem Bernardum vel procuratorem suum eius nomine in corporale possessionem canonicatus et prebende ac iurium et pertinentium predictorum et defendens inductum a moto ab illis quolibus illicito detentore ac faciens ipsum vel dictum procuratorem pro eo ad eandem prebendam in dicta ecclesia in canonicum recipi et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie cum dicti iurium plenitudine assignatum sibi, que de ipsorum canonicatus et prebende, fructibus, redditum, proventuum, iurium, et obventium universis integre responderi. Contradictores auctoritate nostra apostolice postposita compescendo. Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus dicte ecclesie contrariis iuramento

confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, aut si aliqui apostolica vel alia quamvis auctoritate in eadem ecclesiam in canonicos sint recepti vel, ut recipiantur, insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de canonibus et prebendis in dictam ecclesiam speciales vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alia quomodolibet sint processum, quibus omnibus in dictorum canonicatus et prebende assecutione predictum Bernardum volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem canonicum et prebendarum aut beneficiorum aliarum preiudicium generari, seu si venerabili fratri nostro episcopo et dilectis filiis capitulo Paphensibus vel quibusvis aliis communiter vel divisim a predicta sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisum alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quoque de canonibus et prebendis ipsius ecclesie aut aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem coniunctis vel separatim spectantibus, nulli valeat providere per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et quamlibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel toto modo insertam effectus earum impediri valeat, quomodolibet vel differri et de quamcuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Aut si dictus Bernardus presens non fuerit ad prestandis de observandis statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie solitum iuramentum, dummodo in absentia sua per procuratorem ydoneum et cum ad ecclesiam ipsam accesserit corporaliter illud prestet, seu quod ipse Bernardus canonicatum et prebendam ecclesie Nicosiensis ac parrochiam ecclesiam sancti Medardi de Epidolio Petragoricensis diocesis obtinet et quod dudum sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Nimociensi tunc vacanti per nostras litteras mandavimus providere quorum quidem canonicatus et prebende ecclesie Nimociensis possis nondum fuit – ut asserit – assecutus, nos enim, si dictus Bernardus ad hoc repertus //^{77r} fuerit ydoneus – ut prefertur – ex nunc proinde irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quamvis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, ac si die datum presentium eidem Bernardo ad hoc reperto ydoneo de dictis canonicatu et prebenda ipsius ecclesie Paphensis cum interpositione decreti mandavissemus provideri.

Datum Avinione, V Kalendas Iunii, anno nono. Expeditum ||[ac] de [...] et tradita [est]||.

α-107

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχαική σειρά: Reg. Vat. 298, f. 120r-120v
Έκδοση: Ανέκδοτο

Αβινιόν

3 Ιουνίου 1387

Ο Αϋμόν Séchal του Τάγματος των Αυγουστινιανών ονομάζεται Πατριάρχης Ιεροσολύμων, διατηρώντας τα εισοδήματα ως ηγουμένου της Congregation του Αγίου Νικολάου και Βερνάρδου στην επισκοπή της Sion στην Ελβετία.

Venerabili fratri Aymoni patriarcha Hierosolymitano, salutem *etc.*

Personam tuam nobis et apostolice sedi devotam, tuis exigentibus meritis, paterna benivolentia prosequentes, illa tibi libenter concedimus, que tibi fore conspiciamus oportuna.

Nuper siquidem de persona tua nobis et fratribus nostris Sancte Romane Ecclesie cardinalibus ob dictorum exigentiam meritorum accepta ecclesie Iherosolymitane, tunc pastoris solatio destitute, auctoritate apostolica de fratrum ipsorum consilio providimus, teque illi preficimus in patriarcham et pastorem, ac tibi concessimus ut preposituram hospitalis Sanctorum Nicolai et Bernardi Montis Iovis Ordinis Sancti Augustini, Sedunensis diocesis, quam tempore dicte provisionis obtinebas, prout obtines, una cum eadem ecclesiam, quamdiu //^{120v} illi preesses et licite retinere valores prout in nostris inde confectis litteris plenius continentur, cum autem – sicut accepimus – tu ad partes regni Cipri et Romandiole ac Iherosolimitani in [ubi postponas] personaliter accedere. Tuque pro supportandis expensarum oneribus, quas propterea et etiam occasione provisionis huiusmodi et alio [eo subire] oportuit et etiam oportebit [inst...] iam nonnulla cum diversis personis mutua contraxeris et adhuc contrahere oporteat te maiora et si te contingerit ad partes ipsas accedendo aut inibi stando vel ab eis redeundo de medio [summoveri] ad solvendum tuas exequias et mutua huiusmodi ac legata pia per te facienda et ad sactisfaciendum aliis creditoribus tuis et ad remunerationem [obsequantum] tibi personarum non credas tunc posso [tuis

suppetere] facultatas. Nos volentes tibi de alicuius subventionis auxilio et anime tue saluti providere gratiamque facere specialem, fraternitati tue in casu, quo te ad partes predictis accedendo vel inibi morando seu ab eis redeundo [incontrari contigerit] ab hac luce et non alia quocumque fructus et emolumenta, que ad eandem preposituram etiam ratione questorum seu alio tempore obitus huiusmodi usque ad annum extunc proxime computandum quemlibet pertinebant ac pertinere potuerint et [debebunt unacum] quibuscumque [arreractiis], que ipsius [prepositure] oneribus debite supportatis [supertrint] et que tibi [ratificatione] mense Iherosolimitana ac prepositure predicte tunc debebuntur et debere poterint ac aliis quebuscumque bonis mobilibus que tunc etiam licite possidebis illis ex eis dumtaxat exceptis, que tempore provisionis [debitam] prepositura – ut prefertur – tibi [fatto] in ipsa prepositura parte reperto [fuerunt] per execeutores testamenti tui seu tue [ultime voluntatis], qui [tunc] erunt aut unum ex eis communiter vel divisim petenda, levanda, exigenda, regenda, tenenda et etiam gubernanda ac in ex solutione exequiatum mututorum et legatorum et aliorum debitorum predictorum ac in [satisfactionem] seu remunerationem huiusmodi [convertenda] et [alia] ordinanda facienda et disponenda prout eis pro anime tue salute [undebitur] expedire et que [executiones quarumcumque] ordinandum et [ultimarum] voluntatim possint facere seu etiam ordinare super hiis Apostolice Sedis vel alterius cuiuscumque [licentia] nostre [requisita] motu proprio non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblate petitionis [instantiam], sed de nostra mera liberalitate apostolica tibi auctoritate concedimus et donamus discretius inhibentes camerarie dicte sedis pro tempore [executori] et quibusuis aliis communiter vel divisim ne [executores] predictos super eisdem fructibus, emolumentis, arreragiis acque bonis impedire inquietare vel molestare quoquomodo presumant ac decernentes ex nunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nos ex nunc enim fructus, emolumentis, arreragia et bona generaliter vel specialiter [obligandum] vel ypothecandum ac de illis in quibus licitis usibus pro tue voluntatis arbitrio ordinandum et etiam disponendum plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem. Nulli ergo *etc.* [Nostre] donationis inhibitionem, constitutionem et concessionis infringere *etc.*

Datum Avinione III None Iunii, pontificatum nostri anno nono.

α-108

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 251, f. 389r-v

Έκδοση: Μερικώς εκδεδωμένο *Acta Clementis VII*, τ. 2, αρ. 63

Σημειώσεις: De Ca. Jo. de Neapol. mg. s. XXX mg. d.

Αβινιόν

1 Ιουλίου 1387

Ο Ιωάννης Καλόφερος λαμβάνει 1200 φλορίνια από το Αποστολικό Ταμείο.

Venerabili fratri Aymoni patriarche Ierosolimitano apostolice Sedis nuncio, necnon dilecto filio fructuum, reddituum et proventuum camere apostolice debitorum in Regno Cypri collectori apostolico pro tempore existenti, salutem *etc.*

Nobilitas generis et fervor devotionis quibus dilectoris filius nobilis vir Iohannes Lascari Calofero, miles Constantinopolitanus, apud nos et Romanam Ecclesiam comprobatur ac grata et accepta servitia, que nobis et eidem Ecclesie impendit hactenus sicut impendere non desistit, rationabiliter, nos, inducunt, ut eundem Iohannem favore benivolo prosequamur.

Dudum siquidem, felicitis recordationis Gregorius papa XI, immediatus predecessor noster, ex certis causis, provisionem centum florenorum auri cunei florentini per ipsum Iohannem singulis mensibus de fructibus, redditibus et proventibus in provincia nostra patrimonii Beati Petri in Tuscia, ad Cameram nostram Apostolicam spectantibus, ad vitam dicti Iohannis percipiendorum per suas litteras deputavit et deinde cum thesaurarius dicte provincie propter diversa onera expensarum, quibus ipsa provincia fatigata erat, et rebellionem magne partis eiusdem provincie impotens omnino foret ad summam florenorum huiusmodi persolvendam, idem predecesor noster provisionem huiusmodi per eundem Iohannem percipiendam singulis mensibus – ut prefertur – super fructibus, redditibus et proventibus apostolice camere supradicte in Regno Sicilie debitis, usque ad certum prefixum tunc terminum commutavit, et demum, quia idem Iohannes provisionem huiusmodi in et super fructibus, redditibus, proventibus dicti Regni ad prefatam cameram spectantibus – ut prefertur – gaudere non poterat propter tenuitatem fructuum, reddituum et proventuum predictorum predecessor prefatus noster provisionem eandem dicto Iohanni, quamdiu vitam ageret in humanis, in et super fructibus, redditibus et proventibus predictae camere debitis in

partibus Romanie et etiam Lombardie et aliis in et super fructibus, redditibus et proventibus ac iuribus supradicte camere assignavit prout hec et alia in dicti predecessoris litteris plenius continentur.

Cum autem, sicut pro parte eiusdem Iohannis oblata nobis petitio continebat, predicto Iohanni de provisione prefata in supradictis partibus non fuit satisfactum nec satisfieri valeat de presenti, propter rebellionem magne partis partium predictarum, pro parte eiusdem Iohannis fuit nobis humiliter supplicatum, ut providere, indemnitati sue de oportuno remedio de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque huiusmodi supplicationibus inclinati, volentes prefatum Iohannem, favore prosequi gratioso, de summa dicte provisionis et in deductionem et defalcationem eiusdem mille ducentos florenos predicti cunei pro provisione videlicet integri unius anni in et super fructibus, redditibus et proventibus predicte camere debitis in Regno Cipri, eidem Iohanni auctoritate apostolica tenore presentium duximus assignandos. Quocirca fraternitati et discretioni vestris per apostolica scripta mandamus quatinus, vos, vel alter vestrum, de pecuniis dicte camere quoquomodo debitis ac fructibus, redditibus et proventibus predicte camere debitis in Regno Cipri consistentibus et ad prefatam cameram spectantibus – ut prefertur – per vos vel alium seu alios pro parte vestra exactis iam vel quam primum exigendis, eidem Iohanni vel procuratori suo aut nuntio legitimo pro eodem, mille ducentorum florenorum summam antedictam effectualiter assignetis et persolvatis, dummodo Iohannes ipse in nostra et prefate Ecclesie obedientia et devotione persistat. Assignationibus aliis cuicumque, seu quibuscunque factis vel inantea faciendis, ac apostolicis et cuiuscunque legati Sedis Apostolice seu nostri et pro eadem Ecclesia in illis partibus vicarii generalis, etiam si Sancte Romane Ecclesie Cardinalis existat, necnon camerarii et thesaurarii ac receptoris generalis seu alterius officialis predicte camere mandatis //^{389v} et ordinationibus ac litteris non facientibus plenam et expressam de tenore presentium mentionem, per quas earum effectus impediri valeat quomodolibet vel differri, non obstantibus quibuscunque.

Volumus autem quod de singulis assignationibus seu solutionibus huiusmodi per vos – ut premititur – faciendis, duo confici, faciatis consimilia instrumenta, quorum unum penes vos remanere volumus pro cautela, alterum ad eandem cameram mittere non tardetis, mandatum nostrum taliter impleturi, quod apud nos de prompta obedientia possitis merito commendari et dictus Iohannes propterea dispendium aliquod non incurrat, nec cogatur aliquando ad Sedem apostolicam recurrere pro premissis.

Datum Avinione, Kalendas iulii, anno nono.

^a redditibus *del.* R

α-109

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Cam. Apost., Oblig. et Sol. 43, f. 90r

Αναφορά: Hoberg, *Taxae*, σ. 86

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: XVIII cardinales, XVIII cardinales, XVIII cardinales, XVIII cardinales
mg. s. Servitium archiepiscopi Nicosiensis mg. d.

1 Ιουλίου 1387

Πληρωμή συνήθων οικονομικών υποχρεώσεων στο Αποστολικό Ταμείο από τον αρχιεπίσκοπο Ανδρέα, για τον ίδιο και τον προκάτοχό του Βερεγγάριο.

Dominus Andreas archiepiscopus Nicosiensis promisit pro suo communi servitio Vm florenos et V servitia consueta.

Item recognovit pro communi servitio domini Berengarii predecessori sui collegio [mitem V^e] florenos et unum servitium [integrum] cuius [predicti] obligatio facta fuit die XXI Augusti de annorum lxxlii^o

Solvendo medietatem in festo Beati Iohannis Baptiste proxime et aliam medietatem in simili festo anno revoluto et recognovit in similibus terminus annis revolutis.

α-110

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 251, f. 482v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: De Ca. Jo. de Neapol. *mg. s. XX mg. d.*

Αβινιόν

9 Ιουλίου 1387

Ο Θωμάς, αβάς της Μονής La Cava, λαμβάνει την άδεια να μπορέσει να αναλάβει καθηγητής και σε οποιαδήποτε άλλη σχολή Θεολογίας, πέραν της Τουλούζης. Έχει ενδιαφέρον ότι έχει παραμείνει κενό σε ποια επισκοπή ανήκε η μονή της La Cava.

Dilecto filio Thome abbati monasterii Cavensis, Ordinis Sancti Benedicti, <lacuna> diocesis, licenciato in Theologia, salutem *etc.*

Sincere devotionis affectus, quem ad nos et Romanam geris ecclesiam, promeretur ut petitiones tuas, quantum cum Deo possumus, ad exauditionis gratiam admittamus. Cum itaque, sicut exhibita nobis pro parte tua petitio continebat, tu dudum de non recipiendo alibi quam in Tholosano studio in theologia magisterii gradum prestiteris iuramentum, nos, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, te a iuramento predicto apostolica ^a auctoritate absolvimus, necnon, ut a quocumque magistro, in eadem Theologia quem elegeris possis alibi, quam in dicto studio gradum huiusmodi recipere dictusque magister illum, tibi impendere valeat libere et licite iuramento predicto et quibuscumque prefati ac quorumlibet aliorum studiorum statutis et consuetudinibus iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis et aliis contrariis nequaquam obstantibus tibi ac eidem magistro auctoritate predicta licentiam concedimus per presentes. Nulli ergo *etc.* nostre absolutionis et concessionis infringere *etc.*

Datum Avinione, VII idusvii Idus Iulii, anno nono.

^a ap *del.* R

α-111

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 251, f. 478r-v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: De Ca. [S. Mart.] *mg. s. X^e mg. d.*

Αβινιόν

15 Ιουλίου 1387

Παραχωρείται άδεια τέλεσης γάμου στους Ιωάννη του Ούγου de Labaume και Μαρία του Λομβάρδου Spinellis παρά το κάλυμα του 4ου βαθμού ομαιοσύνης.

Venerabili fratri archiepiscopo Nicosiensi, salutem *etc.*

Ex tenore petitionis pro parte dilecti filii nobilis viri Iohannis dilecti filii nobilis viri Hugonis de Labaume militis et dilecte in Christo filie nobilis mulieris Marie dilecti filii nobilis viri Lombardi de Spinelis militis domicelle natarum Nicosiensis nobis nuper exhibite percepimus quod ipsi Iohannes et Maria communibus eorum ^a consanguineis et amicis ad hec consentientibus desiderant invicem matrimonialiter copulari, sed quia quarto consanguinitatis gradu invicem se contingunt, matrimonium huiusmodi contrahere nequeunt, dispensatione super hoc apostolica non obtenta. //^{478v} Quare pro parte ipsorum fuit nobis humiliter supplicatum ut providere eis, super hoc de oportune dispensationis gratia dignaremur. Nos igitur ex certis causis nobis expositis quas haberi volumus presentibus pro expressis huiusmodi supplicationibus inclinati fraternitati tue de qua in hiis et aliis fiduciam in Domino gerimus specialem per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus, si est ita et dicta Maria propter hoc rapta est non fuerint, cum eisdem Iohanne et Maria ut impedimento quod ex huiusmodi consanguinitate provenit non obstante matrimonium invicem libere contrahere et in eo, postquam contractum fuerit, licite remanere valeant apostolica auctoritate dispenses prolem suscipiendam ex huiusmodi matrimonio legitimam nuntiando.

Datum Avinione, Nonas Iulii, anno nono.

^a consanguinibus *del.R*

α-112

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 251, f. 443v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: De Ca. [S. Mart.] *mg. s. X^m mg. d.*

Αβινιόν

15 Ιουλίου 1387

Παραχωρείται άδεια τέλεσης γάμου στους Πέτρο de Svessionibus και Λούσια του ποτέ Πέτρου Babini παρά το κώλυμα του 4^{ov} βαθμού ομαμοσύνης.

Venerabili fratri archiepiscopo Nicosiensi, salutem *etc.*

Ex tenore petitionis pro parte dilecti filii nobilis viri Petri de Suessionibus militis et dilecte in Christo filie nobilis mulieris Loysie nate condam Petri Babini domicelle Nicosiensis nobis nuper exhibite percepimus quod ipsi Petrus de Suessionibus et Loysia communibus eorum consanguineis et amicis ad hoc consentientibus desiderant invicem matrimonialiter copulari, sed quia quarto consanguinitatis gradu invicem se contingunt matrimonium huiusmodi contrahere nequeunt dispensatione super hoc apostolica non obtenta.

Quare pro parte ipsorum fuit nobis humiliter supplicatum ut providere eis super hoc de oportune dispensationis gratia dignemur. Nos igitur ex certis ^a causis nobis expositis quas haberi volumus presentibus pro expressis huiusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tue, de qua in hiis et aliis fiduciam gerimus in Domino specialem, per apostolica scripta committimus et mandamus quatenus, si est ita et dicta Loysia propter hoc rapta non fuerit, cum eisdem Petro de Svessionibus et Loysia ut impedimento quod ex huiusmodi consanguinitate provenit non obstante matrimonium invicem libere contrahere et in eo, postquam contractum fuerit, licite remanere valeat apostolica auctoritate dispenses prolem suscipiendam ex huiusmodi matrimonio legitimam ^b nuntiando.

Datum Avinione, Nonas Iulii, anno nono.

^a ex cert *del.R* ^b decernendo *del.R*

α-113

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 279, f. 208v

Αναφορά: Hoberg, *Taxae*, σ. 86

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Archiepiscopo Nicosiensi *mg. s. XXX Cardinales mg.d.*

25 Αυγούστου 1387

Προηγούμενες οφειλές του αρχιεπισκόπου Λευκωσίας Ανδρέα για προκάτοχό του (;) ακυρώθηκαν, έτσι δεν οφείλει να πληρώσει παρά μόνο το δικό του υπόλοιπο ύψους 3.000 φλορινιών σε δύο δόσεις.

Anno, indictione et pontificatu predictis et die XXV mensis Augusti, coram reverendissimo pater domino F. episcopo Gratianopolitanus domini nostri pape

camerario in camera sua presentibus dominus Petro episcopo Magalonensis thesaurario et Guillelmo de Latu clerico camere apostolice, dominus Andreas archiepiscopus Nicosiensis non obstantibus obligatum alia per ipsum fratrem, que quo ad cameram apostolicam et in quantum ipsum tangit annullata fuit ex certis causis et alia non de novo se obligavit pro resta sui communis servitii dicte camere debita in tribus milibus florenorum camere solvendi medietatem infra annum post adeptam possessionem et aliam medietatem in simili anno post [sequens]. Iuravit *etc.*

α-114

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 251, f. 528r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: De Ca. N. Lediseur *mg. s. Gratis pro scriptorem mg. d.*

Αβινιόν

23 Σεπτεμβρίου 1387

Ο Πέτρος de Solerio ονομάζεται παπικός εφημέριος.

Dilecto filio magistro Petro de Solerio thesaurario ecclesie Nicosiensis capellano nostro, salutem *etc.*

Virtutibus clarens et meritis, sicut fame laudabilis testimonio commendaris illam in nostro et Sedis Apostolice conspectu gratiam meruisti, quod personam tuam paterna benivolentia prosequamur et eam libenter attollamus honore gratia specialis, ut igitur in effectu precipias, quod suggerit nostre meritis affectus, te, qui litterarum apostolicarum scriptor existis in nostrum et dicte sedis capellanum gratiose recipimus ac aliorum nostrorum et ipsius sedis capellanorum consortio favorabiliter aggregamus, intendentes, quod per hoc favoris apostolici presidia plenius sortaris ac volumes, quod omnibus et singulis privilegiis exemptionibus libertatibus et immunitatibus olim per quoscumque predecessores nostros romanos pontifices capellanis dicte sedis quomodolibet concessis plene et libere uti et gaudere ubique valeas quibuscumque constitutionibus, declarationibus, revocationibus seu moderationibus per nos et dictos predecessores vel aliquem ipsorum in contrarium factis nequaquam obstantibus tibi

tenore presentium de speciali gratia indulgemus. Sic igitur de bono in melius studiis virtutum intendas, quod merito ad faciendum tibi pleniore gratiam imitemur.

Nulli ergo *etc.* nostre receptionis, aggregationis, voluntatis et concessionis infringere *etc.*

Datum apud [Rupeumauram], Avenionensis diocesis X Kalendas Octobris, anno nono.

α-115

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 247, f. 366r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: N. Lediseur *mg. s. Gratis de mandato mg. d.* Βλ. και α-112

Αβινιόν

30 Σεπτεμβρίου 1387

Ο αρχιεπίσκοπος Λευκωσίας Ανδρέας ονομάζεται παπικός ιερέας, παπικός οικείος και *commensalis* (*familiaris et commensalis*).

Dilecto filio Andree electo Nicosiensi, salutem *etc.*

Virtutibus clarens et meritis sicut pie apud nos fame laudabilis testimonio commendaris illam, in nostro et Apostolice Sedis conspectu gratiam meruisti, quod personam tuam paterna benivolentia prosequamur et eam libenter attollamus honoris gratia specialis. Ut igitur in effectu precipias quod suggerit mentis nostre affectus te in nostrum et dicte sedis familiarem commensalem gratiose recipimus et in nostrorum et ipsius sedis familiarium consortium favorabiliter aggregamus intendemus quod per hoc favorem apostolici presidia plenius sorciaribus tibi etiam tenore presentium auctoritate apostolica concedentes, " quod per hoc favoris apostolici presidia plenius sorciaribus ||quod omnibus et singulis privilegiis libertatibus et immunitatibus, quibus ceteri nostri et ipsius sedem familiarum potiuntur et gaudent gaudeas et utaris||. Sic igitur de bono in melius studiis virtutum intendas, quod merito ad faciendum tibi pleniore gratiam invitetur. Nulli ergo *etc.* nostre receptionis et aggregationis infringere *etc.*

Datum Avinione, II Kalendas octobris pontificatus nostri anno nono.

^a quod per hoc favoris apostolici presidia plenius sorciar *sott.* R

α-116

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Vat. 298, f. 21v
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: βλ. και α-104

Αβινιόν

30 Σεπτεμβρίου 1387

Ο αρχιεπίσκοπος Λευκωσίας Ανδρέας Michiel ονομάζεται *familiaris* και *commensales* του πάπα Κλήμεντα Ζ' στην Αβινιόν.

Dilecto filio Andree electo Nicosiensi, salutem *etc.*

Virtutibus clarens et meritis sicut pie apud nos fame laudabilis testimonio commendaris illam in nostro et Apostolice Sedis conspectu gratiam meruisti, quod personam tuam paterna benivolentia prosequamur et eam libenter attollamus honoris gratiam specialis, ut igitur in effectu percipias quod suggerit mentis nostre affectus te in nostrum et dicte sedis familiarem commensalem gratiose recipimus et in nostrorum et ipsis sedis familiarium consortium favorabiliter aggregamus intendentes quod per personali favoris apostolici presidia plenius sorciar tibi etiam tenore presentium auctoritate apostolica concedentes, quod omnibus et singulis privilegiis libertatibus et imunitatibus quibus ceteri nostri et ipsius sedis familiarum potiuntur et gaudent gaudeas et bravis, sic igitur de bono in melius studiis virtutum intendas quod merito ad faciendum tibi plenior gratiam invitetur.

Nulli ergo *etc.* nostre receptionis et agregationis infringere *etc.*

Datum Avinione, II Kalendas Octobris, pontificatus nostri anno nono.

α-117

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Vat. 299, f. 15v
Έκδοση: Ανέκδοτο

Αβινιόν

27 Φεβρουαρίου 1388

Ο πάπας παραχωρεί στη Βασίλισσα της Κύπρου Ελεονόρα, η οποία πλέον ζει στη αυλή του αδελφού της στην Ισπανία, διάφορα προνόμια, όπως το δικαίωμα εξομολόγησης και άφεσης από in situ εξομολόγους, το δικαίωμα τέλεσης της Θείας Λειτουργίας και άλλων ιεροτελεστιών.

Carissime in Christo filie Elienori relictæ, clare memorie Hugonis regis Cipri, salutem etc.

Benigno etc. ut in septima precedenti usque pro communi servitia etiam in casibus in quibus minores penitentiarii nostri in Romanam Curiam residentes absolvere possint, debitam tibi absolutionem impendant et iniungat penitentiam salutarem. Nulli ergo etc. nostre concessionis infringere etc.

Datum Avinione, III Kalendas Martii, anno decimo.

Idem salutem etc. Eximine devotiones affectus etc. Ut in XIII precedenti usque et honeste missas et alia divina officia facere celebrare etc. Ut in predicta usque.

Datum Avinione, III Kalendas Martii, anno decimo.

Idem salutem etc. Eximine devotionis affectus etc. Ut in XIII precedenti usque et honestis missas et alia divina officia facere celebrari etc. Ut in predictam usque.

Datum Avinione, III Kalendas Martii, anno decimo.

Idem salutem etc. Eximine devotionis affectus, quem ad nos et Romanam geris Ecclesiam, promeretur ut petitiones tuas ad exauditionis gratiam favorabiliter admittamus.

Tuis itaque supplicationibus inclinati ut dilecta in Christo filia Guillerma de Comalats monialis monasterii Vallisdonzelle extra muros Barchinonenis, Cisterciensis ordinis, que – ut asseris – de parentela tua existit quamdiu tibi et sibi placuerit tuis obsequiis insistere teque associate absque sui superioris licentia valeat quibuscumque constitutionibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus monasterii et ordinis predictorum contrariis iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis [nequaquam] obstantibus. Devotioni tue tenore presentium indulgemus. Nulli ergo in nostre concessionis infringere etc.

Datum Avinione, III Kalendas Martii, anno decimo.

Idem salutem etc. Eximine devotionis tue sinceritas promeretur ut, votis tuis hiis presentium que ad tue salutem anime cedere valenat, quantum cum Deo possumus, ,favorabiliter anuamus. Tuis itaque supplicationibus inclinati auctoritate tibi presentium indulgemus, ut si forsan ad loca interdicto ecclesiastico supposita te contigerit declinare liceat in illis clausis ianuis excommunicatis et interdictis exclusis non pulsatis campanus summissa voce et in tua et familiarum tuorum domesticorum presentia missas et alia divina officia facere celebrare dummodo tu vel illi causam non dederitis interdicto nec id tibi vel illis contigerit specialiter interdicti.

Nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere *etc.*

Datum Avinione, III Kalendas Martii, anno decimo.

α-118

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 253, f. 371r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: pro Eu. Iuven. P. de Neapoli *mg. s. Gratis mg. d.*

Αβινιόν

28 Φεβρουαρίου 1388

Παραχώρηση διαφόρων προνομίων στη βασίλισσα Ελεονόρα, σύζυγο του Πέτρου, η οποία διαμένει πλέον στην Αραγονία. Εσφαλμένα σημειώνεται ότι είναι σύζυγος του βασιλιά Ούγου.

Carissime in Christo filie Eleonori relicte clare memorie Hugonis regis Cypri, salutem *etc.*

Benigno *etc.* ut in [septima] precedenti usque pro [commissis] etiam in casibus in quibus minores penitentiari in Romana Curia residentes absolvere possunt debitam tibi absolutione impendat et iniungat penitentiam salutarem.

Nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere *etc.*

Datum Avinione, III Kalendas Martii, anno primo

α-119

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 253, f. 534r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Gratum de mandato. Gilbertus

Αβινιόν

15 Μαρτίου 1388

Ο πατριάρχης Ιεροσολύμων Αϋμόν Séchal μπορεί να ορίσει τον Θωμά ως αρχιεπίσκοπο Λευκωσίας, αν η θέση αυτή κενωθεί.

Eidem salutem etc.

Nuper tibi per nostras litteras dedimus in mandatis ut de persona dilecti filii Thome abbatis monasterii Cavensis, Ordinis Sancti Benedicti, Salernitane diocesis, ecclesie Nicosiensi, que tunc certo modo vacare sperabatur auctoritate apostolica provideres preficiendo ipsum eidem ecclesie in archiepiscopum et pastorem ac ei munus conservationis ^a impederes vel per aliquem catholicum antistitem gratiam et communionem Apostolice Sedis habentem, astitis et in hoc tibi vel sibi assistentibus duobus vel tribus catholicis episcopis similes gratiam et communionem habentibus impendum faceres et procurares, prout in diversis nostris inde confectis litteris plenius continetur.

Nos igitur ad ea que ad ipsius Thome commoditatis augmentum cedere valeant favorabiliter intendentes fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus palleum insigne videlicet plenitudinem pontificalis officii quod de corpore Beati Petri sumptum tibi per te dicto Thome assignandum tradi fecimus eidem Thome cum consecratus fuerit et illud cum qua detuerit instantia postulaverit, iuxta formam quam sub bulla nostra mittimus interclusam assignare procures et ab eo nostro et Romane Ecclesie nomine, sub forma quam sub eadem bulla dirigimus fidelitatis debite solitum recipias iuramentum ac formam iuramenti, quod dictus Thomas prestabit nobis de verbo ad verbum per eius patentes litteras suo sigilli signatas quantocuis destinare procures.

Datum Avinione, XI Kalendas Aprilis, pontificatum nostri anno decimo.

^a impendentes *del.* R

α-120

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 253, f. 532r-532v
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: Gratum de mandato. Gilbertus

Αβινιόν

16 Μαρτίου 1388

Ο πατριάρχης Ιεροσολύμων Αϋμόν Séchal, απεσταλμένος (legato) στην Ανατολή εξουσιοδοτείται για διάφορα ζητήματα που αφορούν τη Λατινική Εκκλησία της Κύπρου και ιδιαίτερα το ζήτημα του αρχιεπισκόπου Λευκωσίας Ανδρέα Michel. Μεταξύ άλλων στα έγγραφα γίνεται αναφορά σε μία εθμική ρήτρα, που απαγόρευε την ανάληψη της αρχιεπισκοπής από υπήκοο Βενετίας, Γένοβας και Πίζας. Ενδιαφέρον έχει επίσης και ο ρόλος του αντι-αβά του αβαείου της Cava Θωμά, ο οποίος έχει σφετεριστεί τα οικονομικά της αρχιεπισκοπής, ωστόσο, ορίζεται ο Αϋμόν να τον προχειρίσει αρχιεπίσκοπο της Λευκωσίας, σε περίπτωση που κρίνει ότι αυτό μπορεί να γίνει. Ο Θωμάς έχει πάρει τα χρήματα από την Εκκλησία της Λευκωσίας και ένα ποσό θα δοθεί στον Ανδρέα.

Clemens episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Aymoni patriarche Ierosolimitano Apostolice Sedis legato, salutem *etc.*

Credite nobis dispensationis urgemur officio ut, universis orbis ecclesiis, <quorum> [quorum] ¹ cura nobis imminet generalis, operose sollicitudinis studium impendentes, earum – quantum nobis ex alto permittitur – occurramus dispendiis et profectibus divina ^a cooperante clemencia salubriter intendamus.

Dudum siquidem de persona dilecti filii Andree, electi Nicosiensis, ecclesie Nicosiensi tunc vacanti, cuius provisio erat dispositioni apostolice reservata, duximus providendum, preficiendo ipsum eidem ecclesie in archiepiscopum et pastorem. Et subsequenter, per nos accepto quod dictus Andreas electus regimini et administracioni predicte ecclesie ex certis rationabilibus causis cedere cupiebat, nos tibi dedimus in mandatis ut, si dictus Andreas electus huiusmodi regimini et administracioni cedere vellet – ut prefertur – ||tu|| ^β cessionem huiusmodi ab eodem Andrea electo vel procuratore suo ad hoc ab eo speciale mandatum habente auctoritate nostra reciperes et admitteres et, eadem cessione admissa, ei quandam pensionem annuam tunc expressam de et super fructibus, redditibus et proventibus mense archiepiscopalis Nicosiensis auctoritate nostra constitueres, deputares et etiam assignares, sibi que

quamdam summam ducatorum auri ^γ etiam tunc expressam de fructibus eiusdem mense per dilectum filium Thomam abbatem monasterii Cavensis, Ordinis Sancti Benedicti, Salernitane diocesis, perceptis dari volumus et etiam assignari.

Nuper vero, quia – sicut accepimus – prefatus Andreas electus, qui, tractantibus venerabili fratre¹ Petro episcopo Portuensi et dilectis filiis nostris Petro tituli sancti Marci presbitero ac Hugone sancte Marie in Porticu diacono cardinalibus per nos ad hec specialiter deputatis, suum assensum prebuerat in premissis, mutata postmodum in contrarium voluntate, eorum aliqua renuens observare, regimini et administracioni predictis cedere non voluerat, ac etiam, propter ea nonnullorum arduorum negotiorum nos et Romanam Ecclesiam tangentium que tibi commiseramus in illis partibus prosequenda, executio impediri poterat, tibi mandavimus ut, si tibi videretur expediens, ipsum Andream electum a vinculo quo eidem Nicosiensi erat astrictus auctoritate nostra absolveres et ei pensionem huiusmodi assignares, dictamque summam ducatorum de prefatis fructibus per dictum Thomam perceptis faceres assignari.

Ac hodie, ^{del.1} *altera manus per nos accepto quod pro statu prospero regni Cipri in quo ecclesia ipsa consistit ac utili et ^δ celeri expeditione negotiorum ipsorum expediens esset quod dictus Andreas electus a vinculo absolveretur predicto, //^{532v} ε tibi mandavimus ut, illis que circa hoc attendenda forent diligenter attentis, si tibi pro huiusmodi statu prospero dicti regni ac celeri et felici executione negotiorum ipsorum expediens videretur quod dictus Andreas electus a vinculo quo eidem tenetur ecclesie absolveretur, eum ab eodem vinculo auctoritate nostra absolveres et auctoritate predicta eidem Andree electo, ut statum suum decentius tenere valeret, aliquam pensionem annuam super fructibus, redditibus et proventibus mense archiepiscopalis Nicosiensis assignares et etiam alias de fructibus dicte mense iam perceptis provideres, prout tibi videretur expedire, prout in diversis ||nostris|| inde confectis litteris plenius continetur.

Cum autem, si dictus Andreas electus ab eodem vinculo absolvatur, prefatus Thomas abbas, qui de grandium virtutum meritis apud nos fidedignis testimoniis commendatur, esse poterit – ut speramus – eidem ecclesie Nicosiensi multipliciter fructuosus, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus si dictum Andream electum per te ab huiusmodi vinculo absolvi contingat, de persona dicti Thome eidem Nicosiensi ecclesie, etiam si eius provisio sit dispositioni apostolice generaliter vel specialiter reservata, auctoritate predicta provideas ipsumque illi

preficias in archiepiscopum et pastorem, sibi curam et administracionem eiusdem ecclesie in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo ac faciendo a suis subditis obedientiam et reverenciam debitas exhiberi. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione pos<t>posita compescendo. Non obstante si aliquibus communiter vel divisim a Sede apostolica sit indultum quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nos enim ex nunc irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Et nichilominus eidem Thome munus consecrationis impendas vel per aliquem alium catholicum antistitem gratiam et communionem dicte sedis habentem, astitis et in hoc tibi vel sibi assistentibus duobus vel tribus catholicis episcopis similes gratiam et communionem habentibus auctoritate predicta impendi facias et procures.

Datum Avinione, XII Kalendas Aprilis, pontificatus nostri anno decimo.

^a providentia del. R ^b in del. R ^γ tunc del. R ^δ se del. R ^ε intendebas del. R

α-121

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 253, f. 532v-533r
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: Gratum de mandato. Gilbertus

Αβινιόν

16 Μαρτίου 1388

Ο πατριάρχης Ιεροσολύμων Αϋμόν Séchal, αφού εξετάσει το ζήτημα με την παραίτηση του Ανδρέα, αν κρίνει ότι πρέπει να κάνει δεκτή την παραίτησή του να το πράξει, παραχωρώντας ετήσια αποζημίωση.

Eidem salutem etc.

Dudum de persona dilecti filii Andree, electi Nicosiensis, ecclesie Nicosiensi tunc vacanti, cuius provisio erat dispositioni apostolice reservata, duximus providendum, preficiendo ipsum eidem ecclesie in archiepiscopum et pastorem, et subsequenter, per

nos accepto quod dictus Andreas electus regimini et administrationi predicte ecclesie ex certis rationabilibus causis cedere cupiebat, nos tibi dedimus in mandatis ut, si dictus Andreas electus huiusmodi regimini et administrationi cedere vellet – ut prefertur – tu cessionem huiusmodi ab eodem Andrea electo vel procuratore suo ad hoc ab eo speciale mandatum habente auctoritate nostra reciperes et admitteres et, eadem cessione admissa, ei quandam pensionem annuam tunc expressam de et super fructibus, redditibus et proventibus mense archiepiscopalis Nicosiensis auctoritate nostra constitueres, deputares et etiam assignares, sibi que quamdam summam ducatorum auri etiam tunc expressam de fructibus eiusdem mense per dilectum filium Thomam abbatem monasterii Cavensis, Ordinis Sancti Benedicti, Salernitane diocesis, perceptis dari volumus et etiam assignari.

Nuper vero, quia, prefatus Andreas electus, qui, tractantibus venerabile fratre Petro episcopo Portuensi et dilectis filiis nostris Petro tituli sancti Marci presbitero ac Hugone sancte Marie in Porticu diacono cardinalibus per nos ad hec specialiter deputatis, suum assensum prebuerat in premissis, mutata postmodum in contrarium voluntate, eorum aliqua renuens observare, regimini et administrationi predictis cedere non voluerat, ac etiam, propter ea nonnullorum arduorum negotiorum nos et Romanam Ecclesiam tangentium que tibi commiseramus in illis partibus prosequenda, executio //^{533r} impediri poterat, tibi mandavimus ut, si sibi videretur expediens, ipsum Andream electum a vinculo quo eidem Nicosiensi ecclesie erat astrictus auctoritate nostra absolveres et ei pensionem huiusmodi assignares, dictamque summam ducatorum de prefatis fructibus per dictum Thomam perceptis faceres assignari, prout in diversis nostris inde confectis litteris plenius continetur.

Cum autem, ^{del.2} || – sicut accepimus – pro statu prospero regni Cipri in quo ecclesia ipsa consistit ac utili et celeri expeditione negotiorum ipsorum expediens esset quod dictus Andreas electus a vinculo absolveretur predicto||. Nos qui statum prosperum ||huiusmodi|| dicti regni ^a ac negotia ipsa celerem et felicem effectum consequi cupientes fraternitati tue de qua in hiis et aliis specialem in Domino fiduciam obtinemus per apostolica scripta mandamus quatinus illis que circa hec fuerint attendenda diligenter attentis, si tibi pro huiusmodi statu prospero dicti regni ac celeri et felici executione negotiorum ipsorum expediens videatur quod dictus Andreas electus a vinculo quo eidem tenetur ecclesie absolvatur, [eum] ab eodem vinculo auctoritate nostra absolvas et auctoritate predicta predicta ei, ut statum suum decentius tenere valeat, aliquam pensionem annuam super fructibus, redditibus et proventibus

mense archiepiscopalis Nicosiensis assignes et etiam alias de fructibus dicte mense iam perceptis provideas prout tibi videbitur expedire in contradictores quoslibet et rebelles excommunicationis suspensionem et interdicti ac alias penas et sententias eadem auctoritate sicut expedire noveris promulgando predictis et aliis contrarium tibi directis litteris non obstantibus quibuscumque, volumus autem quod dictus Andreas electus propter absolutionem huiusmodi nullam incurrat infamie maculam sue notam.

Datum Avinione, XII Kalendas Aprilis, pontificatus nostri anno decimo.

^a totis desiderus assenamus huiusmodi scandalis obviare *del. R*

α-122

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 253, f. 533r-534r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Gratum de mandato. Gilbertus

Αβινιόν

16 Μαρτίου 1388

Ο πατριάρχης Ιεροσολύμων Αϋμόν Séchal πρέπει να διερευνήσει το ζήτημα που έχει προκύψει μεταξύ του Ανδρέα και του Θωμά σχετικά με τη θέση του αρχιεπισκόπου.

Eidem salutem etc.

Regimini universalis ecclesie, quamquam insufficientibus meritis, disponente Domino, presidentes, de universis orbis ecclesiis et monasteriis pro eorum statu salubriter dirigendo – quantum ex alto nobis permittitur – solícite cogitamus, sed ea propensius solícitudo nos urget ut illis cum vacaverint ne prolixè vacationis subiaceant detrimentis de salubri remedio providere curemus quodque ecclesiarum ipsarum pastoribus, qui maiori prefulgent titulo dignitatis, prout personarum, locorum et temporum qualitas exigit, necessitatibus consulamus.

Dudum siquidem de persona dilecti filii Andree, electi Nicosiensis, ecclesie Nicosiensi, tunc vacanti, cuius provisio erat dispositioni apostolice reservata, duximus ^a promovendum, preficiendo ipsum eidem ecclesie in archiepiscopum et pastorem, et subsequenter, per nos accepto quod dictus Andreas electus regimini et administrationi predicte ecclesie ex certis rationabilibus causis cedere cupiebat, nos tibi dedimus in

mandatis ut, si dictus Andreas electus huiusmodi regimini et administrationi cedere vellet – ut prefectur – tu cessionem huiusmodi ab eodem Andrea electo //^{533v} vel procuratore suo ad hoc ab eo speciale mandatum habente auctoritate nostra reciperes et admitteres et, eadem cessione admissa, ei quandam pensionem annuam tunc expressam de et super fructibus, redditibus et proventibus mense archiepiscopalis Nicosiensis auctoritate nostra constitueres, deputares et etiam assignares sibi que quamdam summam ducatorum auri etiam tunc expressam de fructibus eiusdem mense per dilectum filium Thomam abbatem monasterii Cavensis, Ordinis Sancti Benedicti, Salernitane diocesis, perceptis dari volumus et etiam assignari.

Nuper vero, quia – sicut accepimus – prefatus Andreas electus, qui, tractantibus venerabili fratre nostro Petro episcopo Portuensi et dilectis filiis nostris Petro tituli sancti Marci presbitero ac Hugone sancte Marie in Porticu diacono cardinalibus per nos ad hec specialiter deputatis, suum assensum prebuerat in premissis, mutata postmodum in contrarium voluntate, eorum aliqua renuens observare, regimini et administrationi predictis cedere non valuerat, ac etiam propter ea nonnullorum arduorum negotiorum nos et Romanam Ecclesiam tangentium que tibi commiseramus in illis partibus proseguenda, executione impediri poterat, tibi mandavimus ut, si tibi videretur expediens, ipsum Andream electum a vinculo quo eidem ||ecclesie|| Nicosiensi erat astrictus auctoritate nostra absolveres et ei pensionem huiusmodi assignares, dictamque summam ducatorum de prefatis fructibus per dictum Thomam perceptis faceres assignari.

Ac hodie, ^{del.3} ||per nos accepto quod pro statu prospero regni Cipri in quo ecclesia ipsa consistit ac utili et celeri expeditione negotiorum ipsorum expediens esset quod dictus Andreas electus a vinculo absolventur predicto,|| tibi mandavimus ut, illis que citra hec attendenda forent diligenter attentis, si tibi pro huiusmodi statu prospero dicti regni ac celeri et felici executione negotiorum ipsorum expediens videretur quod dictus Andreas electus a vinculo quo eidem tenetur ecclesie absolveretur, eum ab eodem vinculo auctoritate nostra absolveres et auctoritate predicta eidem Andree electo ut statum suum decentius tenere valeret, aliquam pensionem annuam super fructibus, redditibus et proventibus mense archiepiscopalis Nicosiensis assignares ac de persona prefati Thome abbatis predicte ecclesie Nicosiensi provideres, prout in diversis nostris inde confectis litteris plenius continetur.

Nos igitur, eidem Thome ut, si de persona sua ecclesie provideatur eidem commodius pensionem quam dicto Andree super eisdem fructibus, assignaveris,

solvere et alia sibi incumbentia onera supportare valeat de alicuius subventionis auxilio providere volentes ac sperantes quod idem Thomas dicto monasterio esse poterit multipliciter fructuosus fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus prefatum monasterium cum illud per huiusmodi provisionem et perfectionem vacare contigerit etiamsi eius provisio sit dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservata eadem Thome eadem auctoritate commendes per eum una cum eadem ecclesia [quandu] ad solvendum eandem pensionem astrictus extiterit tenendum, regendum et etiam gubernandum curam et administrationem plenam generalem et liberam ipsius in spiritualibus et temporalibus ac bonorum et iurium ad mensam abbatialem eiusdem spectantum sibi per se vel alium seu alios quem seu quos ad hoc duxerit deputandum seu deputandos gerendas et etiam exercendas commitendo ac faciendo sibi a dicti monasterii subdictis huiusmodi commenda durante obedientiam et reverentiam debitas exhiberi. Contradictiones per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus si aliquibus communiter vel divisim a Sede apostolica indultum existat quod interdicti suspendum //^{534r} vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, ut monasterium ipsum sue gubernationi commissum spiritualiter et temporaliter iuxta datam sibi a Deo prudentiam regat, dirigat et augmentet ac de fructibus, redditum, proventibus, iuribus et obventionibus universis ad dictam mensam abbatialem spectantibus huiusmodi durante commenda ordinet et disponat prout veri abbates dicti monasterii, qui fuerint pro tempore de illis ordinare et disponere potuerunt et debuerunt alienatione tamen bonorum immobilium ipsius monasterii sibi penitus interdicta. Nos enim exnunc irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Datum Avinione, XII Kalendas Aprilis, pontificatus nostri anno decimo.

^a preficiendum *del. R*

α-123

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 253, f. 534r-534v

Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: Gratum de mandato. Gilbertus

Αβινιόν

16 Μαρτίου 1388

Ο πατριάρχης Ιεροσολύμων Αϋμόν Séchal πρέπει να αποφασίσει σχετικά με την παράνομη κατακράτηση των spolia του προηγούμενου αρχιεπισκόπου από τον Θωμά.

Eidem salutem etc.

Dudum de persona dilecti filii Andree, electi Nicosiensis, ecclesie Nicosiensi, tunc vacanti, cuius provisio erat dispositioni apostolice reservata, duximus auctoritate apostolica providendum, preficiendo ipsum eidem ecclesie in archiepiscopum et pastorem, idem quod Andreas electus vigore provisionis et perfectionis huiusmodi possessionem administrationis dicte ecclesie extitit pacifice assecutus et deinde – sicut accepimus – dilectus filius Thomas abbas monasterii Cavensis, Ordinis Sancti Benedicti, Salernitane diocesis, ipsum Andream electum possessione huiusmodi contra iustitiam spolians in dicta ecclesia se intrusit ac regimen et administrationem ipsius in spiritualibus et temporalibus temere exercuit prout ad presens exercet fructus, redditus et proventus mense archiepiscopalis Nicosiensis percipiens et in suos usus converteris, cum autem – sicut ^{del.4} ||accepimus – pro statu prospero regni Cipri in quo etiam ipsam consistit ac utili et celeri expeditione nonnullorum arduorum negotiorum nos et Ecclesiam Romanam tangentium, que tibi commisimus in illis partibus prosequenda expeditur ecclesie, quod dictus Andreas electus a vinculo quo predicte Nicosiensi tenetur ecclesie absolvetur|| //^{534v} ac propterea proponamus hodie tibi mandare, ut illis que circa hec fuerint attendenda diliquenter attentis, si tibi pro huiusmodi statu prospero dicti regni ac celeri et felici executione negotiorum ipsorum expedientes videatur quod dictus Andreas a vinculo quo eidem tenetur ecclesie absolvatur, ipsum ab eodem vinculo auctoritate nostra absolvas et de persona dicti Thome eidem ecclesie provideas preficiendo ipsum illi in archiepiscopum et pastorem fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus si illis, que circa hac attendenda fuerint diligenter – ut prefertur – attentis tibi pro statu et executione huiusmodi expediens videatur, quod idem Andreas ab huiusmodi vinculo absolvatur super quibus tuam consientiam oneramus, postquam dictus Thomas regimen et administrationem ipsius ecclesie realiter et omnino in manibus tuis diviserit ac tecum

de fructibus per eum ex dicta mensa – ut prefertur – perceptis prout tibi visium fuerit expedire composuerit super tibi plenam potestatem concedimus [omnium] inhabilitatis et infamie maculam sive notam per eum spoliationis intrusionis exercii regiminis, administrationis et preceptionis huiusmodi occasione contractam auctoritate ^a aboleas supradicta et in super ratificandi et asserbandi vel de novo concedendum et faciendum prout tibi videbitur omnia et singula, que per dictum Thomam circa regimen et administrationem ipsius ecclesie alias rite sint facta plenam et liberam tibi tenore presentium concedimus facultatem.

Datum Avinione, XII Kalendas Aprilis, pontificatus nostri anno decimo.

^a penitus *del.* R

α-124

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαική σειρά: Reg. Aven. 253, f. 536r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Gratium de mandato. Gilbertus

Αβινιόν

16 Μαρτίου 1388

Ο πατριάρχης Ιεροσολύμων Αϋμόν Séchal λαμβάνει το δικαίωμα να δώσει σε έξι άνδρες και έξι γυναίκες να τελέσουν γάμο, χωρίς να εμποδίζονται από το κώλυμα του 3^{ου} βαθμού συγγενείας (ομαιμοσύνης και αγχιστείας).

Eidem salutem etc.

Cum dudum te ad regnum Cipri, insulam Rodi et partes Romanie commisso tibi in eis plene legationis officio duxerimus destinandum, nos, cupientes ut in eodem officio eo uberius prospereris, quo maiori per nos fueris potestate munitus, fraternitati tue dispendum auctoritate apostolica huiusmodi legationis durante officio cum sex viris et totidem mulieribus regni, insule et partium predictorum tertio consanguinitatis vel affinitatis gradu invicem coniuctis desiderantibus invicem ex rationabili tam matrimonialiter copulari et impendimento quod ex consanguinitate vel affinitate huiusmodi provenit non obstante matrimonia insimul contrahere et in eis postquam contracta fuerint remanere libere et licite valeant necnon prolem ex huiusmodi

matrimoniis suscipiendum legitimum nuntiandum, dummodo mulieres ipse propter hoc rapte non fuerint, plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem.

Datum Avinione, XII Kalendas Aprilis, pontificatus nostri anno decimo.

α-125

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 253, f. 535r-536r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Gratum de mandato. Gilbertus

Αβινιόν

16 Μαρτίου 1388

Ο πατριάρχης Ιεροσολύμων Αϋμόν Séchal πρέπει να διερευνήσει το ζήτημα που έχει προκύψει μεταξύ του Ανδρέα και του Θωμά σχετικά με τη θέση του αρχιεπισκόπου.

Eidem salutem etc.

Credite nobis dispensationis urgemur officio ut, universis orbis ecclesiis, quarum cura nobis imminet generalis, operose sollicitudinis studium impendentes, earum – quantum nobis ex alto //^{535v} permittitur – occurramus dispendiis et profectibus divina cooperante gratia salubriter intendamus.

Dudum siquidem de persona dilecti filii Andree, electi Nicosiensis, ecclesie Nicosiensi tunc vacanti, cuius provisio erat dispositioni apostolice reservata, duximus providendum, preficiendo ipsum eidem ecclesie in archiepiscopum et pastorem, et subsequenter, per nos accepto quod dictus Andreas electus regimini et administrationi predictae ecclesie ex certis rationabilibus causis cedere cupiebat, nos tibi dedimus in mandatis ut, si dictus Andreas electus huiusmodi regimini et administrationi cedere vellet – ut prefertur – ||tu||^a cessionem huiusmodi ab eodem Andrea electo vel procuratore suo ad hoc ab eo speciale mandatum habente auctoritate nostra reciperes et admitteres, et eadem cessione recepta et admissa, eidem Andree quandam pensionem annuam tunc expressam de et super fructibus, redditibus et proventibus mense Archiepiscopalis Nicosiensis auctoritate predicta constitueres deputares et etiam assignares sibi quod quandam summam ducatorum auri etiam tunc expressam de fructibus eiusdem mense per dilectum filium Thomam abbatem monasterii

Cavensis Ordinis Sancti Benedicti, Salernitane diocesis, preceptis dari volumus et etiam assignari.

Hodie vero, quia, sicut acceperamus dictus Andreas electus, qui, tractantibus venerabili fratre Petro episcopo Portuensi et dilectis filiis nostris Petro tituli sancti Marci presbitero, et Hugonetis sancte Marie in Porticu diacono cardinalibus per nos ad hoc specialiter deputatis, suum assensum prebuerat in premissis, mutata postmodum in contrarium voluntate, eorum aliqua <ob>servare renuens, regimini et administrationi predictis cedere non intendebat, et etiam, propter ea nonnullorum arduorum negotiorum nos et Romanam Ecclesiam tangentium que tibi commisimus in illis partibus proseguenda, executio impediri tibi mandavimus ut, si tibi videretur expediens, ipsum Andream electum a vinculo quo eidem Nicosiensi ecclesie erat astrictus auctoritate nostra absolveres ac ei huiusmodi pensionem assignares, dictamque summam ducatorum de prefatis fructibus per dictum Thomam perceptis faceres assignari, iuxta predictarum super eis tibi directarum continentiam litterarum, prout in diversis nostris inde confectis litteris plenius continentur.

Cum autem, si dictus Andreas electus ab eodem vinculo absolvatur, prefatus Thomas, qui de gratia divini virtutum meritis apud nos fidedignis ^β testimoniis commendatur, esse poterit, ut speramus, eidem ecclesie Nicosiensi multipliciter fructuosus, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quantum, si dictum Andream electum per te ab huiusmodi vinculo absolvi contingat, de persona ipsius Thome nobis et fratribus nostris ob dictorum suorum exigentiam meritorum accepta eidem ecclesie etiamsi eius provisio sit dispositioni apostolice reservata, auctoritate predicta provideas ipsumque illi preficias in archiepiscopum et pastorem, sibi curam et administrationem eiusdem ecclesie in spiritualibus et temporalibus plenarie commitendo ac faciendo a suis subditis obedientiam et reverentiam debitas exhiberi. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstante si aliquibus communiter vel divisim a Sede apostolica sit indultum quod interdicti, suspendum vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nos enim, exnunc irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Et nichilominus ei munus consecrationis impendas vel per aliquem alium catholicum antistitem^γ gratiam et communionem dicte sedis habentem, astitis et in hoc^δ tibi vel sibi assistentibus duobus vel tribus catholicis episcopis similes gratiam et

communione habentibus auctoritate predicta impendi facias et procures. Et in super eidem Thome ut, commodius pensionem huiusmodi solvere et alia sibi incumbencia onera //^{536r} supportare valeat, prefatum monasterium cum illud per huiusmodi provisionem et perfectionem vacare contigerit etiam si eius provisio sit dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservata existat auctoritate apostolica iuxta aliarum nostrarum tibi super commendando sibi dicto monasterio decretarum continentiarum litteratum.

Datum Avinione, XIII Aprilis, pontificatus nostri anno decimo.

^a in *del.* ^R ^β testo *del.* ^R ^γ antistititem] ^R ^δ hec] ^R

α-126

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 253, f. 535r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Gratum de mandato. Gilbertus

Αβινιόν

18 Μαρτίου 1388

Ο πατριάρχης Ιεροσολύμων Αϋμόν Séchal πρέπει να διερευνήσει το ζήτημα που έχει προκύψει μεταξύ του Ανδρέα και του Θωμά σχετικά με τη θέση του αρχιεπισκόπου.

Eidem salutem etc.

Dudum de persona dilecti filii Andree, electi Nicosiensis, ecclesie Nicosiensi tunc vacanti, cuius provisio erat dispositioni apostolice reservata, duximus auctoritate apostolica providendum, preficiendo ipsum eidem ecclesie in archiepiscopum et pastorem idem que Andreas electus vigore provisionis et perfectionis huiusmodi possessionem administrationis dicte ecclesie extitit pacifice assecutus et deinde – sicut accepimus – dilectus filius Thomas abbas monasterii Cavensis Ordinis Sancti Benedicti, Salernitane diocesis, ipsum Andream electum possessione huiusmodi contra iustitiam spolians in dicta ecclesia se intrusit ac regimen et administrationem ipsius in spiritualibus et temporalibus temere exercuit prout ad presens exercet fructus, redditus et proventus mense archiepiscopalis Nicosiensis percipiens et in suos usus convertens.

Cum autem, prefata ecclesia certo modo vacare speretur ac proponamus hodie [tibi] mandare, ut de persona dicti Thome, qui apud nos de grandium virtutum meritis alias multipliciter commendatur, eidem ecclesie Nicosiensi provideas preficiendo ipsum ei in archiepiscopum et pastorem, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus, postquam prefatus Thomas per se vel procuratorem suum ad hoc ab eo speciale mandatum habentem regimen et administrationem ipsius ecclesie in manibus tuis realiter et omnio diviserit ac de fructibus dicte mense per eum male perceptis tecum composuerit de quibus eidem Andree quatuor milia ducatorum auri tradum et assignari, volumus [indilate] omnem nichilitatis et infamie interclusam sue notam per ipsum Thomam spoliationis intrusionis [exercirii] regiminis administrationis et perceptionis huiusmodi occasione contractam auctoritate penitus aboleas supradicta et in super ratificandi et asserbandi vel de novo concedendum et faciendum prout tibi videbitur omnia et singula que per dictum Thomam circa regimen et administrationem ipsius ecclesie alias rite sunt facta plenam et liberam tibi tenore presentium concedimus facultatem.

Datum Avinione, XIII Kalendas Aprilis, pontificatus nostri anno decimo.

α-127

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 253, f. 534v-535r
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: Gratum de mandato. Gilbertus

Αβινιόν

18 Μαρτίου 1388

Ο πατριάρχης Ιεροσολύμων Αϋμόν Séchal πρέπει να διερευνήσει το ζήτημα που έχει προκύψει μεταξύ του Ανδρέα και του Θωμά σχετικά με τη θέση του αρχιεπισκόπου.

Eidem salutem etc.

Dudum de persona dilecti filii Andree, electi Nicosiensis, ecclesie Nicosiensi, tunc vacanti, cuius provisio erat dispositioni apostolice reservata, duximus auctoritate apostolica providendum, preficiendo ipsum eidem ecclesie in archiepiscopum et pastorem, et subsequenter, per nos accepto quod dictus Andreas electus regimini et

administrationi predicte ecclesie ex certis ^a rationabilibus causis cedere cupiebat, nos tibi dedimus in mandates ut, si dictus Andreas electus huiusmodi regimini et administrationi cedere vellet – ut prefertur – tu cessionem huiusmodi ab eodem Andrea electo vel procuratore suo ad hoc ab eo speciale mandatum habente auctoritate nostra reciperes et admitteres et, eadem cessione recepta et admissa, ei quandam pensionem annuam tunc expressam de et super fructibus, redditibus et proventibus mense archiepiscopalis Nicosiensis auctoritate predicta constitueres, deputares et etiam assignares, sibi que quamdam summam ducatorum auri etiam tunc expressam de fructibus eiusdem mense per dilectum filium Thomam abbatem monasterii Cavensis Ordinis sancti Benedicti, Salernitane diocesis, perceptis dari volumus et etiam assignari, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur.

Verum quare – sicut accepimus – prefatus Andreas electus, qui, tractantibus venerabili fratre episcopo Portuensi et dilectis filiis nostris Petro tituli sancti Marci presbitero, <et> Hugone sancte Marie in Porticu diacono cardinalibus per nos ad hec specialiter deputatis, suum assensum prebuerat in premissis, mutata postmodum in contrarium voluntate, eorum aliqua renuens observare, regimini et administrationi predictis cedere non intendit et etiam, propter ea nonnullorum arduorum negotiorum nos et Romanam Ecclesiam tangentium que tibi commisimus in illis partibus ^ß prosequenda, //^{535r} posset executio impediri, nos attendentes quod illius et variatione personis ecclesiasticis sunt [vitande] ac cupientes, ut predicta negotia, felicem auctoritate Domino consequantur effectum fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus si tibi videatur expediens ipsum Andream electum ab vinculo, quo eidem Nicosiensi ecclesie est astrictus auctoritate nostra absolvas et ei huiusmodi pensionem assignes dictam que summam ducatorum de prefatis fructibus per dictum Thomam perceptis facias assignari iuxta predictarum super eis tibi directarum conscientiam litterarum, volumus autem quod idem Andreas propter absolutionem huiusmodi nullam incurrat infamie [interclusam] sue notam.

Datum Avinione, XIII Kalendas Aprilis, pontificatus nostri anno decimo.

^a causis *del. R* ^ß prosequendas *del. R*

α-128

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 253, f. 536r-536v
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: Gratum de mandato. Gilbertus

Αβινιόν

18 Μαρτίου 1388

Ο πατριάρχης Ιεροσολύμων Αϋμόν Séchal λαμβάνει το δικαίωμα να μπορεί να παραχωρήσει θέσεις κανονικών και beneficia αξίας μέχρι 80 νομισμάτων με ποίμανση και 60 χωρίς ποίμανση σε κατάλληλα πρόσωπα.

Eidem salutem etc.

Cum te dudum ad regnum Cipri *etc.* ut in proximo precedenti [...] fraternitati tue conferendi auctoritate apostolica huiusmodi durante officio omnia et singula beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, secularia et regularia in regno, insula et partibus supradictis per assecutionem aliorum beneficiorum ecclesiasticorum auctoritate apostolica collatorum vel alias qualitercumque vacantia et imposterum vacatura etiam si canonicatus et prebende aut dignitates personatus vel officia etiam si in cathedralibus ecclesias fuerint que generaliter vel specialiter dispositioni apostolice reservata [extiterunt] quorumque singulorum fructus redditus et proventus si cum cura octuaginta et si sine cura fuerint sexaginta librarum turonensium parvorum, secundum communem estimationem valorem annum non excedant singula, videlicet ex eis singulis personis idoneis quas ad hoc duxeris eligendas, etiam si persone ipse unum, duo, tria vel plura beneficia ecclesiastica et etiam si unum ipsorum curatum existat obtineant cum omnibus iuribus et pertinentibus suis et de illis etiam providendi ac inducendi per te vel alium seu alios easdem personas vel procuratores suos earum nomine in corporalem possessionem beneficiorum ac iurium et pertinentium predictorum et defendendi inductas, a motis quibuslibet detentoribus ab eisdem ac faciendi personas easdem vel dictos procuratores pro eis ad huiusmodi beneficia – ut est moris – admitti sibi que de ipsorum beneficiis, fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventibus universis integre responderi ac contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendi, non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus ecclesiarum in quibus huiusmodi beneficia forsitan fuerint contrariis iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis; aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis

in illis partibus speciales vel generales Apostolice Sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alium quomodolibet sit processum, quibus omnibus personas predictas in beneficiorum huiusmodi assecutione volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si locorum ordinariis et dilectis filiis capitulis ecclesiasticorum ipsarum vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum que ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint. Idemque de huiusmodi aut aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collatorum provisio presentis quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantem nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de quacuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Aut si dicte persone presentes non fuerint ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus ecclesiarum ipsarum solita iuramenta, dummodo in absentia sua per procuratores idoneos et cum ad ecclesias ipsas accesserint corporaliter illa present, plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem.

Volumus autem quod persone ipse quamprimum vigore presentium curata beneficia aut dignitates vel personatus, seu curata //^{536v} officia, fuerint pacifice assecute, beneficia cum cura, que tunc obtinebant, queque extunc vacare decernimus omnino dimittere teneantur; et in super irritum prout decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsitan est hactenus vel contigerit imposteris attemptari.

Volumus etiam quod de nominibus beneficiorum huiusmodi que per te conferri contigerit ac personis quovis ea contuleris ac de diebus collationem huiusmodi gentes camere nostre aut collectorem vel succollectorem fructum et proventuum eidem camere debitoris in illis partibus deputatum quantocuis certificare procures.

Datum Avinione XII Kalendas Aprilis pontificatus nostri anno decimo.

α-129

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 253, f. 536v
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: Gratum de mandato. Gilbertus

Αβινιόν

18 Μαρτίου 1388

Ο πατριάρχης Ιεροσολύμων Αϋμόν Séchal λαμβάνει την άδεια να παραχωρήσει σε πρόσωπα ικανά θέσεις κανονικών στην Εκκλησία της Κύπρου.

Eidem salutem etc.

Dudum cum te ad regnum Cipri, insulam Rodi et partes Romanie commisso tibi in eis plene legationis officio destinaremus tibi providendum auctoritate nostre ea vice dumtaxat in omnibus collegiatis et cathedralibus etiam metropolitanis ecclesiis regni, insule et partium predictarum videlicet de singulis canonicatibus singularum ecclesiarum ipsarum singulis personis idoneis, quas ad hoc ducens eligendas etiam si quelibet personarum ipsarum unum vel duo beneficium seu beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica, etiam si unum ipsorum curatum existeret obtineret, cum plenitudinem iuris canonici ac faciendi personas easdem in dictis ecclesiis in canonicatos recipi et in fratres stallis eis in choris et locis in capitulis dictarum ecclesiarum cum dicti iuris plenitudine assignatis necnon reservandi donationi tue singulas prebendas in singulis ecclesiis ipsis si que tempore reservationem huiusmodi vel ex tunc vacarent quas persone prefate per se vel procuratores suos ad hoc legitime constitutos infra temporis spatium ducerent acceptandis conferendas eisdem personis antedictis conferendas eisdem personis ac prebendas huiusmodi quas reservares si vacarent – ut prefertur – personis antedictis post acceptationem predictam cum omnibus iuribus et pertinentiis supradictis eadem auctoritate conferendi et de illis etiam providendi plenam et liberam per nostris litteris concessimus facultatem prout in eisdem litteris plenius continetur, nos, igitur, intendentes te te favorabiliter prosequi in hac parte volumus et auctoritate predictam, tibi concedimus que, tam predictarum quam presentium litterarum vigorem, possis providere in singulis ecclesiasticis predictis de singulis canonicatibus singularum ecclesiarum ipsarum singulis personis idoneis quas ad hoc eligendas duxeris etiam si quelibet personarum ipsarum unum,

duo aut plura beneficium seu beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica etiam si unum ipsorum curatum existat obtineat cum plenitudine iuris canonici ac facere personas easdem in dictis ecclesiasticis in canonicos recipi et in fratres stallis eis in choris et locis in capitulis dictarum ecclesiarum cum dicti iuris plenitudine assignatus necnon reservare huiusmodi donationi tue singulas prebendas in singulis ecclesiasticis ipsis si que tempore reservationem huiusmodi vacabunt vel extunc vacaverint quas persone prefate per se vel procuratores suos ad hoc legitime constitutos infra unus mensis spatium postquam eis vel procuratoribus suis vacationi ipsarum [innotuerint] duxerunt acceptandas et ferendas personis eisdem post acceptationem ||huiusmodi|| cum omnibus iuribus et partem suis ac prebendas huiusmodi, quas reservabis si – ut premittitur – tunc vacabant vel postea vacaverint post acceptationem predictam cum omnibus iuribus et partem supradictis eisdem personis conferre et etiam assignare ac omniam et singulam in predictis primis litteris contenta quo ad personas huiusmodi quarum quelibet unum, duo vel tria aut plura huiusmodi beneficia obtineat executioni debite demandare non obstantibus omnibus que in eisdem primis litteris volumus non obstare et nichilominus personas easdem in assecutionem predictarum ipsarum omnibus etiam auctoritate nostra preterquam venerabilibus fratribus nostris sancte Romane Ecclesie cardinalibus ac familiaribus et officariis nostris huiusmodi prebendas expectantibus volumus anteferri; et in super ex nunc irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam inanis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis et voluntatis infringere *etc.*

Datum Avinione XII Kalendas Aprilis, anno decimo.

^{del.1} cum ad nostrum plurimum fidedignorum testimonio pervenisset auditum quod in Regno Cipri in quo prefata ecclesia consistit consuetudo iuramento vallata et hactenus observata pacifice habebatur quod nullus de maritinis, * presertim Ianuensi, Pisana civitatibus aut loco Venetiarum Castellane diocesis, oriundus in alicuius in dicto regno consistentis ecclesie episcopum aut archiepiscopum preficeretur, prefatusque Andreas electus de dicto loco Venetiarum oriundus existeret et ob hoc fuisset ab administratione eiusdem ecclesie Nicosiensis, quam aliquamdiu habuerat in primordiis suscepti a carissimo in Christo filio nostro Iacobo rege Cipri illustri regiminis dicti regni, pretendente quod provisio ipsa contra prefatam consuetudinem

facta fuerat et quod in ea nulla de consuetudine ipsa mentio habebatur, ac metuentes ex ea sibi et dicto regno periculum imminere, expulsus, et si consuetudo infringeretur eadem gravia scandala in regno suscitarentur predicto, poterantque propterea prefata negotia que sunt magna et ardua non modicum impediri, quodque dictus Andreas electus prefatis regimini et administrationi cedere administrationi cedere voluerat, nec.

del.2 sicut ad nostrum plurium fidedignorum testimonio pervenisset auditum quod in regno Cipri in quo ecclesia prefata consistit consuetudo de iuramento vallata et hactenus observata pacifice habeatur quod nullus de maritinis, presertim Ianuensi, Pisana civitatibus aut loco Venetiarum Castellane diocesis, oriundus in alicuius in dicto regno consistentis ecclesie episcopum aut archiepiscopum preficeretur, prefatusque Andreas electus de dicto loco Venetiarum oriundus existeret et ob hoc fuisset ab administratione eiusdem ecclesie Nicosiensis quam aliquamdiu habuerat in primordiis suscepti a carissimo in Christo filio nostro Iacobo rege Cipri illustri regiminis dicti regni, pretentente quod provisio ipsa contra prefatam consuetudinem facta fuerat et quod in ea nulla de consuetudine ipsa mentio habeatur, ac metuentes ex ea sibi et dicto regno periculum imminere, expulsus, et si consuetudo infringeretur eadem gravia scandala in regno suscitarentur predicto, possentque etiam propterea prefata negotia que sunt magna et ardua non modicum impediri, dictusque Andreas electus mutata [...] voluntate prefatis regimini et administratione cedere voluerat nec intendat. totis desiderus [assecutus] huiusmodi scandalis [obviare].

del.3 cum ad nostrum plurium fidedignorum testimonio pervenisset auditum quod in regno Cipri in quo ecclesia prefata consistit consuetus iuramento vallata et hactenus observata pacifice habebatur quod nullus de maritinis, presertim Ianuensi, Pisana civitatibus aut loco Venetiarum Castellane diocesis, oriundus in alicuius in dicto regno consistentis ecclesie episcopum aut archiepiscopum preficiatur, prefatusque Andreas electus de dicto loco Venetiarum oriundus existeret et ob hoc fuisset ab administratione eiusdem ecclesie Nicosiensis, quam aliquamdiu habuerat in primordiis suscepti a carissimo in Christo filio nostro Iacobo rege Cipri illustri regiminis dicti regni, pretentente quod provisio ipsa contra prefatam consuetudinem facta fuerat et quod in ea nulla de consuetudine ipsa mentio habeatur, ac metuentes ex ea sibi et dicto regno periculum immennere, expulsus, et si consuetudo infringeretur

eadem gravia scandala in regno suscitarentur predicto, poterantque propterea prefata negotia que sunt magna et ardua non modicum impediri, dictusque Andreas electus prefatis regimini et administrationi cedere voluerat nec intendat.

^{del.4} plurium fidedignorum testimonio ad nostrum pervenit auditum quod in regno Cipri in quo ecclesia predicta consistit consuetudo iuramento vallata et hactenus observata pacifice habebatur quod nullus de maritinis, presertim Ianuensi, Pisana civitatibus aut loco Venetiarum Castellane diocesis, oriundus in alicuius in dicto regno consistentis ecclesie episcopum aut archiepiscopum preficeretur, prefatusque Andreas electus de dicto loco Venetiarum oriundus existeret et ob hoc fuisset ab administratione eiusdem ecclesie Nicosiensis, quam aliquamdiu habuerat in primordiis suscepti a carissimo in Christo filio nostro Iacobo rege Cipri illustri regiminis dicti regni, pretentente quod provisio ipsa contra prefatam consuetudinem facta fuerat et quod in ea nulla de consuetudine ipsa mentio habeatur, ac metuentes ex ea sibi et dicto regno periculum imminere, expulsus, et si consuetudo infringeretur eadem gravia scandala in regno suscitarentur predicto, poterantque propterea prefata negotia que sunt magna et ardua non modicum impediri, dictusque Andreas prefatis regimini et administrationi cedere voluerit nec intendat.

* maritinis *R*

α-130

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 261, f. 278r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: E. Iuvenis *mg. s. XX^o mg. d.*

Αβινιόν

17 Ιανουαρίου 1390

Παραχώρηση άφεσης αμαρτιών για πενήντα ημέρες σε όσους επισκεφτούν και βοηθήσουν στην ανοικοδόμηση του ναού της Αγίας Αικατερίνης στην Αμμόχωστο. Ο ναός είχε ιδρυθεί από τον Ιωάννη de Ripparia.

Universis *etc.* ut in prima huius quaterni *usque aptiores*, cupientes igitur ut capella quam quondam Iohannes de Ripparia miles ad honorem Beate Catherine virginis in ^a suburbiis Famagustane – ut asserit – canonicè fundavit, congruis honoribus frequentetur aut Christifideles eo libentius causa devotionis confluant ad eandem ad fabricam ipsius manus promptius porrigatur adiutrices quo ex hiis ibidem uberius dono celestis gratie conspexerit se refertos de omnipotentis Dei misericordia et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius conauctoritate confisi omnibus beati pententibus et confessis, qui in Nativitatis, Circumcisionis, Epiphanie, Resurrectionis, Ascensionis et Corporis Domini nostri Ihesu Christi ac Penthecostes necnon in Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis et Assumptionis Beate Marie Verginis, Nativitatis beati Iohannis Baptiste et beatorum Petri et Pauli ac Beate Catherine predictorum et ipsius capelle dedicamus festivitibus ac in celebritate omnium sanctorum et per ipsarum Nativitatis, Epiphanie, Resurrectionis, Ascensionis Corporis Domini nostri Ihesu Christi, Nativitatis et Assumptionis Beate Marie Virginis, Nativitatis Beati Iohannis et Beatorum Petri et Pauli predictorum festivitatum octabas et per sex dies dictam festivitatem Penthecostes immediate sequentes capellam ipsam devote visitaverint annuatim et ad fabricam huiusmodi manus porrexerint adiutrices singulis, videlicet Beate Catherine tres annos et tres quadragenas et aliarum festivitatum et celebritatis unum annum et quadraginta dies octabarum [vero] et sex dierum predictorum diabus, quibus capellam ipsam visitaverint et manus porrexerint – ut prefertur – quinquaginta dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus ceterim *etc.* ut supra [et] *usque*.

Datum Avinione, XVI Kalendas Februarii, anno duodecimo.

^a suburg *del.R*

α-131

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Intr. Misc. 3334, f. 45r

Έκδοση: Noël Valois, *La France et le grand schisme d'Occident*, τ. 2, σ. 221

[Αβινιόν]

8 Φεβρουαρίου 1390

Ο αβάς Θωμάς, εκπληρών καθήκοντα διαχειριστή της αρχιεπισκοπής Λευκωσίας, πλήρωσε 500 φλορίνια στον απεσταλμένο του πάπα Aymon Séchal, ο οποίος σημειώνει το γεγονός στην έκθεσή του, την οποία υπέβαλε το 1390.

Sequentur recepte omnes facte per dominum Aymonem patriarcham Ierosolimitanum in Rodo et aliis partibus orientalibus de toto tempore quod stetit ibi legatus, missus nomine domini nostri pape Clementis VII et hec tam de iuribus camere apostolice, quam ratione stipendiorum sibi assignatorum per prefatum dominum nostrum papam, quam etiam quovis alio titulo preterquam titulo [imitui] et donationis in virtualibus existentibus et stetit prefatus patriarcha in dicta legatione, tam eundo, stando quam reveniendo, a tertia die mensis Augusti anno Mo CCCmo LXXXV IIIo, qua die iter suum arripuit a domo sua de Meilleree in Genebesio, usque ad XIIIam diem Februarii anno Mo CCCmo, nonagesimo, qua die primo intravit presentem curiam et civitate Avenionensem.

Recepta stipendiorum. {Alt. manus} Ista non est de iuribus camere.

Item recepit a domino Abbate Cave, quondam regentem^a archiepiscopatum Nicossiensem et hoc ad procurationem domini Iohannis de Cursinis titulo gratuito subsidii ut in litteris dicti Abbatis continebatur quingentos ducatos de quibus habuit prefatus dominus Iohannes pro labore et sumptibus Laurentii, sui familiaris, quem Laurentium miserat ad Ciprum, ad procurandum dictam quantitatem, ubi stetit ad ^β prosequandum per XXL dies continuos, sine eundo et reveniendo, quanquaginta ducatos residuum non solum de IIIc et L habuit dictus patriarcha. IIIc et L ducatos.

^a regentis] regentem ^β procurand *del.R*

α-132

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 268, f. 332r
Έκδοση: Ανέκδοτο

Αβινιόν

29 Ιουλίου 1390

Άφηση μετά γάμο για την τέλεση του μυστηρίου μεταξύ του Lanceloti Babini και της Iohanne de Ibelinis. Εξαιτίας των φθορών στο έγγραφο δεν γνωρίζουμε τι είδους κώλυμα υπήρχε.

Venerabili fratri episcopo Paphensi, salutem *etc.*

<vacat> dilecti filii nobilis viri Lanceloti Babini <vacat> filie nobilis mulier Iohanne de Ibelinis <vacat> et Paphensis diocesis petitio continebat, quod olim ipsi <vacat^{ignorantes aliquod}> impedimentum inter eos existere quominus possent <vacat^{invicem}> copulari, matrimonium per verba de presenti iuxta morem <vacat> nemine se opponente, invicem contraxerunt ac prolem <vacat> quodque postmodum ad ipsorum pervenit notitiam <vacat^{consanguinitatis}> gradu invicem sunt coniuncti propter quod in matrimonio <remanere> non possint, dispensatione super hoc apostolica non obtenta. <vacat^{et si divorcium perpetuum}> fieret inter eos, dissensiones et scandala possent ex <vacat> exoriri.

Quare pro parte ipsorum fuit non humiliter <vacat^{providere}> super hoc de oportune dispensamur gratia de benignitate apostolica <vacat>. Nos igitur cupientes huiusmodi dissensionibus et scandalis <vacat> possumus obviare sinceritati tue de qua in hiis et aliis <vacat^{specialem}> in Domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta committimus et <vacat^{mandamus}> quatinus, si est ita et dicta Iohanna propter hoc rapta non fuit, <vacat> Lanceloto et Iohanna ut impedimento quod ex consanguinitatis <vacat> provenit non obstante in huiusmodi sic contracto matrimonio licito <vacat> remanere valeant auctoritate apostolica dispenses prolem et huiusmodi matrimonium <vacat> susceptam et suscipiendam legitimam nuntiando.

Datum Avinione <vacat> [III] Kalendas Augusti, anno tertio decimo.

α-133

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Vat. 305, ff. 307v-308r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: De Ca. Jo de Neapoli *mg. s. XX^m mg. d.* Στο τέλος της εγγραφής έχει διαγραφεί: Dilecto filio decano ecclesie Nicosiensi salutem *etc.* Dignum arbitramur et congruum ut illis se reddat Sedes Apostolica gratiosam quibus.

Ο Bailliain Talhafer κανονικός Πάφου παρουσίασε αίτηση στον αρχιδιάκονο Λευκωσίας σχετικά με το κανονικάτο της Πάφου το οποίο κατείχε ο Βερνάρδος Longocampo όσο ήταν εν ζωή, ο οποίος μάλιστα ήταν παπικός ιερέας-εφημέριος. Μετά τον θάνατό του ο Bailliain Talhafer ο οποίος το ανέμενε (*expectabat*) το έλαβε στον οφειλόμενο χρόνο. Ωστόσο, ο Bailliain Talhafer δεν είναι βέβαιος αν είναι νόμιμη η διεκδίκηση του κανονικάτου εκ μέρους του, ενώ αν και το έλαβε δεν είναι σίγουρος αν και θεωρείται κενή αυτή όντως είναι.

Dilecto filio archidiacono ecclesie Nicosiensis, salutem *etc.*

Dignum arbitramur et congruum ut illis se reddat Sedes Apostolica gratiosam quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur.

Exhibita siquidem nobis, pro parte dilecti filii Bailliain Talhafer, canonici Paphensis, petitio continebat, quod olim canonicatu et prebenda ecclesie Paphensis quos quondam Bernardus de Longocampo olim ipsius canonicus, dum viveret obtinebat, pro ipsius Bernardi obitum, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacantibus idem Baillianus virtute quorundam litterarum nostrorum pro quas ipse canonicatum dicte ecclesie obtinens prebendam eiusdem expectabat canonicatum et prebenda predictas infra tempus debitum acceptavit et de eis sibi obtinuit providentia. Cum autem, sicut eadem petitio subiangebatur idem Baillianus dubitet acceptationem et provisionem huiusmodi iuribus non subsistere, dictique canonicatus et prebenda adhuc per huiusmodi obitum vacare dicantur, nos, volentes eundem Baillianum premissorum meritorum suorum intuitum, favore prosequi gratioso, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus si, post diligentem examinationem, dictum Baillianus ad hoc ydoneum esse repperis super quo tuam consientiam, oneramus canonicatum a prebendam predictos, si – ut premititur – vacant est temporum date presentium non sit in eis aliocui specialiter ius quesitum, etiam si dispositioni apostolice specialiter, reservati existant, etiamsi dictus Bernardus, dum viveret, Sedis Apostolice capelanum fuerit, et propterea dictus canonicatus et prebenda dispositione apostolice generaliter fuerit reservati cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus a pertinentiis suis eidem Bailliano auctoritatem nostram conferas et assignes, inducens per te, vel alium seu alios eiundem Baillianum, vel procuratorem suum eius nomine, in corporalem possessionem canonicatus et probende, iurisque et pertinentiarum predictorum et defendens inductum, a moto ex inde quolibet illicito detentore ac faciens ipsum vel dictum procuratorem pro eo ad huiusmodi prebendam in eadem ecclesia in canonicum

recipi et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie cum dicti iuris plenitudine assignatis sibusque de ipsorum canonicatus et prebenda, fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus integre responderi. Contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie Paphensis contrariis iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, aut si aliqui apostolica vel quavis auctoritate in eadem ecclesia in canonicos //^{308r} sint recepti vel – ut recipiantur – insistant. Seu si super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis ipsis ecclesie aut aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarunt, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus in assecutionem dictorum canonicatus et prebende eundem Baillianum volumus anteferri, quod nullum per hoc eis quoad assecutionem canonicum et prebendarum ac beneficiorum aliorum preiudicium, seu si venerabili fratri nostro episcopo Paphensi ut quibusuis aliis communiter vel divisim et dictam sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie aut aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim <spectantibus>, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam ac expressa ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiusque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam esseccutione huiusmodi gratie impedire valeat quomodolibet vel differe et de qua cuiusque toto tenore habenda sic in nostris litteris mentio specialis. Aut si dictus Baillianus presentus non fuerit ad prestandum de obquandis statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie solitum iuramentum, dummodo in absentia sua per procuratorem ydoneum et cum ad ecclesiam ipsam accesserit, corporaliter illud prestet.

Volumus autem quod quamprimum idem Baillianus vigore presentium dictos canonicatum et prebendam ^a fuerit pacifice assecutus, prefate littere et processus habere per easdem et quecumque inde secuta sint cassa et irrita nulliusque roboris vel momenti et in super, si dictus Baillianus ad hoc repertus fuerit ydoneus – ut prefertur – ex nunc proinde irritum decernimus et inane si secus super hiis a quomque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, ac si die date presentium

eidem Bailliani ad hoc reperto ydoneo de dictis canonicatu et prebenda cum interpositione decreti mandavissemus provedere.

Datum Avinione XVII Kalendas Augusti, anno quintodecimo. Expedita XVI Kalendas Octobris, anno XV H. de Spina.

^a fe del. R

α-134

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Vat. 302, f. 142r-143v

Έκδοση: Βλ. *Monasticon Praemonstratense*, Editio Prima, Tomus III, 1956, σ. 185

και *Monasticon Praemonstratense* (III, 181) για το Fontcaude. Eubel, *Die*

Avignonische, σ. 87, αρ. 727

Σημειώσεις: Gratis [... de mandato quater].

Αβινιόν

7 Οκτωβρίου 1392

Στον επίσκοπο Λεμεσού Ιωάννη παραχωρείται η διαχείριση και τα έσοδα της Μονής της Santa Maria Yvellina, ως αβάζ του τάγματος των Πρεμονστρατένσιων στην επισκοπή της Μασαλίας.

Venerabili fratri ||Iohanni||, episcopo Nimociensi, salutem *etc.*

Regimini universalis ecclesie quanquam insufficientibus meritis, disponente Domino, presidentes, cum de universis orbis ecclesiis et monasteriis, pro eorum statu ^a salubriter dirigendo, agitur – quantum ^b nobis ex alto permittitur – sollicite cogitamus, sed ea propensior sollicitudo, nos urget ut illis que propriis sunt destituta pastoribus de salubri ^γ remedio providero curemus quodque illorum, qui maiori prefulgent titulo dignitatis, prout personarum ac locorum et temporum qualitas exigit necessitatibus consulamus.

Dudum siquidem, provisiones ecclesiarum et monasteriorum omnium apud Sedem Apostolicam tunc vacantium et imposterum vacaturarum ordinationi et dispositioni nostre duximus reservandas, decernentes extunc irritum et inane si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Cum itaque, postmodum monasterium Beate Marie de Yvenna, Premonstratensis ordinis Massiliensis diocesis, per //^{142v} obitum quondam Gullielmi eiusdem monasterii

abbatis, qui apud dictam sedem diem clausit extremum, apud sedem ipsam vacaverit et vacet ad presens, nullusque preter nos hac vice provisione ipsius monasterii disponere potuerit neque possit, reservatione et decreto obsistentibus supradictis. Nos, ^δ attendentes quod tu de bonis ad mensam tuam episcopalem Nimociensis spectantibus, statum tuum iuxta episcopalis dignitatis exigentiam tenere non potes et tibi, ut statum tuum huiusmodi decentius tenere valeas, ^ε eidem monasterio, ne in spiritualibus et temporalibus detrimentum patiatur providere volentes sperantesque, quod tu, qui ecclesie Nimociensis hactenus laudabiliter prefuisti prefato monasterio esse poteris multipliciter ^{στ} fructuosus dictum monasterium sit vacans, cum omnibus iuris et pertinentiis suis tibi per te quo ad [in] ecclesie Nimociensis preueris tendum, regendum et etiam gubernandum, auctoritate apostolica commendamus curam et administrationem dicti monasterii ac bonorum et iurium ipsius tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, ut monasterium ipsum tuo regimini ||et|| gubernationi commissum huiusmodi commenda durante, spiritualiter et temporaliter iuxta ^ζ datam tibi a Deo prudentiam regas, dirigas et augmentes ac fructus, redditus et proventus, iura et obventiones ^η universa ad mensam abbatialem dicti monasterii pertinentia, que ^θ dictis oneribus abbati dicti monasterii pro tempore existenti incumbentibus supererunt in tuos et dicti monasterii usus convertere libere valeas alienatione tamen bonorum immobilium et preciosorum mobilium dicti monasterii tibi penitus interdicta. Tu ergo circa eiusdem monasterii regimen et gubernationem sollicite et fideliter exercenda sic te exhibeas diligentem et etiam studiosum, quod ^ι predictum monasterium divina tibi favente clementia sub gubernatione tua provida et salubri votivis continue in eisdem ^ω spiritualibus et temporalibus proficiat ^φ incrementis, nosque tue circumspectionis et diligentie studium dignis possimus in Domino laudibus commendare.

Datum Avinione, Nonas octobris, anno quartodecimo.

In eodem modo dilectis filiis conventui monasterii Beate Marie de Yvenna, Premonstratensis ordinis, Massiliensis diocesis, salutem etc. Regimini universalis ecclesie etc. Usque interdicta.

Quocirca discretionis nostre per apostolica scripta mandamus quatenus eundem Iohannem episcopum huiusmodi commenda durante grato admittentes honore ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas, eius salubria monita et mandata suscipiatis ^ψ humiliter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam

quam ipse rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctoritate Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

//^{143r} *In eodem modo* dilecto filio abbati monasterii Fontes Calidum Premonstratensis ordinis Biterrensis diocesis, salutem *etc.* Regimini *etc* usque interdicta. Cum igitur ut idem Iohannes episcopus in commissa sibi cura dicti monasterii, quod tibi tamquam patri abbati ex institutis eiusdem ordinis subesse dinoscatur facilius proficere valeat, tuus favor ei fore noscatur plurimum opportunus, discretionem tuam rogamus et hortamur attente per apostolica scripta tibi mandantes quatenus eiundem Iohannem episcopum et commissum si monasterium habens pro nostra et Apostolice Sedis reverentia huiusmodi commenda durante propensius commendatos in ampliandis et conservandis iuribus ipsius monasterium sic eos tui favoris auxilio prosequaris quod idem episcopus tuo fultus auxilio in commisso sibi eiusdem monasterii regimine se possit utilius exercere tuque divinam misericordiam et dicte sedis ac nostram benevolentiam valeas uberius ex inde provideri. Datum *ut supra*.

In eodem modo venerabili fratri episcopo Massiliensis, salutem *etc.* Regimini universalis *etc* usque interdicta. Cum igitur ut idem Iohannes episcopus in commissa sibi cura predicti monasterii, quod tibi est ordinario iure subiectum facilius proficere valeat, tuis favor ei fore noscatur plurimum opportunus, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente per apostolica scripta tibi mandantes, quatenus dictos Iohannem episcopum et monasterium sibi commendatum huiusmodi commenda durante habens pro nostra et dicte sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis iuribus suis, sic eos tui favoris auxilio prosequaris quod ipse Iohannes episcopus tuo fultus auxilio in commisso sibi monasterii prefati regimine se possit utilius exercere tuque divinam misericordiam et dicte sedis ac nostram benivolentiam valeas exinde uberius promoveri. Datum *ut supra*.

Expedita IIII Nonas Martii, anno XV, H. de Spina. Tradita parti III Nonas Martii anno XV, Io. Guiardi.

^a salus *del.* R ^β cum dicto et *del.* R ^γ me *del.* R ^δ volentes *del.* R ^ε ece *del.* R ^σ fructuosos de fructuosus et dictam *del.* R ^ζ dictam *del.* R ^η no *del.* R ^θ dictus *del.* R ^ι prefatum *del.* R ^υ spa *del.* R ^φ increner *del.* R ^ψ hol *del.* R

α-135

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Vat. 306, ff. 9v-11r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Τίτλος σελίδας: Q.I. De provisionibus prelatoris [domini] Clementis pape VII anni quintodecimi. Στην αρχή της εγγραφής: Gratis de mandato *mg. s. E.* [Iunenis]. Αριστερή ωά: De provisionibus p<reben>torum anni quintodecimi.

Αβινιόν

16 Δεκεμβρίου 1392

Στον αρχιεπίσκοπο Λευκωσίας Ανδρέα παραχωρείται η διαχείριση της επισκοπής Cavallicensis (Cavaillon).

Clemens *etc.* dilecto filio Andree electo Nicosiensi, administratori in spiritualibus et temporalibus ecclesie Cavallicensis, salutem et apostolicam benedictionem.

Romani pontificis, quem Pastor Ille celestis et episcopus animarum potestatis sibi plenitudine tradita ecclesiis pretulit universis, plena vigiliis sollicitudo requirit ut ipse circa cuiuslibet statum ecclesie sic vigilanter excogitet, sicque prospiciat diligenter, quod per eius providentiam circumspectam ecclesiis singulis pastor accedat ydoneus et rector providus deputetur per quem ecclesie ipse, superni favoris auxilio suffragante, preserventur a noxiis et votive prosperitatis successibus gratulentur.

Dudum siquidem, bone memorie Hugone episcopo Cavallicensi regimini ecclesie Cavallicensis presidente, nos, cupientes dicte ecclesie cum vacaret utilem et ydoneum per Apostolice Sedis providentiam presidere personam, provisionem ipsius ecclesie dispositioni nostre duximus ea vice specialiter reservandam, decernentes extunc irritum et inane si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Cum itaque postmodum ecclesia predicta per obitum ipsius Hugonis episcopi, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacaverit et vacare noscantur ad presens, nullusque preter nos hac vice de ipsius ecclesie provisine se intromittere potuerint neque possit, reservatione et decreto obsistentibus supradictis. Nos [ne] dicte ecclesia in spiritualibus et temporalibus detrimenta patiatur providere volentes ac attendentes, quod tu de cuius persona. Dudum de fratrum nostrorum consilio ecclesie Nicossiensis tunc vacanti duximus providendum eidem ecclesie Cavallicensi esse poteris plurimum fructuosus te rectorem et administratorem dicte ecclesie Cavallicensem in spiritualibus et

temporalibus ||donec et quo usque regimine, administrationem prefate ecclesie Nicossiensis ac possessionem bonorum ad mensam archiepiscopalem Nicossiensis spectantium [fueris] pacifice assecutus vel per te steterit quominus illa habeas auctoritate apostolica|| tenore presentium constituimus et etiam deputamus ipsius regimine gubernationem, et administrationem ac fructuum et proventuum, emolumentorum //^{10r} bonorum et iurium ad mensam episcopalem Cavallicensem pertinentium perceptionem tibi in eisdem spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, ut dictam Cavallicensem ecclesiam tue gubernationi et administrationi commissam spiritualiter et temporaliter iuxta datam tibi a Deo prudentiam regas, dirigas et augmentes ac de huiusmodi fructibus, redditibus, proventibus, iuribus emolumentis et obventionibus universis ad dictam mensam spectantibus ordines et disponas illos, que in tuos ac dicte ecclesie Cavallicensis usus convertere libere possis prout veri episcopi Cavallicensis, qui fuerint pro tempore de illis disponere et ordinare potuerunt ac etiam debuerunt, alienatione tamen quorumlibet bonorum immobilium ac preciosorum mobilium eiusdem Cavallicensis ecclesie tibi penitus interdicta. Tu igitur circa ipsius ecclesie Cavallicense regimen et administrationem sollicite et fideliter excercenda sic te fructuosum exhibeas, quod ipsa Cavallicense ecclesia divina tibi favente clementia sub tua gubernatione provida et salubri votivis continue in eisdem spiritualibus et temporalibus amplientur ac commodis salubribus proficiat incrementis. [Nosque] tue circumspectionis et diligentie studium fructuosum dignis possimus in domino laudibus commendare.

Datum Avinione, XVII Kalendas Ianuarii, pontificatus nostri anno quintodecimo.

In eodem modo dilectis filiis capitulo ecclesie Cavallicensis, salutem et apostolicam benedictionem. Romani pontificis *etc.* usque interdictam.

Quocirca discretioni nostre per apostolica scripta mandamus, quatinus eundem Andree administratori, tamquam patri et pastori animarum humiliter intendentes ac exhibentes ei reverentiam et obedientiam debitas et devotas, eius monita et mandata salubria huiusmodi durante commenda suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam, quam ipse rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis clero civitatis et diocesis Cavallicensis, salutem et apostolicam benedictionem. Romani pontificis *etc.* usque interdicta.

Quocirca discretioni //11r nostre per apostolica scripta mandamus quatenus eidem Andree administratori, tamquam patri et pastori animarum vestrarum humiliter attendentes ac exhibentes ei reverentiam et obedientiam debitas et devotas, eius monita et mandata salubria huiusmodi administrationem durante suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam sine penam quam ipse rite tulerit in rebelles ratam habuimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis populo civitatis et diocesis Cavallicensis, salutem et apostolicam benedictionem. Romani pontificis *etc.* usque interdictam quocirca universitati [inter] per apostolica scripta mandamus quatenus predictum Andream administrationem tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum suscipientes devote ac debita honorificentia prosequentes ipsius monitis et mandatis salubribus huiusmodi administratione durante humiliter [intendatis] itaque ipse in vobis devotionis filios et vos in eo per consequens patrem invenisse benignivolum gaudeatis. Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis universis vassalis ecclesie Cavallicensis, salutem et apostolicam benedictionem. Romani pontificis *etc.* usque interdictam quocirca universitatibus per apostolica scripta mandamus quatenus predictum Andream administrationem debita honorificentia prosequentes ei fidelitate solitam necnon consueta servitia et iura sibi a nobis debita huiusmodi administratione durante exhibere integre studeatis. Alioquin sententiam sine penam quam dictus administrator rite tulerit vel statuerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

In eodem modo venerabili fratri archiepiscopo Arelatensi, salutem et apostolicam benedictionem. Ad cumulum tue cedit salutis et fame, si personas ecclesiasticas, presertim pontificali dignitate predictas oportuni favoris auxilio prosequaris. Dudum siquidem, bone memorie Hugone episcopo *etc.* Usque interdicta quocirca fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente per apostolica scripta mandantes quatenus eundem Andream administratiorem et ecclesiam Cavallicensem predictam tibi metropolitico iure subiectam habes pro nostra et Apostolice Sedis reverentia commendatos in ampliandis et conservandis iuribus suis sit enim tui favoris presidio prosequaris ut ipse per tui favoris auxilium possit in commisso sibi eiusdem Cavallicense ecclesia regimine se utilius exercere tuque divinam misericordiam et dicte sedis benivolentiam valeas exinde uberius promereri. Datum *ut supra*.

[Tradita] VIII Kalendas Ianuarii, anno quintodecimo [R. Colini].

^aquartodecimi *del.* R

α-136

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Vat. 305, f. 310r-v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Στο τέλος της εγγραφή: De Ca. Jo de Neapol. *mg. s. XX mg. d.*

Αβινιόν

16 Ιουλίου 1393

Παραχώρηση του κανονικάτου της Πάφου και των εισοδημάτων του στον πρεσβύτερο Λευκωσίας *Gabrielis de Leon* μετά τον θάνατο του *Bernardus Esmerati*, ο οποίος το κατείχε. Ο επίσκοπος Πάφου *Ραϋμούνδος* το παραχώρησε στον *Gabriel de Leon*.

Dilecto filio archidiacono ecclesie Nicosiensi, salutem etc.

Dignum arbitramur et congruum ut illis se reddat Sedes Apostolica gratiosam quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur.

Exhibita siquidem nobis, pro parte dilecti filii Gabrielis de Leon presbiteri, Nicosiensis diocesis, petitio continebat, quod olim canonicatu et prebenda ecclesie Paphensis quos quondam Bernardus Esmerati ipsius ecclesie canonicus dum viveret obtinebat per ipsius Bernardi obitum, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacantibus, venerabilis frater noster ||Raymundus|| episcopus Paphensis dictos canonicatum et prebendam vacantibus eidem Gabrieli auctoritate ordinaria contulit et providit etiam de eisdem. Cum autem sicut eadem petitio subiungebat idem Gabriel dubitet collationem et provisionem huiusmodi ex certis causis iuribus non subsistere, dictique canonicatus et prebenda adhuc per huiusmodi obitum vacare dicantur, nos, volentes eundem Gabrielem apud nos de vita ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu favore prosequi gratioso, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus si, post diligentem examinationem, dictum Gabrielem ad hoc ydoneum esse reppereris,

super quo tuam conscientiam oneramus, canonicatum et prebendam predictos, si – ut premittitur – vacantes et tempore date presentium non sit in eis alicui specialis ius quesitum ipsique Gabrieli collatur fuerit – ut prefertur – etiam si dispositioni apostolice specialiter, reservati existant, con plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinentiis suis eidem Gabrielli auctoritate nostra conferas et assignes, inducens per te, vel alium seu alios eum, vel procuratorem suum eius nomine, in corporalem possessionem canonicatus et prebende, iuriumque et pertinentiarum predictorum et defendens inductum, a moto ex inde quolibet illicito detentore ac faciens ipsum vel dictum procuratorem pro eo ad huiusmodi prebendam in eadem ecclesia in canonicatum recipi et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie cum dicti iuris plenitudine assignatis sibi de ipsorum canonicatus et prebende, fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventibus universis integre responderi. Contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie contrariis iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, aut si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in eadem ecclesia in canonicatos sint recepti vel – ut recipiantur – insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis ecclesie speciales aut aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetravint, “ etiam si per eas //^{310v} ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus in assecutionem dictorum canonicatus et prebende prefatum Gabrielem volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem canonicatum et prebendarum ac beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si episcopo pro tempore existenti et dilectis filiis capitulo Paphensi vel quibusvis aliis communiter vel divisim a dicta sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie aut aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et quamlibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali vel cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris

mentio specialis. Seu si dictus Gabriel presens non fuerit ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie solitum iuramentum, dummodo in absentia sua per procuratorem ydoneum et cum ad ecclesiam ipsam accesserit corporaliter illud prestet. Nos enim se dictus Gabriel ad hoc repertus fuerit ydoneum – ut prefertur – ex nunc proinde irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptare, ac si die datum presentium ^β eidem Gabrieli non ad hoc reperto ydoneo de dictis canonicatu et prebenda cum interpositione decreti mandavissemus provideri.

Datum Avinione XVII Kalendas Augusti anno quintodecimo. Expedita XVI Kalendas Octobris, anno Xvmo. H. de Spina.

^α eca *del.* R ^β non sit *del.* R

α-137

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχιερατική σειρά: Reg. Vat. 308, f. 17r
Έκδοση: Ανέκδοτο

Αβινιόν

17 Νοεμβρίου 1393

Ο παπικός υποεισπράκτορας Πέτρος Merle διατάζεται να μην ενοχλήσει για τη δεκάτη τον επίσκοπο Λεμεσού Ιωάννη Stino, ο οποίος έχει στη διαχείρισή του τη μονή της Παναγίας Yvelina, στην επισκοπή της Μασσαλίας, που του έχει παραχωρηθεί εξαιτίας της εμπερίστατης κατάστασης της επισκοπής του.

Venerabili viro domino Petro Merle *etc.* et eius in civitate et diocesis Massiliensis apostolico succollectori, salutem in Domino.

Oblatis nobis pro parte reverendi in Christo patris domini Iohannis miseratione divina episcopi Nimociensi intuitu paupertatis [...], quod propter scisma, quod in Dei ecclesia viget, presentialiter gravatur supplicationibus favorabiliter inclinati vobis et vestrum cuilibet tenore presentium districtius inhibemus, ne ipsum dominum episcopum ad solvendum vobis seu vestrem alteri camere apostolice, [nomine] vacationem nec etiam decimas et procuraciones [commune] abbacie beate Marie de Yvernia, premostratensis ordinis, Massiliensis diocesis, quam ipse dominus episcopus tenet, auctoritate apostolica, in commendam [decetero] quovisque aliud habueritis

super hac expressius in mandatis ullatenus compellatis seu molestetis quin primo, si ac quicquid in contrarium feceritis, in statum pristinum et debitum, visis presentibus, reducere curetis. In quorum *etc.*

Datum Avinione, XVII Novembris, anno predicto.

ΑΠΟΣΤΟΛΟΣ ΚΟΥΡΟΥΠΑΚΗΣ

ΒΕΝΕΔΙΚΤΟΣ ΙΓ΄

Petrus Martínez de Luna y Gotor (Petrus Lunae).

Εκλογή 28 Σεπτεμβρίου 1394 (εθρόνιση 11 Οκτ. 1394), † Peñíscola 23 Μαΐου 1423.

β-1

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 299, f. 488v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: De Ca. E. Iuvenis [vista. ast.] *mg. s. X⁼⁼ mg. d.*

Αβινιόν

20 Ιουνίου 1394

Ο επίσκοπος Πάφου λαμβάνει την άδεια να μη νηστέψει.

Dilecto filio Symoni electo Paphensi, salutem *etc.* Provenit *etc.* ut in forma absque [clausola ieiunii] usque.

Datum Avinione, XII Kalendas Iulii, anno secundo.

β-2

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 278, f. 181v

Έκδοση: K. Eubel, *Bullarium Franciscanum*, τ. 7, αρ. 896

Σημειώσεις: XX *mg. d.*

Αβινιόν

12 Οκτωβρίου 1394

Πλήρωση της επισκοπής του Κορύκου από τον Φραγκισκανό Ιάκωβο, λόγω της μετάθεσης του Ουμπερτίνου στην επισκοπή Patti e Lipari στη Σικελία.

Venerabili fratri Iacobo episcopo Coricorensi, salutem *etc.*

Rationi congruit et convenit honestati, ut ea, que de Romani pontificis providentes processerunt, licet eius superveniente obitu super illis littere apostolice confecte non fuerint suum consequantur effectum.

Dudum siquidem, per felicis recordationis Clementem papam VII predecessoris nostrum intellecto quod ecclesia Coricorensi ex eo vacabat quod pre memorie Gregoriis papa XI predecessor noster venerabilem fratrem nostrum Ubertinum

Pactensis et Lipparrensis tunc Coricorensis episcopum a vinculo, quo ipsi Coricorensis ecclesie, cui tunc preerat, tenebatur de fratrum suorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolvens //^{182r} ad Pactensis et Lipparrensis ecclesiis, invicem canonice unitis, tunc vacantes, duxerat auctoritate apostolica transferendum, ipsumque illis [prefecerat] in episcopum et pastorem, idem Clemens predecessor [cupiens] eidem Coricorensi ecclesie per Apostolice Sedis providentes utilem et ydoneam presidere personam provisione ipsius ecclesie ordinationi et dispositioni sue ea vice duxit specialiter reservandam, decernentes extunc irritum et inane si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Et deinde ad provisionem ipsius Coricorensis ecclesie celerem et felicem ne prolixè vacationis subiacere incommodis paternis et sollicitis studiis intendens post deliberationem, quam ipse de preficiendo eidem ecclesie personam huiusmodi cum fratribus suis habuit diligentem, demum ad te ordinis Fratrum Minorum professorem in presbiteratus ordine constitutum, cui de litterarum scientia, vite ac morum honestate, aliisque multiplicium virtutum meritis apud eundem Clementem predecessorem laudabilia testimonia prehibeantur ^a ||direxit|| aciem sue mentis, quibus omnibus debita meditatione pensatis de persona tua dicto predecessori et eisdem fratribus ob dictorum tuorum exigentiam meritorum accepta, eidem Coricorensi ecclesie de predictorum fratrum consilio, videlicet XIII Kalendas Augusti pontificatus sui anno XIII, auctoritate apostolica providit, teque illi preficit in episcopum et pastorem curam et administrationem ipsius ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie commitendo et deinde de mandato ipsius Clementis predecessoris munus consecrationem extitit tibi impensum. Cum autem idem Clementes predecessor, litteris apostolicis super provisione huiusmodi non confectis, rebus fuerit – sicut Domino placuit – humanis exemptus, nos, divina favente clementia, ad apicem summi apostolatus assumpti, volentes quod premissa plenum sortiantur effectum ac sperantes in Eo qui dat gratias et largitur premia quod prefata ecclesia sub tuo felici regimine, gratia tibi assistente divina, prospere et salubriter dirigetur ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus, iugum Domini tuis impositum humeris prompta devotione suscipiens, curam et administrationem predictas sic exercere studeas sollicite, fideliter et prudenter quod ipsa ecclesia gubernatori provideo et fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque preter

eterne retributionis premium nostram et dicte sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis.

Datum Avinione III Idus octobris, anno primo. Expedita III Idus Maii, anno primo. R. de Valle. Tradita parti II Idus Maii, anno primo. P. [...].

^a duxerit *del.* R

β-3

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Suppl. 94, f. 66r

Έκδοση: «Documents relatifs au Grand Schism», *Analecta Vaticano-belgica*, αρ. 830, σ. 213.

Αβινιόν

24 Οκτωβρίου 1394

Ο κληρικός Petro Garcini αιτείται την παραχώρηση του κανονικάτου της Λευκωσίας και του Riez στη Γαλλία (Regensis), όταν αυτά κενωθούν.

Item Petro Garcini clerico, beneficiato in ecclesia Dignensis, quatinus sibi gratiam facientes, specialem de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura vacans vel vacaturi, spectans communiter vel divisim ad collationem *etc.* episcopi et capituli singulorumque canonicorum et personarum ecclesie Cameracensis vel Regensis aut Nicosiensis, etiam si prioratus administratio vel officium in eadem ecclesia existat, non obstantibus, quod dictum clericatum obtineat, cuius fructus annuatim supra locum XII florinorum auri non excedunt, eidem dignum, *ut supra*.

β-4

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Suppl. 89, f. 16v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Στην αρχή του φύλλου: Rotulus archiepiscopi Nicosiensis. Στο τέλος του φύλλου 17v έχει σημειωθεί: *Datum Avinione pro hiis, qui petuit in ecclesiis vel*

diocesis Nicossiensis vel Cavallicensis, ottavo Kalendas Novembris, item pro certis septimo Kalendas Novembris, anno primo.

Αβινιόν

25 Οκτωβρίου 1394

Ο Ανδρέας, αρχιεπίσκοπος Λευκωσίας αιτείται στον πάπα Βενέδικτο ΙΓ' την παραχώρηση του κανονικάτου της Λευκωσίας στον Egidio de Boulay, κληρικό.

Supplicat sanctitati vestre devotus vester Andreas Archiepiscopus Nicossiensis, administratorque ecclesie ^a Cavallicensis, quatenus infrascriptas petitiones dilectorum familiarum suorum commensalium cum exauditionem gratie misericorditer concedere dignemini cum deffectum correctione et emendatione et cum non obstans et clericis oportuni ac executorem *ut in forma*.

Item devoto viro Egidio de Bouley clerico diocesis Leodiensis de nobili genere procreato gratiam facientes specialem de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura vacante vel vacaturo spectantes communiter vel divisim ad collatione *etc.* abbatis et conventus monasteri Sancti Dyonisii ordinis S. B<enedicti> Parisiensis diocesis, etiam si canonicatus et prebenda in eadem collatione existat vel ad collationem archiepiscopi, decani, archidiaconi singulorumque canonicorum et personarum ecclesie Nicossiensis, etiam si dignitas canonicatus et prebenda aut officium seu administratio in eadem ecclesiam existat, aut si dispositioni Sedis Apostolice generaliter vel specialiter fuerit reservatis eidem Egidio dignimini misericorditer providere cum non obstantibus et clausolis oportunis, *ut in forma*.

^a ni *del.* R

β-5

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 300, f. 208r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Jo. Mureti *mg. s.*

Αβινιόν

13 Σεπτεμβρίου 1395

Ο Ιωάννης της Βηρυτού, ανιψιός του βασιλιά Ιακώβου και πρέσβης του βασιλιά στον πάπα Βενέδικτου ΙΓ' ονομάζεται έμπιστος του, και του παρέχονται διευκολύνσεις και προνόμια.

Dilecto filio nobili viro Iohanni de Lusignano domino Beruti, salutem *etc.*

In domo summi patris familias ecclesia videlicet militante dispensatores ab eo licet meritis impares constituti commissimus nobis ministerium tunc ad ipsius beneplacitum et equitatis debitum exequi credimus cum principes orthodoxos eos presertim, qui Deum tamen et ecclesiam reverentes sue claritatem originis operibus virtuosus illustrent paterno sinu fovendos suscipimus oportunisque prosequimur gratiis et honoribus ampliamus.

Volentes itaque tibi, qui carissimi in Christo filli nostri Iacobi regis Cipri illustris nepos et ambaxiator pro diversis et magnis negotiis, nos, et Romanam Ecclesiam, necnon ipsum regem et reginam suum non mediocriter tangentibus ad nos destinatus existis, in quorum per tractationibus et prosecutionibus tuas prudentiam, circumspectionem et industriam commendabiles devotionemque et reverentiam filiales ad nos et ecclesiam cognovimus ab experto paternam benivolentiam, quam ad te gerimus ostendere per effectum te in nomine et Sedis Apostolice specialem et peculiarem filium familiaremque domesticum atque fidum recipimus per presens, volentes quod tanquam noster et sedis prefate specialis et peculiaris filius et familiaris domesticus et venerabilibus fratribus nostris patriarchis, ^a archiepiscopis et episcopis et dilectis filiis electis abbatibus, prioribus, prepositis, decanis, archidiaconis ac aliis personis ecclesiasticis quibuslibet honorifice pertracteris nobilitati tue nichilominus concedentes quod omnibus et singulis privilegiis, prerogativis libertatibus et immunitatibus, quibus filii et familiares huiusmodi gaudere et poteri consueverint gaudeas et etiam potiaris premissa tamen ad ea, que violationem libertatis turbationem iurisdictionis occupationem sive retentionem decimarum bonorum vel iurium ecclesiasticorum quomodolibet concernerent quod obsit volumus aliquo modo non excendi. Nulli ergo *etc.* nostre receptionis voluntatis et concessionis infringere *etc.*

Datum Avinione, Idus Septembris, anno secundo. T. III Idus Octobris, anno tertio.
B. Fortis.

^a nostris *del.* R

β-6

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 299, f. 67r-68r
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: XX *mg. d.*

Αβινιόν

31 Ιουλίου 1396

Στον Λουδοβίκο Assanti, κληρικό της επισκοπής της Ρόδου και με τη συγκατάθεση του επισκόπου του Αλμπάνο Νικόλαου, εξασφαλίζεται το κανονικάτο της Λευκωσίας με τα ανάλογα δικαιώματά του, εάν αυτό κενωθεί μετά την πρώτη Μαΐου του 1397. Η παραχώρηση γίνεται παρά το κώλυμα της νόθου γέννησής του (*defectu natalium*).

Dilecto filio officiali Colocensi, salutem *etc.*

Dignum arbitramur et congruum ut illus se reddat Sedes Apostolica gratiosam quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragante.

Volentes itaque dilectum filium Ludovicum Assanti, clericum Colocensis diocesis, apud nos de vite ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu necnon consideratione venerabilis fratris nostri Nicholas episcopi Albanensi pro dicto Ludovico dilecto suo nobis super hoc humiliter supplicantis, favore prosequi gratioso, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus si, post diligentem examinationem, dictum Ludovicum cum quo dudum //^{67v} – ut asserit – ut defectu natalium, quem patitur de soluto genitus et soluta non obstante, ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum sine cura obtinere valeret existit auctoritate apostolica dispensatum ad hoc alias ydoneum esse reppereris, super quo tuam conscientiam oneramus, beneficium ecclesiasticum sine cura dummodo canonicatus et prebenda ecclesie cathedralis non fuerit cuius fructus, redditus et proventuum quadraginta librarum turonensium parvorum secundum taxationem decime valorem annum non excedant ad collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem venerabilis fratris nostri archiepiscopi Nicosiensis et dilectorum filiorum decani et capellani singulorumque canonicorum et personarum ecclesie Nicosiensis communiter vel divisim presentes, si quod post Kalendas Maii anni domini millesimi trecentissimi novagesimi septimi vacaverit, quod dominus Ludovicus pro se vel procuratorem suum ad hoc legitime constitutum infra unus mensis spacium postquam sibi vel eidem procuratori vacatio illius innotuerit duxerit acceperandum conferendam eidem Ludovico post

acceptationem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinentiis suis donationi tue auctoritate apostolica reservantes, districtius inhibendo, eisdem archiepiscopo, decano, capitulo, canonicis et personis ne de huiusmodi beneficio interim etiam ante acceptationem eandem nisi postquam eis constiterit quod Ludovicus vel procurator predicti illud voluerint acceptare disponere quodquo presumant ac nichilominus huiusmodi beneficium quod reservabus cum vacaverit – ut prefertur – eundem Ludovico post acceptationem predictam cum cuiusbus iuribus et pertinentiis suspradictis eadem auctoritate conferas et assignes iudicens per te vel alium seu alios eundem Ludovicum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem beneficium, iuriumque et pertinentiarum predictorum et defendens inductum ac facientes sibi de ipsius beneficii, fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi, contradictores auctoritate nostra appellatione postposita conpescendo. Non obstantibus si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus ^a preterquam auctoritate nostra huiusmodi beneficia expectantibus dictum Ludovicum in assecutionem huiusmodi beneficii volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si eisdem archiepiscopo, decano, capitulo, canonicis et personis vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisum alicuius minime tentantur, et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad id eorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentes generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differi et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Aut si hodie pro alio vel aliis super equali vel equalibus gratia vel gratiis de simili beneficio ad collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem archiepiscopi, decani, capituli, canonicorum et personarum predictorum communiter vel divisim pertinente litteras nostras duxerimus concedendas. Nos enim tam illas quam presentes effectum sortiri

volumus quacumque constitutionem apostolica contraria non obstante et in super, si dictus Ludovicus ad hoc repertus fuerit idoneus – ut prefertur – //^{68r} ex nunc proinde irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptari, ac si die datum presentium huiusmodi beneficium cum vacaret, quod Ludovicus ducent acceptandum – ut prefertur – conferendum eidem Ludovico post acceptatione predictam donationi apostolice cum interpositione decreti duxissemus specialiter reservandum.

Datum Avinione, II Kalendas Iulii, anno secundo. Expedita VII Kalendas Augusti, anno tertio. R. de Valle. Tradita parti III Kalendas Augusti, anno tertio. Io. de Bosco.

^a omnibus *iter* R.

β-7

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 307, f. 74r

Έκδοση: C. Alonso, *Bullarium O.S. Augustini*, τ. 2, αρ. 829· K. Eubel, *Die Avignonische*, αρ. 891

Σημειώσεις: XXXXXXXXXXXXXXXX *mg. d.*

Pontem Sorgie

28 Ιουλίου 1403

Ο Αυγουστινιανός Γουλιέλμος Scarbotti, καθηγητής Θεολογίας, εξελέγη επίσκοπος Λεμεσού μετά τον θάνατο του προκατόχου του Ιωάννη.

Dilecto filio Guillermo Scarboti electo Nimociensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Apostolatus officium quamquam insufficientibus meritis nobis ex alto commissum, quo ecclesiarum omnium regimini presidemus utiliter exequi coadiuvante Domino, cupientes solliciti corde reddimur, ut, cum de ipsarum regiminibus agitur committendis, tales eis in pastores preficere studeamus, qui commissum sibi gregem dominicum sciant non solum doctrina verbi sed exemplo boni operis informare, commissasque sibi ecclesias in statu pacifico et tranquillo velint et valeat duce domino gubernare.

Dudum siquidem, bone memorie Iohanne episcopo Nimociensi, regimini Nimociensi regimini Nimociensis ecclesie presidente, nos, cupientes eidem ecclesie cum vacaret per Apostolice Sedis providentiam utilem et ydoneam presidere personam, provisionem ipsius ecclesie ordinationi et dispositioni nostre ea vice duximus specialiter reservandam, decernentes extunc irritum et inane si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptari.

Postmodum vero prefata ecclesia per obitum ipsius Iohannis episcopi, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacante, nos, vacatione //^{74v} huiusmodi fidedignis relatibus intellecta, ad provisionem ipsius ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit, neque potest, reservatione et decreto obsistentibus supradictis, ne ecclesiam ipsam longe vacationis exponerentur incommodis paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de preficiendo eidem ecclesie personam huiusmodi cum fratribus nostris habuimus diligenter, demum ad te ordinis Fratrum Heremitarum Sancti Augustini professore magistrum in theologia, in presbiteratus ordine constitutum, religionis zelo conspicuum vite ac morum honestate decorum in spiritualibus providum et in temporalibus circumspectum aliisque virtutum donis multipliciter insignitum direximus oculos nostre mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua, nobis et eisdem fratribus ob dictorum tuorum exigentiam meritorum accepta, eidem ecclesie de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica providemus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie, tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie commitendo, in Illo Qui dat gratias et largitur premia confidentes quod prefata ecclesia sub tuo felici regimine, gratia tibi assistente divina, prospere et salubriter dirigetur ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Iugum igitur Domini tuis impositum humeris prompta devotione suscipiens, curam et administrationem predictas sic exercere studeas solícite, fideliter et prudenter quod ecclesia ipsa gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque preter eterne retributionis ^a premium nostram et sedis predicte benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis.

Volumus autem quod extra propriam diocesim non possis pontificalia exercere.

Datum apud Pontem Sorgie, Avenionensis diocesis, III Kalendas Augusti pontificatus nostri anno nono.

In eodem modo dilectis filiis capitulo ecclesie Nimociensi, salutem *etc.* Apostolatus officium *etc.* Usque incrementa.

Quocirca discretioni nostre per apostolica scripta mandamus quatenus eundem Guillelmum electum, tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato admittentes honore ac exhibentes ei obedientiam et reverentiam debitas et devotas, eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere //75^r curetis. Alioquin sententiam quam ipse rite tulerit in rebelles ratam habuimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

In eodem modo etc. dilectis filiis clero civitatis et diocesis Nimociensi, salutem *etc.* Apostolatus *etc.* Usque incrementa. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus eundem Guillelmum electum tanquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato admittentes honore ac exhibentes ei obedientiam et reverentiam debitas et devotas eius salubria monita et mandata. Suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam quam ipse rite tulerit in rebelles ratam habuimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis populo civitatis et diocesis Nimociensi, salutem *etc.* Apostolatus officium *etc.* Usque incrementa. Quocirca universitatem vestram rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus eundem Guillelmum electum tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum devote suscipientes et debita honorificentiam prosequentes eius salubribus monitis et mandatis humiliter intendatis itaque ipse in vobis devotionis filios et vos in eo per consequens partem invenisse benivolum gaudeatis. Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis universis vassallis ecclesie Nimociensi, salutem *etc.* Apostolatus officium *etc.* Usque incrementa. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus eiundem Guillelmum electum //75^v debito prosequentes honore ac ipsius monitis et mandatis efficaciter intendentes, ei fidelitatem solitam necnon consueta servitia et iura a vobis sibi debita, exhibere integre studeatis. Alioquin sententiam seu penam quam ipse rite tulerit ^B seu statuerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

In eodem modo venerabili fratri archiepiscopo Nicosiensi, salutem *etc.* Ad cumulum tue cedit salutis et fame, si personas ecclesiasticas, presertim pontificali dignitate

preditas divine propiciationis intuitu, oportuni presidii et favoris gratia proseguaris. Dudum siquidem, bone memorie Iohanni episcopo Nimociensi regimini Nimociensis ecclesie presidente *etc.* usque incrementa. Cum igitur ut electus in comissa sibi cura predicte ecclesie Nimociensis utilius preficere valeat cuius favor ei fore noscatur plurimum opportunus fraternitatem tuam rogamus et ortamur attente per apostolica tibi mandantes quatinus predictum Guillermmum electum et commissam sibi ecclesiam suffraganeam tuam habentes pro nostra et apostolica Sedis reverentia propensius commendatos in ampliandum et conservandum iuribus sine sit eos tui favoris auxilio proseguaris, quod ipse electus tuo fultus auxilio in commisso sibi ecclesie prefate regimine se possit utilius exercere, tuque divinam misericordiam et dicte sedis ac nostram benivolentiam valeas exinde uberius promereri. Datum *ut supra*.

In eodem modo. Carissimo in Christo filio Iano regi Cipri illustri, salutem *etc.* Gratie divine premium et preconium humane laudis acquiritur si per seculares principes ecclesiarum prelatis prefatum presertim cathedralium regimini presidentibus, opportuni favoris presidium et honor debitus impendantur. Dudum *etc.* Usque incrementa. Quocirca serenitatem regiam rogamus et hortamur comissa habens pro divina et apostolica Sedis ac nostra reverentia propensius commendatos sic eisdem te exhibeas favore regio benivolum et in oppostunitatibus gratiosum, quod idem electus per auxilium tue gratie in commisso sibi ecclesie prefate regimine utilius proficere valeat tuque proinde consequaris premia felicitatis eterne ac nos celsitudinem regiam condignis possumus in Domino laudibus commendare.

Datum *ut supra*.^γ

^α meritum *del.* R ^β in rebelles *del.* R ^γ Exp. *del.* R

β-8

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 307, ff. 445r-446r
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: Gratis pro cardinali *mg. s.*

Castrumnovum, Αβινιόν

18 Σεπτεμβρίου 1403

Παραχώρηση του κανονικάτου της επισκοπής Αμμοχώστου στον διάκονο καρδινάλιο του San Angelo Πέτρο Βλαβι μετά τον θάνατο του Ούγου, διάκονο καρδινάλιο της Santa Maria in Portico.

Dilecto filio Petro, Sancti Angeli diacono cardinali, salutem *etc.*

Dum exquisitam tue circumspectionis industriam diligenter attendimus et paterna consideratione pensamus quod tu Romanam ecclesiam, cuius honorabile membrum existis, tuorum honoras magnitudine meritorum, dignum reputamus et congruum ut eam reperias in exhibitione gratiarum munificam et etiam liberalem.

Dudum siquidem, omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica, quorumcumque sancte Romane Ecclesie cardinalium, tunc vacantia et inantea vacatura collationi et dispositioni nostre duximus reservanda, decernentes extunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Cum itaque postmodum canonicatus et prebenda ecclesie Famagustane quos bone memorie Hugo sancte Marie in Porticu diaconus cardinalis, dum viveret obtinebat, per ipsius cardinalem obitum, qui extra Romanam Curiam diem suum clausit extremum, vacaverint et vacare noscantur ad presens, nullusque preter nos hac vice de illis disponere potuerit neque possit reservatione et decreto obsistentibus supradictis, nos, volentes tibi ut expensarum onera, que te oportet ^a continue, subire facilius supportare valeas, de alicuius subventionis auxilio providere gratiarumque facere specialem, canonicatum et prebendam predictos sic vacantes, etiamsi dispositioni apostolice specialiter, reservati existant cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinentiis suis motu proprio non ad tuam vel alicuius pro te nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate apostolica tibi auctoritate conferimus et de illis etiam providemus, decernentes prout est irritum et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsitan est //^{445v} hactenus vel contingeret imposterum acceptari. Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie contrariis iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roborati, aut si aliqui apostolica vel quavis auctoritate in eadem ecclesia in canonicos fuit recepti vel, ut recipiantur, insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis in dicta ecclesia speciales vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetravint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias

quomodolibet sit processum, quibus omnibus in assecutione dictorum canonicatus et prebende te ^β volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem canonicatum et prebendarum aut beneficiorum aliorum preiudicium generari, aut si venerabili fratri nostro episcopo et dilectis filiis capitulo Famagustano vel quibusuis aliis communiter vel divisim a predicta sit Sede indultum quod receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, non possint, quodque de canonicatibus et prebenda ipsius ecclesie ^γ ||aut|| aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu si quavis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat ^δ provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio //^{446r} specialis. Aut si presens non fueris id prestandum de observandis statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie solitum iuramentum ad cuius prestationem, dummodo in absentia tua per procuratorem ydoneum illud prestes, te volumus non teneri. Nulli *etc.*

Datum apud Castrumnovum Avinione diocesis, XIII kalendas Octobris, anno nono.
In eodem modo.

^α de nativitate *del. R* ^β *v del. R* ^γ *vel del. R* ^δ *pud del. R*

β-9

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχαική σειρά: Reg. Aven. 307, ff. 445r-446r
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: Gratis pro cardinali *mg. s.*

Castrumnovum, Αβινιόν

18 Σεπτεμβρίου 1403

Παραχώρηση του κανονικάτου της επισκοπής Λεμεσού στον Πέτρο Βλαβι.

Venerabili fratri nostro episcopo ^a Nimociensi et dilectis filiis abbati monasterii Sancti Andree Avenionensis diocesis ac decano ecclesie Sancti Petri Avenionensis, ||salutem *etc.*

Dum exquisitam *etc.* usque teneri. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta|| mandamus, quatinus vos, vel duo, aut unus vestrum, per vos, vel alium, seu alios, eundem Petrum cardinalem vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem, canonicatus et prebende iuriumque et pertinentium predictorum inducatis auctoritate nostra et defendat ||inductum|| ^b a moto ab eis quolibet detentore facientes ipsum vel dictum procuratorem pro eo ad huiusmodi prebendam in dictam ecclesiam in canonicum recipi et in fratrem, stallo sibi in choro et locum in capitulo ipsius ecclesie cum dicti iuris plenitudine assignatis sibi de ipsorum canonicatus et prebende, fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi non obstantibus omnibus supradictis, seu si eisdem episcopo et capitulo vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Contradictores *etc.*

Datum *ut supra.*

Expeditio Idus Octobris, anno decimo. B Sortis.

^a *Niv del. R* ^b *inductis del. R*

β-10

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 307, ff. 445r-446r
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: Gratis pro cardinali *mg. s.*

Castrumnovum, Αβινιόν

18 Σεπτεμβρίου 1403

Παραχώρηση του κανονικάτου της επισκοπής Πάφου στον Πέτρο Blavi.

Dilecto filio Petro Sancti Angeli diacono cardinali, salutem *etc.*

Dum exquisitam *etc.* ||ut in supra propria usque liberales quidem omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica //^{446v}

β-11

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Vat. 326, f. 277r

Έκδοση: K. Eubel, *Bullarium Franciscanum*, τ. 7, αρ. 974· K. Eubel, *Die Avignonische*, αρ. 982

Σημειώσεις: E.X. Jo. Mureti *mg. s. XV mg. d.*

Μασσαλία, Άγιος Βίκτωρ

9 Οκτωβρίου 1404

Στον Φραγκισκανό Βενέδικτο από την Κύπρο δίνεται άδεια να καταλάβει την έδρα του καθηγητή του Κανονικού Δικαίου στη Θεολογική Σχολή του Μονοπάλιο.

Dilecto filio Vitali Valentini, ordinis Minorum professori magistro in Theologia, salutem *etc.*

Viri sacre lectionis studio dediti et in legento eruditi favoris apostolici gratiam promerentur tantoque benignius decet honestis eorum desideriiis animi quanto maior ex eorum profectibus potest in Dei ecclesia utilitas provenire.

Cum itaque – sicut accepimus – dilectus filius Benedictus de Cipro, ordinis Fratrum Minorum professor, bacallarius in Theologia, in scholis domus fratrum Montispezzulane, Magalonensis diocesis, ordinis supradicti librum *Sententiarum* ordinarie vel extraordinarie legere anno proxime futuro desideret et affectet, nos, volentes eundem Benedictum, qui – prout fidedignis fuimus testimoniis informati – ad hoc habilis et ydoneus et apud nos de religionis zelo, litterarum scientia, vite ac morum honestate, aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter comendatus existit, horum intuitu favore prosequi gratioso, ipsius Benedicti in hac parte ^a supplicationibus inclinati, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus sepedicto Benedicto licentiam legendi librum prefatum in dictis scholis ordinarie vel extraordinarie anno predicto auctoritate nostra concedas, et insuper si dictus Benedictus, postquam dictam lecturam perfecerit, per tuam et trium aliorum magistrorum in theologica facultate diligentem examinationem, sufficiens et ydoneus

reperitus fuerit ad magisterium obtinendum in eadem facultate – super quo tuam et magistrorum ipsorum conscientias oneramus – magisterii honorem et docendi licentiam in facultate, predicta servatis tamen constitutione Viennensis concilii et aliis solemnitatibus in talibus in studio dicti loci Montispessulani servari solitis, eidem Benedicto eadem auctoritate largiaris. Non obstantibus quibuscunque privilegiis apostolicarum ac statutis et consuetudinibus studii et ordinis predictorum iuramento cunfirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis contrariis etiam si de illis totisque eorum tenoribus facienda esset presentibus mentio specialis que alias in suo robore volumus permanere.

Datum Massilie, apud Sanctum Victorem, II Kalendas octobris, anno decimo.

^a asp *del.* R

β-12

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 324, f. 509r
Έκδοση: Ανέκδοτο

Σαβόνα

19 Μαρτίου 1406

Άδεια για κατ' οικονομίαν τέλεση γάμου (*dispensatio*) στον Ιωάννη, γιο του Ιακώβου Λουζιανού, κόμη της Τρίπολης και στην Ιζαμπέλα, κόρη του βασιλιά Ιακώβου. Κανονική. Άρση του κωλύματος ομαιμοσύνης δεύτερου και τρίτου βαθμού.

Dilecto filio nobili viro Iohanni quondam Iacobi de Lusignano comitis Tripolis, nato domicello et dilecte in Christo filie nobili mulieri Isabelli inclite memorie Iacobi regis Cipri nate domicelle salutem etc.

Et si inter illos qui consanguinitatis nexu iunguntur instituta sacrorum canonum matrimonialem copulam interdican, summus tamen pontifex ex potestatis plenitudine, quam non ab homine obtinet sed a Deo, personarum et temporum qualitate pensata ulteriora prospiciens nonnunquam iuris rigorem maxime circa sublimes personas, ex regali prosapia descendentes, mansuetudine temperat et quod negat iuris severitas, benignitas provide dispensationis indulget.

Sane petitio pro parte vestra nobis oblata continebat quod nos de consensu parentum et amicorum meorum ex certis causis desideratis invicem matrimonialiter copulari, sed quia secundo ab uno et tertio gradibus consanguinitatis ab alio lateribus a communi stipite discatis vestrum huiusmodi desiderium impleri non potest dispensatione apostolica super hoc non obtenta. Quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum ut providere vobis super hoc de opportune dispensationis gratia de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati nobiscum ut impedimento quod ex consanguinitate huiusmodi provenit non obstante matrimonium invicem contrahere et in eo, postquam contractum fuerit, remanere libere et licite valeatis, dummodo, tu filia, propter hoc rapta non fueris, auctoritate apostolica de speciali gratia dispensamus prolem ex ^a matrimonio huiusmodi suscipiendam legitimam nunciantes. Nulli ergo *etc.* nostre dispensationis et nunciationis infringere *etc.* Datum Saone, XIII Kalendas Aprilis, anno duodecimo.

^a huiusmodi *del.* R

β-13

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 324, f. 509r
Έκδοση: Ανέκδοτο

Σαβόνα

19 Μαρτίου 1406

Άδεια για κατ' οικονομίαν τέλεση γάμου (*dispensatio*) στον Ερρίκο, γιο του βασιλιά της Κύπρου Ιάκωβο και στη σύζυγό του Ελεονόρα, κόρη του κόμητα της Τρίπολης Ιακώβου. Το κώλυμα για την κανονική τέλεση του γάμου τους αφορά την ομαιμοσύνη δεύτερου και τρίτου βαθμού.

Dilecto filio nobili viro Henrico inclite memorie ^a Iacobi regis Cipri nato domicello et dilecte in Christo filie nobili mulieri Elieonori quondam Iacobi de Lusignano comitis Tripolis, nate domicelle salutem *etc.*

Et si inter illos qui consanguinitatis nexu iunguntur instituta sacrorum canonum matrimonialem copulam interdican, summus tamen pontifex ex potestatis plenitudine, quam non ab homine obtinet sed a Deo, personarum et temporum qualitate pensata ulteriora prospiciens nonnunquam iuris rigorem maxime circa

sublimes personas, ex regali prosapia descendentes, mansuetudine ^β temperat et quod negat iuris severitas, benignitas provide dispensationis indulget.

Sane petitio pro parte vestra nobis oblata continebat quod nos de communi consensu parentum et amicorum meorum ex certis causis desideratis invicem matrimonialiter copulari, sed quia secundo ab uno et tertio gradibus consanguinitatis ab alio lateribus a communi stipite discatis vestrum huiusmodi desiderium impleri non potest dispensatione apostolica super hoc non obtenta. Quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum ut providere vobis super hoc de ^γ opportune dispensationis gratia de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati nobiscum ut impedimento quod ex consanguinitate huiusmodi provenit non obstante matrimonium invicem contrahere in eo, postquam contractum fuerit, remanere libere et licite //^{509v} valeatis, dummodo, tu filia, propter hoc rapta non fueris, auctoritate apostolica de speciali gratia dispensamus prolem ex ^δ matrimonio huiusmodi suscipiendam legitimam nunciantes. Nulli ergo *etc.* nostre dispensationis infringere *etc.* Datum *ut supra*.

^α Iacobi *del.* R ^β tm *del.* R ^γ benignitate *del.* R ^δ huiusmodi *del.* R

β-14

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 324, f. 464v
Έκδοση: Ανέκδοτο

Σαβόνα

19 Μαρτίου 1406

Άδεια τέλεσης γάμου και εξάλειψη κωλύματος εξ αίματος συγγενείας στους Όθωνα και στην κόρη του Ιάκωβου Λουζινιάν, κόμη της Τρίπολης, Λουίζα.

Dilecto filio nobili viro Othoni inclite memorie Iacobi regis Cipri nato domicello et dilecte in Christo filie nobili mulieri Loysie quondam Iacobi de Lusignano comitis Tripolis nate domicelle, salutem *etc.*

Et si inter illos, qui consanguinitatis nexu iunguntur, instituta sacrorum canonum matrimonialiter copulam interdican, summus tamen pontifex ex potestatis

plenitudine, quam non ab homine obtinet sed a Deo, personarum et temporum qualitate pensata ulteriora prospiciens, nonnunquam iuris rigorem, maxime circa sublimes personas, ex regali prosapia descendentes, mansuetudine temperat et quod negat iuris severitas benignitas provide dispensationis indulget.

Sane petitio pro parte vestra nobis oblate continebat quod vos de communi consensu parentum et amicorum meorum ex certis causis desideratis invicem matrimonialiter ^a copulari sed quia secundo ab uno et tertio gradibus consanguinitatis ^b ab alio lateribus a communi stipite discatis vestrum huiusmodi desiderium impleri non potest dispensatione apostolica super hoc non obtenta. Quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum ut providere vobis super hoc de opportune dispensationis gratia de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati nobiscum ut impedimento quod ex consanguinitate huiusmodi provenit non obstante matrimonium invicem contrahere et in eo, postquam contractum fuerint, remanere libere et licite valeatis, dummodo, tu filia, propter hoc rapta non fueris, auctoritate apostolica de speciale gratia dispensamus prolem ex matrimonio huiusmodi suscipiendam legitimam nunciantes. Nulli ergo *etc.* nostre dispensationis et nuntiationis infringere *etc.*

Datum Saone, XIII Kalendas Aprilis, anno duodecimo.

^a con del. R ^b con del. R

β-15

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 324, f. 488v
Έκδοση: Ανέκδοτο

Σαβόνα

19 Μαρτίου 1406

Ο Πέτρος, γιος του Ιακώβου Λουζινιάν, κόμητα της Τρίπολης και η Αγνή, κόρη του βασιλιά Ιακώβου λαμβάνουν άδεια για τη σύναψη γάμου και αίρεται το κώλυμα της ομαιμοσύνης.

Dilecto filio nobili viro Petro quondam Iacobi de Lusignano comitis Tripolis nato domicello et dilecte in Christo filie nobili mulieri Agneti, inclite memorie Iacobi regis Cipri nate domicelle, salutem *etc.*

Et si inter illos qui consanguinitatis nexu iunguntur instituta sacrorum canonum matrimonialem copulam interdican, summus tamen pontifex ex potestatis plenitudine, quam non ab homine obtinet sed a Deo, personarum et temporum qualitatibus pensata ulteriora prospiciens nonnunquam iuris rigorem maxime circa sublimes personas, ex regali prosapia descendentes, mansuetudine temperat et quod negat iuris severitas benignitas provide dispensationis indulget.

Sane petitio pro parte vestra nobis oblata continebat quod nos de consensu parentum et amicorum nostrorum ex certis causis desiderantis invicem matrimonialiter copulari, sed quia secundo ab uno et tertio gradibus consanguinitatis ab alio lateribus a comuni stipite discatis nostrum huiusmodi desiderium impleri non potest dispensatione apostolica super hoc non obtenta.

Quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum ut providere vobis super hoc de oportuna dispensationis gratia de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati nobiscum ut impedimento quod ex consanguinitate huiusmodi provenit non obstante matrimonio invicem contrahere et in eo, postquam contractum fuerit, remanere libere et licite valeatis, dummodo, tu filia, propter hoc rapta non fueris, auctoritate apostolica de speciali gratia dispensamus prolem ex matrimonio huiusmodi suscipiendam legitimam nunciantes. Nulli ergo nostre dispensationis et nuntiationis infringere *etc.*

Datum Saone, XIII Kalendas Aprilis, anno duodecimo.

^a remedio *del. R*

β-16

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαική σειρά: Reg. Aven. 324, f. 435v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Cassata de mandato domini nostri pape ad relationem magistri [pape socii] XV Kalendas Maii anno XIII. B. Fortis *mg. s.*

Παραχώρηση του αξιώματος του γραφέα και του συμβολαιογράφου (scribario, notario) στον Eliano Romano, μετά τον θάνατο του Γεωργίου Chartosa.

Venerabili fratri episcopo Famagustano, salutem *etc.*

Sincere devotionis affectus, quem dilectus filius Elianus Romano laycus Nicosiensis diocesis ad nos et Romanam gerit Ecclesiam, promeretur ut petitionibus suis favorabiliter annuamus.

Exhibita siquidem nobis nuper, pro parte dicti Eliani petitio continebat, quod olim officio notariatus sive scribanie ecclesie Nicosiensis, per obitum quondam Georgii Chartosa laico, ipsius officii scribe, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacante dilecti filii capitulum dicte ecclesie, sede episcopali Nicosiensi vacante, prefatum officium sit vacans prefato Eliano contulerunt et providerunt etiam de eodem pro eundem Elianum, quamdiu viveret, regendum et exercendum ipseque Elianus predictum officium vigore collationis et provisionis huiusmodi assecutus illud extunc possedit prout possidet pacifice et quiete. Quare pro parte dicti Eliani nobis ||extitit|| ^a humiliter supplicatum ut collationi et provisioni huiusmodi robur confirmationis adiicere de ^b benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur de promissis certam notitiam non habentes huiusmodi supplicationibus inclinati fraternitati per apostolica scripta mandamus quatinus si collationem et provisionem predictas rite et iuste factas esse reppereris, illas et quecumque inde secuta auctoritate apostolica approbes et confirmes, volumus autem quod si ea ^γ per te approbari et confirmari contingat – ut prefertur – approbatio et confirmatio huiusmodi proinde valeant et plenam obtineant roboris firmitatem, ac si nos illa duxissemus confirmanda.

Datum Saone, Kalendas Aprilis, anno duodecimo.

^a fuint *del.* R ^b beng *del.* R ^γ m *del.* R

β-17

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 324, f. 266r-266v

Σαβόνα

1 Απριλίου 1406

Παραχωρείται άφεση αμαρτιών 50 ημερών σε όποιον επισκεφθεί τον ναό της μονής του Αγίου Δομίνικου στη Λευκωσία. Σημειώνεται ότι στον ναό βρίσκονται οι τάφοι πολλών βασιλέων της Κύπρου.

Benedictus *etc.* Universis christefidelibus presentes litteras inspecturis, salutem *etc.*

Licet is de cuius munere pietatis sue, que merita supplicum excedit et vota bene servientibus ei multo maiora retribuat, quam valeant promereri. Nichilominus tamen desiderantes Domino reddere populum acceptabilem et bonorum operum sectatorem fideles ipsos ad complacendum et quasi quibusque allecivis muneribus, indulgentiis videlicet et remissionibus invitamus ut ipsi exinde reddantur divine gratie aptiores. Cupientes, igitur, ut ecclesiam ordinis Fratrum Predicatorum Nicosiensis, in qua – sicut accepimus – nonnulli inclite memorie reges Cipri catholici sunt sepulti, congruus honoribus frequentetur et etiam reparetur et ut christifideles eo libentius causa devotionis confluant ad eandem et ad reparationem huiusmodi manus promptius porrigatur adiutrices, quo ex hiis ibidem uberius dono celestis gratie conspexerunt se refectos de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, qui in Nativitatis, Circumcisionis, Epiphanie, Resurrectionis, Ascensionis Corporis Domini nostri Ihesu Christi ac Penthecostes, necnon Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis et Assumptionis Beate Marie et Nativitatis Beatus Iohannis Baptiste ac dictorum Apostolorum Petri et Pauli et Sancti Dominici ac ipsius ecclesie dedicationis festivitatum ac in celebritate omniusanctorum et per ipsarum Nativitatis, Epiphanie, Resurrectionis, Ascensionis Corporis Domini, necnon Nativitatis et Assumptionis Beate Marie ac Nativitatis Beatis Iohannis et Apostolorum Petri et Pauli predictorum festivitatum octabas et per sex Penthecostes ac septem dies Sancti Dominici predictas festivitates immediate sequentes dictam ecclesiam devote visitaverint annuatim et ad reparationem //^{266v} huiusmodi manus porrexerint adiutrices, ut prefate [etc.] singulis videlicet festivitatum Sancti Dominici et septem dierum eandem festivitatem Sancti Dominici sequentum tres annos et tres quadragesimas aliarum vero festivitatum et celebritatis unum annum et quadraginta dies ac octavarum et sex dierum festivitatem Penthecostes, sequentum predictorum diebus quibus prefatam ecclesiam visitaverunt

et ad reparationem huusmodi manus porrexerunt – ut prefertur – quinquaginta dies de ceterum, ut omnia et singula que pro eisdem fideles pro huiusmodi relaxationis consequenda gratia offerri contigerit vel donari in usus ad quos oblata vestre donata sunt integre convertantur sub interminatione divini iudicii, districtius inhibemus, ne quis cuiuscumque status vel conditionis existat, quidquam de oblati vel donati ipsius sibi aliquatenus appropriet vel usurpet. Si quis autem hoc attemptare presumpserit non possit a reatu presumptionis huiusmodi ab aliquo, nisi apud Sedem apostolicam ac satisfactione debita pro eum de illis qui sibi apropiaverit vel usurpaverit realiter prius impensa, preterquam in mortis articulo constitus, absolutionis beneficium obtinere.

Datum Saone, Kalendas Aprilis anno duodecimo.

β-18

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 324, f. 266ν
Έκδοση: Ανέκδοτο

Σαβόνα

1 Απριλίου 1406

Παραχώρηση του προνομίου επιλογής εξομολόγου στους Σκλάβο, κόμητα του Ασπερχ και Εχίβη, σύζυγό του.

Dilecto filio nobili viro Sclavo comiti de Asperchus et dilecte in Christo filie nobili mulieri Echivve eius uxoris, salutem *etc.*

Benigno sint vobis illa concedenda favore pro que sicut pie desiderare ^a videmur conscientie, pacem et salutem anime Deo propitio consequi valeatis. Hinc est quod nos vestris devotis supplicationibus inclinati vobis et vestrum cuilibet auctoritate apostolica indulgemus, ut aliquem ydoneum et discretum presbiterum in nostrum possitis eligere confessorem, qui quotiens vobis sint oportunitas, confessionibus vestris diligenter auditis, pro commissis [etiam] in casibus in quibus minores penitentiarum nostri in Romana Curia ^b residentes absolvere possunt debitam vobis absolutionem impendat et iniungat penitentiam salutarem. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere *etc.*

Datum Saone, Kalendas Aprilis anno duodecimo.

^a videmamur *del. R* ^b resistantus *del. R*

β-19

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχεακή σειρά: Reg. Aven. 324, f. 268r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Expedita [Ruthen]. P. Soriani *mg. s.* (α) XX, (β) X, (γ) X *mg. d.*

Σαβόνα

1 Απριλίου 1406

Παραχώρηση διαφόρων προνομίων στον βασιλιά Ιανό (επιλογή εξομολόγου κ.ά.).

Carissimo in Christo filio Iano regi Cipri illustri, salutem *etc.*

Benigno sunt illa ||tibi|| concedenda favore per quo, sicut pie desiderare videris consciencie, pacem et salutem anime, Deo propicio consequeraris.

Hinc est quod nos tuis devotis supplicationibus inclinati serenitati tue auctoritate apostolica indulgemus ut aliquem ydoneum et discretum presbiterum in tuum possis eligere confessorem, qui quotiens tibi fuerit opportunum, confessionibus tuis diligenter auditis pro commissis etiam in casibus in quibus minores penitentiarii nostri in Romana Curia residentes absolvere possint debitam tibi absolutionem impendant et iniungat penitentiam salutarem. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere *etc.*

Datum Saone, Kalendas Aprilis, anno duodecimo.

Eidem salutem *etc.* Sincere devotionis affectus, quem ad nos et Romanam geris ecclesiam, non indigne meretur ut petitionibus tuis, illis presertim quas ex devotionis fervore prodire conspiciamus, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus.

Hinc est quod nos tuis devotis supplicationibus inclinati ut liceat tibi habere altare portatile cum debita reverentia et honore super quo in locis ad hoc congruentibus et honestis possis per proprium vel alium sacerdotem ydoneum missam et alia divina officia sine iuris alieni preiudicio in tua presentia facere celebrari devotioni tue tenore presentium indulgemus. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere *etc.*

Datum *ut supra*.

Eidem salutem etc. Devotionis tue sinceritas promeretur ut votis tuis, in hiis presertim que ad tue ^a salutem anime cedere valeat, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus.

Tuis itaque supplicationibus inclinati serenitati tue auctoritate presentium indulgemus ut, si forsan ad loca ecclesiastico interdicto supposita te contigerit declinare, liceat tibi in illis clausis ianuis, excommunicatis aut dictis exclusis, non pulsatis campanis et submissa voce in tua et familiarum tuorum domesticorum presentia missam et alia et divina facere celebrari dummodo tu vel illi tamen non dederitis interdicto nec id tibi vel illis contigerit specialiter interdici. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere. Datum *ut supra*.

Eidem salutem etc.

Sincere devotionis affectus, quem ad nos Romana geris Ecclesiam, promeretur ut votis tuis favorabiliter annuamus illis presertim per que sicut pies desideras divinis officiis intentus existas et spiritualibus salutis tibi proveniat incrementum.

Hinc est quod nos tuis devotis ^β partibus inclinati ut missam antequam ^γ illucescat dies circa tamen diurnam lucem cum qualitas negotiorum pro tempore ingruentium id exegerit liceat tibi per proprium vel alium sacerdotem ydoneus facere celebrari, ita quod id nec tibi nec sacerdoti taliter celebranti ad culpam valeat imputari devotioni tue auctoritate presentium de speciali gratia indulgemus proviso quod parte huiusmodi concessione utaris quia cum in altaris officio immoletur Dominus noster Dei filius Ihesus Christus, qui candor est lucis eterne, congruit hoc non in noctis tenebris fieri sed in luce. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere *etc.*

Datum *ut supra*.

^a saltem *del.* R ^β fr *del.* R ^γ illuste *del.* R

β-20

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 324, f. 268r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Expedita [Ruthen.] P. Soriani *mg. s. XX mg. d.*

Σαβόνα

1 Απριλίου 1406

Παραχώρηση προνομίων στον Σκλάβο, κόμητα του Άσπερχ και στη σύζυγό του, Εχίβη.

Dilecto filio nobili viro Schlavo comiti de Asperch et dilecte in Christo filie nobili mulieri Echivve, eius uxori, salutem *etc.*

Sincere devotionis effectus quem ad nos et Romana geris Ecclesiam promeretur ut votis vestris favorabiliter annuamus illis presbiterum per qua sicut pie desideratis divinis officiis intentus existas et spiritualis salutis nobis proveniat incrementum.

Hinc est quod nos, vestris devotis precibus inclinati, ut missam antequam ^a illucescat dies circa tamen diurnam lucem cum qualitas negotiorum pro tempore vigorem cum id exegerit liceat vobis per proprium vel alium sacerdotem ydoneum facere celebrari, ita quod id nec vobis nec sacerdoti taliter celebranti ad culpam valeat imputari //^{268v} devotioni vestre ^b auctoritate presentium de speciali gratia indulgemus proviso quod parte huiusmodi concessione utaris quia cum in altaris officio immoletur Dominus noster Dei filius Ihesus Christus, qui candor est lucis eterne, congruit hoc non in noctis tenebris fieri sed in luce. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere *etc.*

Datum Saone, Kalendas Aprilis, anno duodecimo.

^a illusce *del.* R ^b tenore presentis indulgemus *del.* R

Eisdem salutem *etc.* Sincere devotionis affectus, quem ad nos Romana geris ecclesiam non indigne meretur ut petitionibus vestris, illis presertim quas ex devotionis fervore prodire conspicimus, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus.

Hinc est quod nos vestris devotis supplicationibus inclinati ut liceat vobis habere altare portatile cum debita reverentia et honore super quo in locis ad hoc congruentibus et honestis possitis per proprium vel alium sacerdotem ydoneum missam et alia divina officia sine iuris alieni preiudicio in vestram presentia facere celebrari

devotam vestre tenore presentium indulgemus. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere *etc.*

Datum *ut supra.*

β-21

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 324, f. 269r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Cassata de mandato domini nostri pape ad relationem [magistri pape socii] XV Kalendas Maii anno XIII. B. Fortis *mg. s.*

Σαβόνα

1 Απριλίου 1406

Παραχώρηση του αξιώματος του γραφέα και του συμβολαιογράφου στον Νικόλαο Urri, μετά τον θάνατο του Ιωάννη Urri.

Venerabili fratri ^a episcopo Famagustano salutem etc.

Sincere devotionis affectus quem dilectus filius Nicolaus Urri laicus Nicosiensis diocesis ad nos et Romanam ecclesiam promeretur ut petitionibus suis favorabiliter annuamus

Exhibita siquidem nobis nuper, pro parte dicti Nicolai petitio continebat, quod olim officio notariatus sive scribanie ecclesie Nicosiensis, per obitum quondam Iohannis Urri layci, ipsius officii scribe, qui extra Romanam Curiam ^b diem clausit extremum, vacante dilecti filii capitulum dicte ecclesie, sede episcopali Nicosiensi vacante, prefatum officium sit vacans prefato Nicholao contulerunt et providerunt etiam de eodem pro eundem Nicolaum, quamdiu viveret, regendum et exercendum ipseque Nicolaus predictum officium vigore collationis et provisionis huiusmodi assecutus illud extunc possedit prout possidet pacifice et quiete. Quare pro parte dicti Nicolai nobis extitit humiliter supplicatum ut collationi et provisioni huiusmodi robur confirmationis adiicere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur de promissis certam notitiam non habentes huiusmodi supplicationibus inclinati fraternitati per apostolica scripta mandamus quatinus si collationem et provisionem predictas rite et iuste factas esse reppereris, illas et quecumque inde secuta auctoritate apostolica

approbes et confirmes, volumus autem quod si ea per te approbari et confirmari contingat – ut prefertur – approbatio et confirmatio huiusmodi proinde valeant et plenam obtineant roboris firmitatem, ac si nos illa duxissemus confirmanda.

Datum Saone, Kalendas Aprilis anno duodecimo.

^a episcopo *del. R* ^β de *del. R*

β-22

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 324, ff. 277r-278r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: [Expedita Ruthen.]. P. Soriani. X mg. d. Στην τελευταία πράξη σημειώνεται XX

Σαβόνα

1 Απριλίου 1406

Παραχώρηση προνομίων στη βασίλισσα της Κύπρου Ελοΐσια.

Carissime in Christo filie Heloysie regine Cipri illustri, salutem *etc.*

Devotionis tue sinceritas promeretur ut votis tuis in hiis presertim que ad tue salutem anime cedere valeant, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus.

Tuis itaque supplicationibus inclinati serenitati tue auctoritate presentium indulgemus ut si forsan ad loca ecclesiastico interdicto supposita te contigerit declinare liceat tibi in illis clausis ianuis excommunicatis et interdictis exclusis, non pulsatis campanis et submissa voce in tua et familiarum tuorum domesticorum presentia missam et alia divina officia facere celebrari sine iuris alieni^a dummodo tu vel illi tamen non dederitis interdicto nec id tibi vel illis contigerit specialiter interdicti ^β. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere *etc.*

Datum Saone, Kalendas Aprilis, anno duodecimo.

^a sine iuris alieni *sott. R* ^β nulli *del. R*

Eidem salutem etc.

Tue devotionis exigentibus meritis votis tuis libenter annuimus et petitiones tuas in hiis, que ^a ||honeste|| postulas, quantum cum Deo possumus, favorabiliter exaudimus. Cum itaque, sicut oblate nobis tue petitionis series continebat, tu, zelo pie devotionis accensa, sepulcrum Dominicum et alia oratoria Terresancte desideres personaliter visitare, nos, tuis in hac parte supplicationibus inclinati quod sepulcrum //^{277v} et alia oratoria supradicta quibuscumque prohibitionibus, constitutionibus et processibus Sedis Apostolice in contrarium factis, habitis, seu etiam promulgatis penas et sententias spirituales et temporales continentibus, nequaquam obstantibus ex eam predicta una cum familiaribus tuis domesticis valeas visitare, illaque nichilominus pro huiusmodi visitatione deferre ac etiam exhibere sive quibus peregrinationem huiusmodi ^b commode adimplere non posses, dummodo ad partes illas nulla alia deferas vel defferri facias, que in profectum vel favorem hostium fidei christiane redundare valeant serenitati tue auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere *etc.*

Datum *ut supra.*

Eidem salutem etc. Sincere devotionis affectus, quem ad nos et Romanam geris Ecclesiam, non indigne meretur ut petitionibus tuis illis presertim, quas ex devotionis fervore prode conpiscimus, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus.

Hinc est ad nos tuis devotis supplicationibus inclinati, ut liceat tibi habere altare portatile cum debita reverentia et honore super quo in locis ad hoc congruentibus et honestis possis per proprium vel alium sacerdotem ydoneum missam et alia divina officia sine iuris ^γ alieni preiudicio in tua presentia facere celebrari devotioni tue tenoris presentium indulgemus. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere *etc.*

Datum *ut supra.*

Eidem salutem etc. Sincere devotionis affectus, quem ad nos et Romanam geris Ecclesiam promeretur ut votis tuis favorabiliter annuamus, illis presertim per que sicut pie desideras divinis officiis intenta existas et spiritualis salutis tibi proveniat incrementum.

Hinc est quod nos tuis devotis precibus inclinati ut missam antequam illucescat dies circa tamen diurnam lucem cum qualitas negotiorum pro tempore ingruentium id exegerit liceat tibi per proprium vel alium sacerdotem ydoneum facere celebrari in tua et familiarum tuorum sine iuris alieni, ^δ ita quod id, nec tibi nec sacerdoti, taliter

celebranti ad culpam valeat imputari devotioni tue auctoritate presentium de speciali gratia indulgemus proviso, quod parte huiusmodi concessione utaris, quia cum in altaris officio imoletur Dominus noster Dei filius Ihesus Christus, qui candor est //^{278r} lucis eterne, congruit hoc non in noctis fieri tenebris sed in luce nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere.

Datum *ut supra*.

Eidem salutem *etc.* Benigno sunt illa tibi concedenda favore per que sicut pie desiderare videris conscientie pacem et salutem anime Deo propicio consequaris.

Hinc est quod nos tuis devotis supplicationibus inclinati serenitati tue auctoritate apostolica indulgemus ut aliquem idoneus et discretum presbiterum in tuum possis eligere confessorem, qui quociens tibi fuerit opportunum, confessionibus tuis diligenter auditis, pro commissis etiam in casibus in quibus minores penitentiarum nostri in Romane Curie residentes, absolvere possint debitam tibi absolutionem impendat et iniungat penitentiam salutarem. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere *etc.*

Datum *ut supra*.

^a honeste ^b commode *del.* R ^γ alienus *del.* R ^δ in [...] alieni *sott.*

β-23

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 323, f. 713v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: XV *mg. d.* Expedita Ruthen. [Soriani] *mg. s.*

Σαβόνα

1 Απριλίου 1406

Παραχώρηση διαφόρων προνομίων σε μέλη της βασιλικής οικογένειας (Βασιλιά Ιανό, βασίλισσα Ελοΐσια), σε ευγενείς (Σκλάβο κόμητα του Esperch και τη σύζυγό του Εχίβη), καθώς στον θησαυροφύλακα Αμμοχώστου Ιάκωβο de Margat.

Carissimo in Christo filio Iano regi Cipri illustri, salutem *etc.*

Provenit ex tue *etc. ut in prima huius quaterni mutatis mutandis usque Datum* Saone, Kalendis Aprilis, anno duodecimo.

Carissime ||in|| Christo filie Heloysie regine Cipri illustri, salutem *etc.*

Provenit *etc. ut in prima huius quaterni mutatis mutandis usque Datum ut supra.*

Dilecto filio nobili viro Sclavo comiti de Asperch et dilecte in Christo filie nobili mulieri Echivve eius uxori, salutem *etc.*

Provenit ex vestre *etc. ut in prima huius quaterni ^a mutatis mutandis usque Datum ut supra.*

^a mutatis *del.* R

Dilecte in Christo filie nobili mulieri Violante de Asperch comitisse sancti Angeli, salutem *etc.*

Provenit ex tue *etc. ut in prima huius quaterni ||mutatis|| mutandis usque Datum ut supra.*

Dilecto filio Iacobo Margato thesaurario ecclesie Famagustane, salutem *etc.*

Provenit ex tue *etc. ut in prima huius quaterni mutatis mutandis usque Datum ut supra.*

β-24

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Suppl. 102, f. 141v-142r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Expeditur loco, die et anno predictis *mg. s.*

Rotulus quorumdem Ambaxiatorum regis Ierusalem, Cipri et Cremone

Saone

22 Ιουνίου 1406

Παραχώρηση αξιωμάτων σε διάφορα πρόσωπα (Ιάκωβο de Margat, Θωμά de Antiochia, Πέτρο de Lanza).

Supplicant sanctitati vestre humiles et devoti vestri serenissimi principis domini Iani regis Ierusalem, Cypri et Armenie ambasiatores in infrascriptarum personas quatenus petitiones infrascriptas eis concedere et ad exauditionis gratiam admittere dignum ad clausolis oportunis ut petitur.

Primo dignetur eadem sanctitas Iacobo Margato canonico Nicosiensi de <de>canatu^a ecclesie Nicosiensis cuius fructus *etc.* ducentorum quinquanginta ducatorum auri valorem annum communiter non excedunt, vacante per obitum quondam Iohannis de Populo extra Romanam Curiam defuncti, sive alio quovismodo et per quamcumqam aliam personam vacet, etiam si dignitas maior post pontificalem in dictam ecclesiam existat et curam habeat animarum et ad eam consueverit quis per electionem assummi ac dispositioni apostolice generaliter vel specialiter reservata, aut eius collatio sit ad sedem apostolicam legitime devoluta misericorditer providere, non obstans quod thesaurariam ecclesie Famagustane cuius fructus *etc.* XXV ducatorum auri valorem annum importatis communiter non excedunt obtineat dispensantes tamen eodem ut postquam ipse dictum decanatum auctoritate v. s. fuerit pacifice assecutus ipsum thesaurariam predictam insimul retinere possit quibuscumque in contrarium [editis], non obstans cum clausolis opportunis.

Item devoto viro Thome de Antiochia presbitero diocesis Nicosiensis de canonicatu et prebenda ecclesie Nicosiensis, quorum fructus *etc.* C et XXV ducatorum auri vel circa valorem annum communiter non excedunt, vacantibus per obitum quondam Guidonis de Nefino extra Romanam Curiam defuncti, sive alio quovismodo et per quamcumque aliam personam vacent, etiam si dispositioni apostolice generaliter vel specialiter existant reservati, aut eorum collatio ad Sedem apostolicam legitime fuerit devoluta, dignemini misericorditer providere.

Item dudum videlicet decem anni elapsi sunt vacantibus tunc canonicatu et prebenda Nicosiensis ecclesie per obitum Anthonii de Baffo, quorumque fructus *etc.* centum ducatorum auri valorem annum ||importatis|| communiter non excedunt capitulum eiusdem ecclesie humili et devoto oratori vestro Petro Lanza archidiacono et canonico Baffensi presbitero ab eisdem canonicatu et prebenda providit virtute cuius provisionis prefatus Petrus ipsos canonicatum et prebendam //^{142r} β ab illo tempore citra tenuit et possedit tenet et possidet, attamen a sede apostolica nondum

confirmationem [aut] litteras super hoc apostolicas obtinuerit obstante longumqua dicte sedi apostolice patrieque Cypri distantia, quam ob rem pro parte illius archidiaconi vestre sanctitati supplicatur quatinus dictam provisionem ratam habentes et gratam ab illis canonicatu et prebenda Nicosiensibus sine, ut premittitur, sine alia quovismodo et per quamcumque personam aliam vacaverint tempore provisionis huiusmodi vel vacent, etiam si generaliter vel specialiter sint eidem sedi apostolice reservati vel tanto tempore vacaverint, quod eorum collatio ad eadem sedem fuerint legitime devolutis prefato Petro Lanza de novo dignemini misericorditer providere archidiaconatu et canonicatu Baffensis predictis et cappellania perpetua ad altare maius ipsius ecclesie deservienda, constituta et fundata, quam possidet cum canonicatu et prebenda Anteradensis valorem annum aliorum centum ducatorum, quibus cappellanie et canonicatu cedere paratus est casu isto. Non obstantibus cum aliis non obstantiis et clausis opportunis. Fiat pro omnibus, ut petitur, et dispensamus. L.

Datum Saone decimo Kalendas Iulii, anno duodecimo.

^a de canonicatu] de decanatu *ex corr.* R ^b et pre *del.* R

β-25

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχαική σειρά: Reg. Aven. 327, f. 659v
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: Στην αρχή του εγγράφου: X⁼⁼

Μασσαλία, Άγιος Βίκτωρ

26 Ιανουαρίου 1407

Ο βασιλιάς και το καπίτολο της Λευκωσίας απευθύνονται στην Αγία Έδρα σχετικά με υπόθεση του ποτέ Λουκιανού, ο οποίος είχε θεωρήσει ότι ο βασιλιάς και η Σύνοδος είχαν οικειοποιηθεί παρανόμως εισοδήματα της επισκοπής Αμμοχώστου και πλέον βρίσκονται στα χέρια τους. Ο πάπας απευθύνεται στους τρεις σημαντικούς αββάδες της Κύπρου για να ερευνήσουν το ζήτημα.

Dilectis filiis de Cruce et Belliloci ac Episcopie Nicosiensis diocesis monasteriorum abbatibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Exhibita nobis pro parte carissimi in Christo filii nostri Iani regis Cipri illustris et dilectorum filiorum capituli ecclesie Nicosiensis petitio continebat, quod olim quondam Lucianus, qui se gerebat pro episcopo Famaugustano, falso pretendens quod prefatus rex nonnulla bona ad ecclesiam Famaugustanam pertinentia detinebat indebite occupata, contra regem et capitulum ecclesie Nicosiensis, tunc pastore carentis, predictos ac singulares canonicos ipsius ecclesie, quia sibi – ut dicebat – non obediebant, nonnullos processus fecit, diversas excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias continentes, licet de facto, a quibus quidem processibus pro parte dictorum regis et capituli, sentientium exinde indebite se gravari, fuit ad Sedem apostolicam appellatum ac deinde nobis humiliter supplicatum ut, cum idem Lucianus viam universe carnis ingressus fuisse dicatur, huiusmodi appellationis ac illas quas ipsi contra illos qui sua crediderint interesse super hiis et eorum occasione movere intendunt causas alicui in partibus cum potestate absolvendi simpliciter vel ad cautelam ab huiusmodi suspensionis et excommunicationis sententiis ac relaxandi interdictum, si indigeant, committere de benignitate apostolica dignemur.

Nos itaque ^a huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, vocatis qui fuerint evocandi et auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit, appellatione remota decernatis, facientes quod decernentis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore substraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellatis veritati testimonium perhibere.

Non obstantibus felicis recordationis Bonifatii ^b pape VIII predecessoris nostri in qua cavetur ut aliquis extra suam civitatem vel diocesim nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dictam a fine sue diocesis ad iudicium [evocetur]. Seu [ut] iudices a sede predictam deputati alioquos unam dictam a fine diocesis trahere presumant et de duabus dictis in concilio generali ac de personis ultra certum numerum ad iudicium non vocandis quam aliis constitutionibus apostolicis contrariis quibuscumque, aut si aliquibus communiter vel divisim a sede predicta sit indultum quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, domino virum ea nichilominus exequantur.

Datum Massilie, apud Sanctum Victorem, VII Kalendas Februariis, pontificatus nostri anno XIII^{mo}.

^a supplicationibus *del.* R ^β VIII *del.* R

β-26

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 335, f. 585v
Έκδοση: Ανέκδοτο

Μασσαλία, Άγιος Βίκτωρ

31 Ιανουαρίου 1407

Ο πάπας Βενέδικτος ΙΓ΄ μεταξύ άλλων ενημερώνει και τον βασιλιά Ιανό για τη συμφωνία που επετεύχθη με τον Γρηγόριο ΙΒ΄ της Ρώμης προκειμένου να συναντηθούν και να βρεθεί λύση στο Σχίσμα.

Carissimo in Christo filio Iano ^a regi Cipri illustri salutis *etc.* Quanto *etc.* pro omnia ut in supra proxima cum eius remissionibus. Datum *ut supra.*

^a III *del.* R

β-27

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 326, f. 75r-76r
Έκδοση: C. Alonso, *Bullarium O.S. Augustini*, τ. 2, αρ. 862

Μασσαλία, Άγιος Βίκτωρ

23 Φεβρουαρίου 1407

Ονομασία του Ιωάννη Petit ως αρχιεπισκόπου Ταρσού μετά τον θάνατο του προκατόχου του Ιωάννη.

Dilecto filio Iohanni Petiti electo Tarsensi, salutem *etc.*

Apostolatus officium quamquam insufficientibus meritis nobis ex alto commissum, quo ecclesiarum et monasteriorum omnium regimini presidemus utiliter exequi coadiuvante Domino cupientes solliciti corde reddimur, ut, cum de ipsarum

regiminibus agitur committendis, tales eis in pastores preficere studeamus, qui commissum sibi gregem dominicum sciant non solum doctrina verbi sed exemplo boni operis informare commissasque sibi ecclesias in statu pacifico et tranquillo velint et valeant duce Domino gubernare.

Dudum siquidem, bone memorie Iohanne archiepiscopo Tarsensi regimini ecclesie Tarsensis presidente, nos, cupientes eidem ecclesie cum ipsam vacare contingeret utilem sed fructuosam per Apostolice Sedis providentiam preesse personam, provisionem ipsius ecclesie ordinationi et dispositioni nostre ea vice duximus specialiter reservandam, decernentes extunc irritum et inane si secus super hiis " per quoscumque quavis //75^v auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari.

Postmodum vero, dicta ecclesia per obitum ipsius Iohannes archiepiscopum, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacante, nos, vacatione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta, ad ipsius ecclesie provisionem celerem et felicem de quanullus preter non hac vice se intromittere potuit neque potest [reservatione] et decreto obsistentibus supradictis ne, ecclesia ipsa longe vacationis exponeretur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de preficiendo eidem ecclesie personam huiusmodi cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te ordinis Fratrum Heremitarum Sancti Augusti professorem in presbiteratus ordine constitutum, religionis zelo conspicuum, litterarum scientia peditum, vite ac morum honestate decorum, in spiritualibus providum et in temporalibus circumspectum, aliisque multiplicum virtutum meritis prout fidedignis testimoniis [nominus] insignitum dureximus aciem nostre mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua, nobis et eisdem fratribus ob dictorum tuorum exigentiam meritorum accepta eidem Tarsensi ecclesie de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica providemus, teque illi preficimus in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem ipsius Tarsensis ecclesie, tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie commitendo, in Illo Qui dat gratias et largitur premia confidentes quod prefata ecclesia sub tuo felici regimine, gratia tibi assistente divina, prospere et salubriter dirigetur, ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Iugum igitur Domini tuis impositum humeris prompta devotione suscipiens, curam et administrationem predictas sic exercere studeas sollicite, fideliter ac prudenter quod ipsa ecclesia gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque provide preter eterne retributionis premium nostram et sedis predictae benedictionem et gratiam uberius consequi merearis.

Volumus autem quod tu pontificalia extra propriam diocesim absque licentia sedis predictae speciali nullatenus exercere presumas.

Datum Massilie, apud Sanctum Victorem, VII Kalendas Martii, anno tertio decimo.

In eodem modo. Carissimo in Christo filio Iano regi Cypri illustri, salutem etc. Gratie divine premium et preconium humane laudis acquiritur si per seculares principes ecclesiarum prelati presertim ecclesiarum //76r cathedralium metropolitana regimini presidentibus, oportuni favoris presidium et honor debitus impendatur. Dudum vero usque incrementa. Quocirca serenitatem regiam rogamus et hortamur attente quatinus eundem Iohannem electum et ecclesiam suo commissam regimini habens pro divina et Apostolice Sedis ac nostra reverentia propensius commendatos sit te eisdem exhibeas favore regio benivolum et in oportunitatibus gratiosum, quod idem Iohannes electus per auxilium tue gratie in commisso sibi ecclesie prefate regimine utilius proficere valeat tuque proinde consequaris premia felicitatis eterne ac nos celsitudinem regnam condignis possumus in domino laudabilibus commendare. Datum *ut supra*.

^a aquoquam *del. R*

β-28

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχαική σειρά: Reg. Aven. 327, ff. 667v-668v
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: XX⁼⁼ mg. d.

Μασσαλία, Άγιος Βίκτωρ

4 Μαρτίου 1407

Ανανεωτικό έγγραφο προς ακύρωση του γάμου του Ιανού και της Anglesia. Στο παρόν έγγραφο καταχωρίζεται και το πρώτο έγγραφο που είχε σταλεί στις 18 Ιουνίου 1406.

Dilectis filiis Sancti Iohannis de Belloloco et Episcopie Nicosiensis diocesis monasteriorum abbatibus et Paphensis et Nimociensis ^a archidiaconis ac Iacobo de Margatis canonico Nicosiensis ||ecclesiarum||, salutem et apostolicam benedictionem.

Iustis petentium desideriis libenter ^b annuimus illaque favore prosequimur oportuno.

Dudum siquidem, super receptione testium, litterarum et instrumentorum ad probandum nonnullos articulos pro parte carissimi in Christo filii nostri Iani regis Cipri illustris productos in causa que inter eum et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Engleziam, quondam //^{668r} Barnabonis de Vicecomitibus natam, Mediolanensem, super eo quod rex se cum ea matrimonium minime contraxisse Englezia vero predicti prefatum regem cum ea matrimonium contraxisse asserebant coram venerabili fratre nostro Petro archiepiscopo Tholosano, cui nos causam huiusmodi commiseramus audiendam et fine debito terminandam, vertebatur, venerabili fratri nostro episcopo Nimociensi et dilectis filiis archidiacono Paphensi ||ac|| Iacobo de Margatis canonico Nicosiensi litteras nostras direximus in hac verba: ..

Benedictus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo Nimociensis et dilectis filiis archidiacono Paphensis ac Iacobo de Margatis canonico Nicosiensis ||ecclesiarum||, salutem et apostolicam benedictionem.

Orta dudum inter carissimum in Christo filium nostrum Ianum regem regem Cipri illustrem et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Engleziam, quondam Barnabonis de Vicecomitibus natam, mulierem Mediolanensem, super eo quod rex se cum dicta Englezia matrimonium minime contraxisse dictamque Engleziam prefatum regem impeduisse et impedire fecisse quoque et facere quominus idem rex cum alia muliere possit matrimonialiter copulari, Englezia vero predicta premissa non esse vera dictumque regem cum ea matrimonium contraxisse per verba legitime de presenti asserunt et nonnullis ||aliis|| articulis materia questionis, nos causam huiusmodi venerabili fratri nostro Petro archiepiscopo Tholosano, in Romana Curia residenti, audiendam commisimus et fine debito terminandam. Coram quo magistro Thoma de Zenariis procuratore dicte Regis et Petro de Nova indagine substituto per magistrum Paulinum de ⁷ Feis de Arezio, procuratorem dicte Englezie, prout ad hoc ab eadem Englezia sufficiens mandatum habebat, in iudicio comparentibus, et per quemlibet eorum quodam in huiusmodi cum dato libello ac de calumpnia et de veritate dicenda in ipsius Petri archiepiscopi presentia prestitis iuramentis, traditisque quibusdam positionibus et articulis et contra eosdem positiones ⁸ et articulos nonnullis exceptionibus hinc inde datis, productisque nonnullis instrumentis, publicis et aliis

iuribus et munimentis quibus partes ipse in huiusmodi causa uti voluerunt, et contra huiusmodi producta quibusdam exceptionibus utrinque datis, in terminis eis ad singulos actus huiusmodi per dictum archiepiscopum peremptorie et successive assignatis, quia per ea que coram dicto Petro archiepiscopo in huiusmodi causa apud dictam sedem sunt habita non potest de ipsius cause meritis plene liquere, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus testes, litteras, et instrumenta, que pars dicti Regis super dictis suis articulis, quos idem archiepiscopus unacum interrogatoriis dicte ^e Englezie sub sigillo //^{668v} suo vobis transmittit inclusos, coram vobis duxerit <duxerrint> producenda, infra duos menses post receptionem presentium, cum pars dicte Englezie super dictis suis articulis remissionem ad vos habere non curet, prudenter recipere ac testes ipsos secundum eadem interrogatoria diligenter examinare curetis, litteras et instrumenta predicta transcribi fideliter faciendo. Si vero alterutra partium predictarum testes alterius voluerit reprobare, vos testes super reprobatione huiusmodi coram vobis producendos infra unius mensis spacium predictos duos menses immediate sequentes sapienter ^{or} recipiatis eosque secundum interrogatoria a partibus ipsis exhibenda, si ea exhibere voluerint, alioquin iuxta datam a Deo vobis prudentiam examinetis diligenter depositiones omnium testium predictorum fideliter in scriptis redactas una cum articulis et interrogatoriis supradictis ac transumptis litterarum et instrumentorum predictorum sub vestris sigillis inclusas ad nostram presentiam transmissuri et significaturi nobis que et quanta sit fides eisdem instrumentis et litteris adhibenda, prefixo eisdem partibus termino peremptorio competenti, quo per se vel procuratores suos ydoneos cum omnibus iuribus et munimentis suis causam huiusmodi contingentibus se apostolico conspectui representent iustam dante Domino sententiam recepture. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam compellatis preterquam super criminibus veritati testimonium perhibere. Diem vero prefixionis huiusmodi et formam et quicquid super hiis duxeritis faciendum nobis per vestras patentes litteras harum seriem continentes fideliter intimare curetis. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, tu, frater episcopo, cum vestrum altero ea nichilominus exequaris.

Datum Saone XIII Kalendas Iulii, pontificatus nostri anno duo decimo.

Cum autem sicut exhibita nobis postmodum pro parte dicti regis petitio continebat, bone memorie Guillelmus episcopus Nimociensis viam fuerit universe carnis

ingressus, et propterea littere ipse non potuerunt iuxta ipsarum litterarum tenorem executioni demandari, pro parte dicti regis nobis fuit humiliter supplicatum ut, attenta distantia partium predictarum, loco prefati episcopi alios executores super hiis deputare et alias sibi super hiis providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos vel quatuor aut tres seu duo aut unus vestrum per inde ad executionem dictarum litterarum procedatis sicut prefatus episcopus ante ipsius obitum, et vos, dilecti filii archidiacone Paphensis et Iacobe prefati, procedere poteratis iuxta ipsarum litterarum continenciam et tenorem.

Datum Massilie apud Sanctum Victorem, IIII Nonas Martii, pontificatus nostri anno tertio decimo.

^a mon del. R ^β intendemus del. R ^γ Arezio del. R ^δ ac del. R ^ε Ane del. R ^{στ} recipere del. R ^ς del. R

β-29

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 328, f. 401r
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: Expeditur [procurator] P. Soriani mg. s. XX mg. d.

Μασσαλία, Άγιος Βίκτωρ

12 Μαρτίου 1407

Άρση κωλυμάτων για την τέλεση γάμου μεταξύ των Ιωάννη de Norres και Echivia de Morpho (2^{ος} και 3^{ος} βαθμός εξ αγχιστείας) και Ραϋμούνδου Albi και Μπέλλας de Tabaria (πνευματική συγγένεια).

Dilectis filiis decano et Petro Lance ac Iohanni Vasani canonicis ecclesie Nicosiensis,
^a salutem et apostolicam benedictionem.

Oblate nobis pro parte dilecti filii nobilis viri Iohannis de Nores militis et dilecte in Christo filie nobilis mulieris Eschive, dilecti filii nobilis viri Symonis de Morfo militis nate, domicelle Nicosiensis, petitionis series continebat quod ipsi Iohannes et Eschiva de communi parentum consanguineorum et amicorum suorum voluntate pariter et concensu desiderant invicem matrimonialiter copulari, sed obstans impedimento affinitatis ex eo proveniente quod quondam Iacobus de Balme miles maritus dicte

Eschive dum viveret tertio et dictus Iohannes secundo consanguinitatis gradibus a communi stipite discebant desiderium suum huiusmodi adimplere non possint dispensatione apostolica super hoc non obtenta. Quare pro parte dictorum Iohannis et Eschive nobis fuit humiliter supplicatum ut providere eis super hoc de ^β oportune dispensationis gratia de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi ^γ supplicationibus inclinati ^δ ||discretioni vestre|| de qua in hiis et aliis specialem in Domino fiduciam obtinemus per apostolica scripta mandamus quatenus ||vos vel duo aut unus vestrum||, si est ita et dicta Eschiva propter hoc rapta non fuerit, cum eisdem Iohanne a Eschiva ut ipsi impedimento quod ex affinitate huiusmodi provenit non obstante matrimonium invicem contrahere et solemnizare et in eo postquam contractum fuit licite remanere valeant auctoritate apostolica [despensamus] prolem ex matrimonio huiusmodi suscipiendam legitimam nunciando.

Volumus autem quod eisdem Iohanni et Eschive se cum eis super promissis ||per vos vel duos aut unum ex vestris dispensari contingat – ut prefertur – [iniungatis] quod aliquam elemosinam vestro vel duorum aut unius vestrum per quos seu quem dispensatori continget – ut premititur –|| arbitrio ordinandam alicui pio loco vel Christi pauperibus erogare teneantur.

Datum Massilie apud Sanctum Victore, IIII idus Martii, anno tertio decimo.

Eisdem ^{στ} salutem et apostolicam benedictionem.

Oblate nobis pro parte dilecti filii nobilis viri Raymundi Albi domicelli et dilecte in Christo filie nobilis mulieris Belle dilecti filii nobilis viri Iohannis de Thabarie militis, nate domicelle ||Nicosiensis||, ^η [dictis] petitionis series continebat quod ipsi Raymundus et Bella de communi consensu parentum et amicorum suorum desiderant invicem matrimonialiter copulari sed obstans impedimento cognationis spiritualis ex eo proveniente quod dilectus filius nobilis vir Berengarius Albi domicellus pater dicti Raymundi prefatam Bellam de sacro fonte levavit desiderium suum huiusmodi adimplere non possunt dispensatione apostolica super hoc non obtentus.

Quare pro parte dictorum Raymundi et Belle nobis fuit humiliter supplicatum ut providere eis super hoc de oportune dispensamus gratia de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati ^η ||discretioni vestre|| de qua in hiis et aliis specialem in Domino fiduciam obtinemus per apostolica scripta mandamus quatenus ||vos vel duo aut unius vestrum||, si est ita et dicta Bella propter hoc rapta non fuerit, cum eisdem Raymundo et Bella ut ipsi impedimento quod ex

consanguinitate huiusmodi provenit non obstans matrimonium invicem contrahere et solemnizare et in eo, postquam contractum fuerit, licite remanere valeant auctoritate apostolica [dispensamus] prolem ex matrimonio huiusmodi suscipiendam legitimam nunciando.

Volumus autem quod eisdem Raymundo et Belle si cum eisdem super premissis ^θ ||per vos vel duos aut unum ex vestris dispensari contingat – ut prefertur – [iniungatis] que aliquam elemosinam vestro vel duorum aut unius vestrum per quos seu quem dispensari contingeret – ut prefertur –|| arbitrio ordinandam alicui pio loco vel Christi pauperibus erogare teneantur.

Datum Massilie, apud Sanctum Victorem, IIII Idus Martii, anno tertiodecimo.

^α dilecte filie venerabili fratri archiepiscopi Nicosiensi *del.* R ^β benigniate *del.* R ^γ suplicis *del.* R ^δ fraternitati tue *del.* R ^ε per te dispensari contingat ut prefertur [...] quod elemosinam vestre ambitrio *del.* R ^{στ} venerabili fratri archiepiscopi salitem *del.* R ^ζ tue *del.* R ^η fraternitati tue *del.* R ^θ dispensari contingat ut prefertur iungas quod elemosinam tue *del.* R

β-30

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 328, f. 476v-447r

Έκδοση: K. Eubel, *Die Avignonische*, σ. 148, αρ. 1096

Σημειώσεις: E.A. [N. Clameng.] *mg. s. XV^{mg. d.}*

Μασσαλία, Άγιος Βίκτωρ

25 Μαρτίου 1407

Ο Γρηγόριος από την Κύπρο ορίζεται καθηγητής Θεολογίας στην αρχιεπισκοπή της Λευκωσίας, μετά από αίτημά του να επιστρέψει στο νησί.

Dilectis filiis decano et capitulo ecclesie Nicosiensis, salutem *etc.*

Rationi congruit ut viri ecclesiastici, presertim in verbo Domini eruditi, Sedis Apostolice magnificentiam in eorum oportunitatibus reperiant sibi promptam.

Cum itaque – sicut accepimus – in ecclesia vestra a tanto tempore quod de eius contrario non est hominum memoria observatum existat quod unus magister in Theologia in dicta ecclesia legere debeat Theologiam memoratam, certa stipendia propterea constituta et dari solita percipiendo, et dilectus filius Gregorius de Cipro

Ordinis Fratrum Predicatorum professor magister in ipsa Theologia, qui de provincia Terre Sancte secundum instituta dicti ordinis existit, ad Regnum Cipri //^{477r} presentialiter accedens, desideret lecturam huiusmodi in eadem ecclesia exercere, ut de stipendiis huiusmodi commodius valeat sustentari, nos, ipsius Gregorii in hac parte supplicationibus inclinati, discretioni vestre per apostolica scripta committimus et mandamus, districtius ^a precipientes quatinus, receptis presentibus et sine dilatione quacumque, eundem Gregorium ad huiusmodi lecture exercitium auctoritate nostra admittatis, dictoque Gregorio de stipendiis, que pro lectura huiusmodi dari consueverunt, respondeatis et faciatis ab aliis quorum interest integre responderi. Contradictores pro censuram *etc.* Non obstantibus statutis et consuetudinibus dicte vestre ecclesie contrariis etiam iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis quibuscumque etiamsi de eis et ipsorum totis tenoribus habenda sit presentibus mentio specialis, quibus alias per hoc volumus in aliquo derogari, seu si aliquibus communiter vel divisim a dicta sit Sede indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentio et qualibet alia dicte sedis indulgere generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressis vel totaliter non insertam effectus presentium impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis.

Datum Massilie apud Sanctum Victorem, VIII Kalendas Aprilis, anno tertio decimo.

^a percipie *del. R*

β-31

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 328, f. 396v

Έκδοση: C. Alonso, *Bullarium O.S. Augustini*, τ. 2, αρ. 846

Μασσαλία, Άγιος Βίκτωρ

23 Απριλίου 1407

Ο Ιωάννης Petit ο οποίος έχει εκλεγεί αρχιεπίσκοπος Ταρσού μπορεί να χρησιμοποιεί τα επισκοπικά σύμβολα και εκτός της επισκοπής του. Αρχικά ο ιεράρχης δεν είχε

αυτό το δικαίωμα, ωστόσο τώρα δικαιούται αφού λάβει την άδεια του τοπικού επισκόπου.

Dilecto filio Iohanni Petiti electo Tarsensi, salutem *etc.*

Tue devotionis affectus, quo nos et Romanam Ecclesiam revereris, promeretur ut petitionibus tuis, illis presertim que commoditatem tuam respiciunt, benignum impartiamur assensum. Cum itaque nuper de persona tua nobis et venerabilibus fratribus nostris sancte Romane Ecclesie cardinalibus ob tuorum exigentiam meritorum accepta ecclesie Tarsensi tunc vacanti per nostras litteras duxerimus providendum, preficientes te eidem ecclesie in archiepiscopum et pastorem, volentes inter cetera quod pontificalia extra propria diocesim non presumeres exercere, prout in eisdem litteris plenius continentur, nos, cupientes personam ipsam favore prosequi gratioso, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, tibi, ut extra dictam diocesim cum beneplacito, consensu et voluntate locorum diocesanorum pontificalia valeas exercere, voluntate huiusmodi nequaquam obstante, libere et licite possis apostolica auctoritate tenorum presentium indulgemus. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere *etc.*

Datum Massilie, apud Sanctum Victorem, Kalendas Aprilis, anno tertidecimo.

β-32

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 326, f. 136r-137r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: [...] camera pro domino vicecancellario *mg. s. XXXXXXXXXXXXXXXX mg. d.*

Νίκαια

13 Σεπτεμβρίου 1407

Ο Γουλιέλμος Gralli ονομάζεται επίσκοπος Λεμεσού μετά τον θάνατο του προηγούμενου επισκόπου Γουλιέλμου Scarbotti.

Dilecto filio Guillelmo electo Nimociensi, salutem *etc.*

Romani pontificis, quem Pastor Ille celestis et episcopus animarum potestatis sibi plenitudine tradicta ecclesiis pretulit, universis plena vigiliis sollicitudo requirit ut ipse circa cuiuslibet statum ecclesie sic vigilanter excogitet, sicque prospiciat diligenter,

quod per eius providentiam circumspectam ecclesiis singulis pastor accedat idoneus et rector providus deputetur, per quem ecclesie ipse, " ||superni|| favoris auxilio suffragante, preserventur a noxiis et votive prosperitatis successibus gratulentur.

Dudum siquidem, bone memorie Guillelmo episcopo Nimosiensi regimini ecclesie Nimociensis presidente, nos, cupientes eidem ecclesie cum vacaret utilem et idoneam per Apostolice Sedis providentiam preesse personam, provisionem dicte ecclesie ordinationi et dispositioni nostre ea vice duximus specialiter reservandam, decernentes extunc irritum et inane si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigeret attemptari.

Postmodum vero, dicta ecclesia per obitum ipsius Guillelmi, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, pastoris solatio destituta, nos, vacatione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta, ad provisionem ipsius ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit neque potest, reservatione et decreto obsistentibus supradictis, ne ecclesia ipsa longe vacationis exponeretur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de preficiendo eidem ecclesie personam huiusmodi cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te rectorem priorem ecclesie de Bobalibus, Mimatensis diocesis, licenciatum in legibus in presbiteratus ordine constitutum cum apud nos de vite ac morum honestate spiritualium providentia et temporalium circumspectione aliisque multiplicium virtutum meritis fidedigna testimoni perhibentur direximus oculos nostre mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua, nobis et eisdem fratribus ob dictorum tuorum exigentiam meritorum accepta prefate ecclesie ^β ||Nimociensi|| de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica providemus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie, tibi in spiritualibus et ^γ temporalibus plenarie committendo, in Illo Qui dat gratias et largitur premia confidentes quod, dirigente Domino actus tuos, prefata ecclesia per tue industrie et circumspectionis studium fructuosum regetur utiliter et prospere dirigetur, grataque suscipiet in eisdem spiritualibus et temporalibus incrementa.

Quocirca discretioni tue per apostolica scripta //^{136v} mandamus quatenus, impositum tibi onus a Domino devote suscipiens, curam et administrationem predictus sic exercere studeas sollicite, fideliter et ^δ prudenter quod ecclesiam ipsam gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissio tuque preter eterne

retributionis premium nostram et dicte sedis gratiam et benedictionem uberius consequi merearis.

Datum Nicie, Idus Septembris, anno tertio decimo.

In eodem modo dilecto filiis capitulo ecclesie Nimociensis, salutem etc. Romani pontificis etc. Usque incrementa. Quocirca discretorum vestre per apostolica scripta mandamus quatenus eudem Guillelmo electo tamquam patri et pastori animarum vestrarum humiliter intendemus ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas, eius salubria monita et mandata efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam, quam id Guillelmus rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum ut supra.

Dilectis filiis clero, civitarum et diocesis Nimociensis, salutem etc. Romani pontificis etc. usque incrementa. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus eidem Guillelmo electo tamquam patri et pastori animarum vestrarum humiliter intendemus ac exhibentes ei obedientiam et reverentiam debitas et devotas eius salubria monita et mandata efficaciter adimplere curetis ac alioquin sententiam, quam idem Guillelmus electus rite tulerit in rebelles ratam habebimus ac faciemus et ^e auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum ut supra.

Dilectis filiis populo civitatis et diocesis Nimociensis, salutem etc. Romani pontificis etc. usque incrementa. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus predictum Guillelmo electo tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum suscipiens devote ac debita honorificentia prosequens ipsius monitum et mandatum salubribus humiliter indendatis, ita quod ipsem [sincere] devotionis filios et vos in eo per consequens patrem invenisse benivolum gaudeatis. Nosque proinde devotionem vestram possumus vero in merito commendare. Datum ut supra.

Dilectis filiis universis ||vassallis|| ^o ecclesie Nimociensis, salutem etc. Romani pontificis etc usque incrementa. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus predictum Guillelmus electum debita honorificentia et prosequens ei fidelitate solitam necnon consueta servitia et iura sibi a [vobis] debita exhibere integre studeatis. Alioquin sententiam sive penam quam dilectus Guillelmus rite tulerit seu statuerit in rebelles //^{137r} ratam habebuimus et faciemus actore domino usque satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum ut supra.

Venerabili fratri archiepiscopo Nicosiensi, salutem *etc.* Ad cumulum tue cedit salutis et fame, si personas ecclesiasticas, presertim pontificali predictas dignitate divine propiciationis intuitu, oportuni presidii ac favoris gratia prosequareis. Dudum siquidem vel usque incrementa. Cum igitur ut idem Guilelmis electus commissa sibi predictae ecclesie Nicosiensis cura facilius perficere valeat tuus favor sibi esse noscatur plurimum oportunus firmitatem tuam rogamus et hortamur attente per apostolica scripta tibi mandantes quatinus eundem Guilelmum et commissam sibi ecclesiam habens pro nostra et Apostolice Sedis reverentia commendatos in ampliandis et conservandis iuribus suis sit eum tui favoris presidio prosequareis, quod ipsem per tui favoris auxilium se posit in comisso sibi eiundem ecclesie regimine utilius exercere tuque divinam misericordiam et dicte sedis benivolentiam valeas exinde uberius promereri. Datum *ut supra*.

Carissimo in Christo filio Iano Regi Cipri illustri, salutem *etc.* Gratie divine premium et preconium humane laudis acquiritur si per seculares principes ecclesiarum prelati presertim ecclesiarum cathedralium regimini presidentibus, oportuni favoris presidium et honor debitus impendatur.

Dudum siquidem *etc.* Usque incrementa. Cum itaque filii carissime, sit virtutis opus Dei ministros benigno favore prosequi ac eos urbis et operibus pro Regis eterni gloria venerari, celsitudinem regiam ^ζ rogamus et hortamur attente, quatinus prefatum Gulielmum electum et ecclesiam sue cure commissam habentes pro Apostolice Sedis et nostra reverentia propensius commendatos ipsos benigni favoris auxilio prosequareis, ita quod idem electus tue magnitudinis fultus auxilio in comisso sibi cure pastoralis officio posit Deo propitio prosperari ac tibi exinde a Deo ^η ||perennis|| vite premium et a nobis condigna perveniat actio gratiorum. Datum *ut supra*.

^α superni *del.* R ^β Mansticii *del.* R ^γ tenp *del.* R ^δ prodenter *del.* R ^ε avote *del.* R ^{στ} vassalibus *del.* R ^ζ rogavimus *del.* R ^η perenus *del.* R

β-33

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχιακή σειρά: Reg. Aven. 330, f. 453r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Mimatensis. R. Iuvenis *mg. s. X*⁼⁼*mg. d.* Δες και Reg. Suppl. 140, f. 248v

Παραχώρηση του αξιώματος του ψάλτη (cantor) της αρχιεπισκοπής Λευκωσίας στον Βενέδικτο της Εύβοιας, ο οποίος ανήκε στον στενό κύκλο του Ιανού, και πρέσβης, μαζί με τον επίσκοπο Λεμεσού Γουλιέλμο Scarboti (πεθ. 1403) στη Γαλλία και στην παπική κούρια. Προηγήθηκε διένεξη σχετικά με την κατάληψη της θέσης με τον Ιωάννη de Baruto ή Fava.

Dilecto filio Benedicto de Nigroponte canonico et cantori ecclesie Nicossiensis, salutem *etc.*

Laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos fidedignorum commendaris testimonio, nos inducunt ut te favore apostolico prosequamur.

Dudum siquidem, canonicatu et prebenda ac cantoria ecclesie Nicossiensis tunc certo modo vacantibus, nos illos sic vacantes et inantea dispositioni apostolice reservatos tibi contulimus, et de illis etiam providimus, certis tibi super hoc executoribus deputatis, prout in diversis nostris inde confectis litteris, in quibus expressum fuit quod carissimi in Christo filii nostri Iani regis Cipri illustris familiaris commensalis existebas, plenius continetur.

Cum autem sicut exhibita nobis pro parte tua petitio continebat, quod ^a licet tu tempore date dicte gratie, cum bone memorie Guillelmo episcopo Nimociensi, tunc ipsius regis ad Romanam Curiam et ad parte<s> Francie ambaciatore destinato, existeres, et cum eo de partibus Cipri ad dictas partes venisti ^b et sibi huiusmodi ambaxiata durante servivisti ^c, tamen dubitas ^d non debere propterea familiarem ipsius regis commensalem reputari et inde posse super canonicatu<m> et prebenda – qui per dilectum filium Iohannem de Baruto alias Fava, qui se gerit pro presbitero Nicossiensis, sicut asseris, detinentur indebite occupati – ac etiam super cantoria predictis molestari, nos, intendentes te favore prosequi gratie specialis, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, volumus et apostolica tibi auctoritate concedimus^e, quod littere predictae et processus habiti per easdem et quecumque inde secuta a date presentium valeant et plenam roboris firmitatem obtineant perinde^{στ} ac si in litteris predictis de familiaritate huiusmodi nulla mentio facta foret. Non obstantibus omnibus et singulis que in dictis litteris volumus non obstare. Nulli ergo *etc.* nostre voluntatis et concessionis infringere *etc.*

Datum apud Portumveneris, Ianuensis diocesis, Kalendis Maii, anno quartodecimo.

^α quod R] ^β venisti] *ad. corr.* veneris R ^γ servivisti] *ad. corr.* serviveris ^δ dubitas] *ad. corr.* dubites ^ε concedimus] *ad. corr.* condedimus ^{στ} perinde] *ad. corr.* perunde R

β-34

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 327, f. 507v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: [Att.] *mg. s. XXV mg. d. Mg. s. f. 508v correctis de mandato domini vicecancellario III idus Iunii anno XIII B. Fortis.*

Portumveneris, Γένοβα

14 Μαΐου 1408

Ο *officialis* της επισκοπής Πάφου εντέλλεται να δοθεί στον Πέτρο Lanza αρχιδιάκονο Πάφου και το αξίωμα του αρχidiaκόνου της αρχιεπισκοπής Λευκωσίας το οποίο παραμένει ακόμα κενό. Τη θέση κατείχε μέχρι τον θάνατό του ο Γουίδος de Neffino. Ο Ιανός είναι θετικός γι' αυτή την παραχώρηση. Ο μισθός που θα παρέχεται στον Πέτρο είναι πενήντα χρυσά δουκάτα.

Dilecto filio officiali Paphensis, salutem et apostolicam benedictionem.

Dignum arbitramur et congruum ut illis se reddat Sedes Apostolica gratiosam quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur. Cum itaque – sicut accepimus – //^{508r} archidiaconatus ecclesie Nicossiensis, quem quondam Guido de Neffino ipsius ecclesie archidiaconus, ^α dum viveret, obtinebat per ipsius Guidonis obitum, qui extra curiam diem clausit extremum, vacaverit et vacet ad presens, nos, volentes dilectum filium Petrum Lansa canonicum Paphensem apud nos debite ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritorum multipliciter commendatum, horum intuitu, necnon consideratione carissimi in Christo filii nostri Iani, regis Cipri illustris, predicto Petro, dilecto suo, nobis super hac humiliter supplicantis favore ||prosequi|| ^β gratioso, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus si, post diligentem examinationem, dictum Petrum ad hoc ydoneum esse reppereris, super quo tuam conscientiam oneramus, dictum archidiaconatum, qui personatus sine cura existit et ad quem non consuevit quis per electionem assumi, cuiusque fructus, redditus et proventus quinquaginta ducatorum

auri, ut idem Petrus asserit, valorem annum non excedunt sine, ut premittitur, sine alios quovismodo et per quamcumque aliam personam vacet dummodo tempore dat presentium non sit in eo alicui specialiter ius quesitum. Etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatione ad Sedem Apostolicam legitime devoluta aut dispositione apostolice specialiter reservatus existat cum omnibus iuribus et pertinentiis suis eidem petito auctoritate nostra conferas et assignes, inducens per te, vel alium seu alios cuius Petrum, vel procuratorem suum eius nomine, in corporalem possessionem archidiaconatus, ac iurium et pertinentiarum predictorum et defendens inductum, a moto exinde quolibet illicito detentore ac faciens ipsum vel dictum procuratorem pro eo ad illum, ut est moris, admitti sibi que de ipsius archidiaconatus fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi, ꝑontradiutores auctoritate nostra, appellatione postposita compescendo. Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus ||dicte|| ecclesie ^γ ||Nicosiensis|| contrariis iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de dignitatibus personatibus vel //^{508v} officiis in dicta ecclesia ^δ Nicosiensis speciales aut aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus in assecutione dicti archidiaconatus prefatum Petrum volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem dignitatum, personatum vel officiorum aut beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si venerabili fratri nostro archiepiscopo et dilectis filiis capitulo Nicosiensibus vel quibusvis aliis communiter vel divisim a dicta sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de dignitatibus personatibus vel officiis ipsius ecclesie Nicosiensis aut aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis ; aut si dictus Petrus presens non fuerit ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus dicte ecclesie

Nicosiensis solitum iuramentum, dummodo in absentia sua procuratorem ydoneum et cum ad ecclesiam ipsam accesserit, corporaliter illud prestet, seu quod idem Petrus canonicatum et prebendam ac archidiaconatum predictae ecclesiae Paphensis noscitur obtinere et quod hodie eidem Petro de canonicatu et prebenda prefatæ ecclesiae Nicosiensis vacantibus per alias^ε nostras litteras mandamus provideri.

Volumus autem quod idem Petrus quamprimum vigore presentium predictum archidiaconatum dicte ecclesiae Nicosiensis fuerit assecutus prefatus, ||prefatum||^{στ} archidiaconatum ecclesiae Paphensis ^ζ quem, ut [preficitur], obtinet ^η ||quemque|| extunc vacare decernimus omnino, prout ad id se sponte obtulit, dimittere teneatur, et insuper si dictus Petrus ad hoc repertus fuerit ydoneus – ut prefertur – //^{509r} exnunc providere irritum ^θ decernimus et inane si secus super hiis a quoquam ^ι quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, ac si die date presentium eidem Petro per nos ad hac reperto ydoneo de dicto archidiaconatu ecclesiae Nicosiensis predictae per nostras litteras cum interpositione decreti mandavissemus provideari.

Datum apud Portumveneris, Ianuensis diocesis, II Idus Maii, pontificatus nostrum anni quintodecimo.

^α archidiaconatus ad corr. ^β prosequenti *del. R* ^γ dicte Nicossensis *del. R* ^δ Nicossensis *del. R* ^ε aliquas ad corr. ^{στ} dictos canonicum et prebende *del. R* ^ζ predictae *del. R* ^η quosque ^θ des *del. R* ^ι super hiis *del. R*

β-35

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 329, f. 395v-396r
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: XV *mg. d.*

Portumveneris, Γένοβα

14 Μαΐου 1408

Ο *officialis* της Εκκλησίας της Λευκωσίας επιβεβαιώνει την παραχώρηση της θέσης του θησαυροφύλακα, την οποία είχε λάβει με ψηφοφορία του καπίτουλου ο πρεσβύτερος Ιωάννης Vasanìa, μιας και ο ίδιος είχε αμφιβολίες για την παραχώρησή του. Τη θέση του θησαυροφύλακα κατείχε μέχρι τον θάνατό του ο Amicus de

Alamania. Ο Ιωάννης κατείχε εκείνη την εποχή (hodie) επίσης και το κανονικάτο της Λευκωσίας και τα εισοδήματά του. Σημειώνεται στην επιστολή ότι η επισκοπή της Πάφου την περίοδο εκείνη δεν είχε επίσκοπο. Ο βασιλιάς Ιανός από την πλευρά του δείχνει την ευαρέσκειά του και την υποστήριξή του για το αίτημα του Ιωάννη. Να σημειωθεί ότι ο Ιωάννης ήταν προσωπικός ιερέας του βασιλιά. Ο ίδιος ο Ιωάννης Vasania απευθύνθηκε με επιστολή στον πάπα για το ζήτημα, ζητώντας την επιβεβαίωση. Ο μισθός που του παραχωρήθηκε ως θησαυροφύλακα ήταν 50 χρυσά φλορίνια.

Dilecto filio officiali Nicosiensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Dignum arbitramur et congruum ut illis se reddat Sedes Apostolica gratiosam quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur.

Exhibita siquidem nobis, pro parte dilecti filii Iohannis Vasania presbiteri, Nicosiensis diocesis, petitio continebat quod olim, thesauraria ecclesie Paphensis, quam quondam Amicus de Alamania ipsius ecclesie thesaurarius, dum viveret, obtinebat, per ipsius Amici obitum, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacante, dilecti filii capitulum eiusdem ecclesie dictam thesaurariam sic vacantem, dicta ^a ecclesia pastorem carente, eidem Iohanni auctoritate ordinaria contulerunt et providerunt etiam de eadem idemque Iohannes collationis et provisionis huiusmodi vigore predictam thesaurariam assecutus illam tenet et possidet de presenti pacifice et quiete. Cum autem ||sicut|| ^b eadem petitio subiungebat, dictus Iohannes dubitet collationem et provisionem huiusmodi ex certis causis iuribus non subsistere, dictaque ^γ thesauraria adhuc vacare dicetur, nos, volentes dictum Iohannem apud nos de vite ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum horum intuitu, necnon consideratione carissimi in Christo filii nostri Iani, regis Cipri illustris, pro eodem Iohanne dilecto cappelano suo nobis super hoc humiliter supplicantis, favore prosequi gratioso, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus si, post diligentem examinationem, dictum Iohannem ad hoc ydoneum esse reppereris, super quo tuam conscientiam oneramus, ac de premissis collatione et provisione huiusmodi tibi constiterit, dictam thesaurariam, que personatus sine cura in eadem ecclesia existit et ad quam non consuevit quis per electionem assumi, cuiusque fructus, redditus et proventus quinquaginta ducatorum auri, ut idem Iohannes asserit, valorem annum communiter non excedunt, si – ut prefertur – aut alias quovismodo et per quamcumque aliam personam vacet dummodo tempore date presentium non sit in ea alicui specialiter ius quesitum, etiamsi dispositioni apostolice specialiter reservata aut tanto tempore vacaverit quod eius

collatio ad Sedem Apostolicam legitime devoluta existat cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, eidem Iohanni auctoritate nostra conferas et assignes, inducens per te, vel alium seu alios eundem Iohannem, vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem thesaurarie, iuriumque et pertinentium predictorum et defendens inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore ac faciens ipsum vel dictum procuratorem pro eo ad ipsam thesaurariam, ut est morum, a<d>mitti sibi que de ipsius thesaurarie fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi. Contradictores auctoritate nostra apellatione postposita //^{396r} compescendo. Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus dicte ecclesie contrariis iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, aut si aliqui super provisionibus sibi facientes de personatibus vel officiis ipsius ecclesie speciales aut aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales Apostolice Sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alius quomodolibet sit processum, quibus omnibus in assecutione dicte thesaurarie prefatum Iohannem volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem personatum vel officiorum seu beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si eisdem capitulo vel quibusvis aliis communiter vel divisim a dicta sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de personatibus vel officiis ipsius ecclesie aut aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, et nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam, effectus earum impediri valeat quolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Aut si dictus Iohannes presens non fuerit ad prestandam de observandam statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie solitum iuramentum, dummodo in absens sua per procuratorem ydoneum et cum ad ecclesiam ipsam assesserit corporaliter illud prestat. Seu quod hodie eidem Iohanni de canonicatu et prebenda ecclesie ||Nicosiensis||^e tunc ||certo||^{gr} modo vacantibus per alias nostras litteras mandamus provideri. Nos enim, si dictus Iohannes ad hoc repertus fuerit ydoneus – ut prefertur – ex nunc proinde irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel

ignoranter contingerit attemptari, ac si die date presentium eidem Iohanni ad hoc reperto ydoneo de dicta thesauraria cum interpositione decreti mandavissemus provideri.

Datum apud Portumveneris, Ianuensis diocesis II Idus Maii, pontificatus nostri anno quarto decimo.

^a dictam] dicta *ex corr.* R dictam ^b sub *del.* R ^γ dictam] dictamque *ex corr.* R dictam ^δ nicoss *del.* R ^ε pro to *del.* R

β-36

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 329, f. 396v
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: XX *mg. d.*

Portumveneris, Γένοβα

14 Μαΐου 1408

Ο Ιανός, βασιλιάς της Κύπρου, αιτείται την παραχώρηση θέσης κανονικού στη Λευκωσία με τα εισοδήματά του στον πρεσβύτερο Λευκωσίας Ιωάννη de Vasanha (Vasania), μετά τον θάνατο του Γουλιέλμου Parineti, γραφέα και γραμματέα.

Dilecto filio officiali Paphensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Dignum arbitramur et congruum ut illis se reddat Sedes Apostolica gratiosam, quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur.

Dudum siquidem, omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica quorumcumque scriptorum litterarum apostolicarum tunc vacantia et in posterum vacatura collationi et dispositioni nostre duximus reservanda, decernentes extunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Et deinde canonicatu et prebenda ecclesie Nicosiensis, quos quondam Guillelmus Parinete litterarum predictarum scriptor, dum viveret obtinebat per ipsius Guillelmi obitum, qui ecclesiam earundem litterarum abbreviator existens, extra Romanam Curiam diem suum clausit extremum, vacans sicut exhibita nos pro parte dilecti filii Iohannis Vasania presbiteri Nicosiensi diocesis petitio continebat dilecti filii capitulum ecclesie predictae reservationis et decreti huiusmodi forsan inscii sede archiepiscopali Nicosiensis ^a vacantes dictos

canonicatum et prebendam sit vacantes eodem Iohanni auctoritate ordinaria contulerunt et providerunt etiam de eisdem licet de facto idemque Iohannes etiam huiusmodi reservationis et decreti forsitan inscius collationis et provisionis huiusmodi pretextu predictos canonicatum et prebendam extunc assecutus illosque tenet et [possidet] de presenti pacifice et quiete, etiam de facto, cum autem collatio et provisio huiusmodi ||verbum|| ^β non subsistant dictumque canonicatus et prebenda adhuc vacare noscantur, nullusque preter nos hac vice de illis disponere potuerit neque possit, reservatione et decreto consistentibus supradictis, nos, volentes dictum Iohannem apud nos de vite ac morum honestate aliisque probitarum et virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu necnon consideratione carissimi in Christo filii nostri Iani, regis Cipri illustris, per eodem Iohanne dilecto, ||cappellano|| ^γ suo, nobis super hoc humiliter supplicantis, favore prosequi gratioso, discretionis tue per apostolica scripta mandamus quatinus si, post diligentem examinationem, dictum Iohannem ad hoc idoneum esse repereris, super quo tuam conscientiam oneramus, ac de premissis collatione et provisione tibi constituerit dictos canonicatum et prebendam quorum fructus, redditus et proventus centum ducatorum auri, ut idem Iohannes asserit, valorem annum communitur non excedunt sive – ut prefertur – //^{397r} sive alias quovismodo et per quamcumque aliam personam vacant dummodo eorum collatione ad nos dumtaxat hac vice pertineat, etiam si dispositione apostolice specialiter reservati existant cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinentiis suis eidem Iohanni auctoritate nostra conferas et assignes, inducens per te, vel alium seu alios eundem Iohannem, vel procuratorem suum eius nomine, in corporalem possessionem canonicatus et prebende, iuriumque et pertinentiis predictorum et defedens inductum, a moto exinde quolibet detemptore ac faciens ipsum vel datum procuratorem pro eo ad huiusmodi prebendam in dictam ecclesiam in canonicum recipi et in fratrem, stalli sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie cum dicti iuris plenitudine assignatis sibi que de ipsorum canonicatus et prebende fructibus, redditibus, proventus, iuribus et obventionibus universis integre responderi. Contradictores auctoritate nostra appellacione postposita compescendo. Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus dicte ecclesie contrariis, iuramento, confirmatione apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis. Aut si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in eadem ecclesia in canonicatos sint recepti vel, ut recipientur, insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie speciales autem aliis beneficiis

ecclesiasticis in illis partibus generales Apostolice Sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alius quomodolibet sit processum, quibus omnibus in assecutionem dictorum canonicatus et prebende prefatum Iohannem volumus anteferri, pro nullum per hoc eis quoad assecutionem canonicatum et prebendis ac beneficiorum aliorum providitum generari, aut si archiepiscopo Nicosiensi pro tempore existenti et eisdem capitulo vel quibusuis aliis communiter vel divisim a dicta sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie aut aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem communiter vel separatim spectantibus, nulli valeat providere per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi //^{397v} mentionem, et qualibus alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis, seu si dictus Iohannes presens non fuerit ad prestandum de observandum statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie solitum iuramentum, dummodo in absentia sua per procuratorem ydoneum et ^δ cum ad ecclesiam ipsam accesserit corporaliter illud prestat. Nos enim irritum, prout est, decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsitan est hactenus vel contingerit imposterum attemptari.

Datum apud Portumveneris, Ianuensis diocesis, in idus Maii pontificatus nostri anno quarto decimo.

^a nicoss *del.* R ^β iuribus *del.* R ^γ caplo *del.* R ^δ et *del.* R

β-37

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχιακή σειρά: Reg. Aven. 329, f. 380v-381v
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: XX^v mg. d.

Ο αρμόδιος αξιωματούχος για ζητήματα κανονικού δικαίου της επισκοπής της Πάφου αποφαινεται για την παραχώρηση του δεκανάτου της επισκοπής Λευκωσίας στον Ιάκωβο de Margat κανονικό Λευκωσίας. Η θέση του δεκανού στην επισκοπή παραμένει όπως επισημαίνεται ακόμη κενή. Προηγούμενος κάτοχος της θέσης ήταν ο Ιωάννης de Populo. Ο βασιλιάς Ιανός στηρίζει την εκλογή του Ιακώβου σε αυτή τη θέση, ο οποίος σημειώνεται ως αγαπητό του πρόσωπο (*dilecto suo*). Ο μισθός καθορίζεται στα 250 χρυσά νομίσματα. Η θέση του θησαυροφύλακα της επισκοπής Αμμοχώστου την οποία κατείχε ο Ιάκωβος του απέφερε εισόδημα 25 χρυσά δουκάτα. Ο Ιάκωβος νομιμοποιείται να κατέχει και τις δύο θέσεις. Εκλογή δεν έγινε, επειδή η θέση ήταν *reservata*. Από τη στιγμή που αναλαμβάνει το δεκανάτο, θα πρέπει να αφήσει τη θέση του κανονικού.

Benedictus *etc.* dilecto filio officiali Paphensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Dignum arbitramur et congruum ut illis se reddat Sedes Apostolica gratiosam quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur.

Dudum siquidem, omnes dignitates in cathedralibus ecclesiis post pontificales maiores tunc vacantes et imposterum vacaturas collationi et dispositioni nostre reservavimus decernentes extunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari.

Cum itaque postmodum decanatus ecclesie Nicosiensis, qui dignitas maior post pontificalem in eadem ecclesiam existit, quem quondam Iohannes de Populo ipsius ecclesie decanus dum viveret obtinebat, per obitum ipsius Iohannis, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacaverit et vacare noscatur ad presens, nullusque preter nos hac vice de illo disponere potuerit neque possit, reservatione et decreto obsistentibus supradictis, nos, volentes dilectum filium //^{381r} Iacobum Margati canonicum dicte ecclesie, apud nos de vite ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu, necnon consideratione carissimi in Christo filii nostri Iani, regis Cipri illustris, pro dicto Iacobo, dilecto suo, nobis super hoc humiliter supplicantis, favore prosequi gratioso, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus si, post diligentem examinationem, dictum Iacobum ad hoc ydoneum esse reppereris, super quo tuam conscientiam oneramus, dictum decanatum, cuius fructus, redditus et proventus ^a ducentorum et quinquaginta ducatorum auri – ut asseritur – valorem annum non excedunt, sine – ut premittitur – ^b alias quovismodo et per quamcumque aliam personam vacet, dummodo eius collatio ad nos dumtaxat hac vice pertineat, etiam si dispositioni apostolice specialiter

reservatus existat ^γ et curam habeat animarum ac ad eum consueverit quis per electionem assumi, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis eidem Iacobo auctoritate nostra conferas et assignes, inducens per te, vel alium seu alios eundem Iacobum, vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem decanatus, iuriumque et pertinentiarum predictorum, et defendens inductum, amoto exinde quolibet detentore, ac faciens ipsum Iacobum vel dictum procuratorem pro eo ad huiusmodi decanatum, ut est moris, admitti sibi que de ipsius decanatus fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventibus universis integre re<spo>nderi, contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus dicte ecclesie contrariis iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de dignitatibus, personatibus vel officiis ipsius ecclesie speciales aut aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint ^δ etiam si per eas //^{381v} ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus in assecutionem dicti decanatus prefatum Iacobum volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem dignitatum, personatum et officiorum et beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si venerabili fratri nostro archiepiscopo et dilectis filiis capitulo Nicosiensi vel quibusvis aliis communiter ^ε vel divisim a dicta sit sede ^{στ} indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de dignitatibus, personatibus vel officiis ipsius ecclesie aut aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, electionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris ^ζ mentio specialis, aut si dictus Iacobus presens non fuerit ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus ^η predicte ecclesie ratione ipsius decanatus solitum iuramentum, dummodo in absentia sua per procuratorem idoneum et cum ad ecclesiam ipsam accesserit corporaliter illud prestat. Seu quod idem Iacobus canonicatum et prebendam predicte et thesaurariam Famagustane ecclesiarum, qua quidem thesauraria personatus sine cura existit, cuius

fructus, redditus et proventus vigintiquinque ducatorum auri valorem annum – ut idem Iacobus asserit – non excedunt, noscitur obtinere. Tu enim cum prefato Iacobo ut thesaurariam ipsam cum predicto decanatu, si sibi vigore presentium conferatur, retinere, generalis consilii et quibuscumque aliis constitutionibus apostolicis ac statutis predictis necnon ipsius ecclesie Famagustane etiam iuramento, confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratus contrariis nequaquam obstantibus, libere et licite valeat eadem auctoritate dispenses, proviso quod decanatus et thesauraria predicti debitis non fraudentur obsequiis et animarum cura in dicto decanatu si qua illi imminet nullatenus negligatur.

Volumus autem prout idem Iacobus id voluit quod ipse quamprimum vigore presentium dictum decanatum fuerit pacifice assecutus, canonicatum et prebendam dicte ecclesie Nicosiensis quos obtinet – ut prefertur – et quos extunc vacare decernimus omnino dimittere teneatur;^θ et in super, prout est, irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptum forsitan est hactenus vel contigerit imposterum attemptari.

Datum apud Portumveneris, Ianuensis diocesis, X Kalendas Iunii, pontificatus nostri anno quarto decimo.

^α ||ducatorum|| ducatorum et quinquaginta *del. R* ^β sine *iteravit* ^γ x *del. R* ^δ sui *del. R* ^ε vel *del. R* ^σ indulis *del. R* ^ζ mo *del. R* ^η dicte ecclesie *del. R* ^θ datum apud Portumveneris Ianuensis diocesis *del. R*

β-38

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 329, ff. 397v-398v
Έκδοση: Ανέκδοτο

Portumveneris, Γένοβα

14 Μαΐου 1408

Παραχώρηση του κανονικάτου της Λευκωσίας στον Πέτρο de Lanza, αρχιδιάκονο και κανονικό Πάφο, μετά τον θάνατο του Αντωνίου de Papho. Θα πρέπει, ωστόσο, να παραιτηθεί από τη θέση του κανονικού και του εισοδήματος από την Πάφο, αν λάβει τη θέση στη Λευκωσία.

Dilecto filio officiali Paphensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Dignum arbitramur et congruum, ut illis se reddat Sedes Apostolica gloriosam, quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur. Cum itaque – sicut accepimus – canonicatus et prebenda ecclesie Nicosiensis, quos quondam Anthonius de Baffo ipsius ecclesie canonicus dum viveret obtinebat per ipsius Anthonii obitum, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacaverit et vacent ad presens, nos, volentes dilectum filium Petrum Lansa canonicum Paphensem apud nos de vite ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum horum intuitu, necnon consideratione carissimi in Christo filii nostri Iani, regis Cipri illustris, predicto Petro dilecto suo nobis super hoc humiliter supplicatum, favore prosequi glorioso, [dispositione] tue per apostolica scripta mandamus quatinus si, post diligentem examinationem, dictum Petrum ad hoc idoneum esse reppereris, super quo tuam conscientiam oneramus, dictos canonicatum et prebendam quorum fructus, redditus et proventus centum ducatorum auri, ut idem Petrus asserit, valorem annum non excedunt, sive, ut primititur, sive alias quovismodo et per quamcumque aliam personam vacent dummodo tempore datum presentium non sit in eis ^a alicui specialiter ius quesitum etiam si tanto tempore vacaveritque eorum collatione ad Sedem Apostolicam legitime devoluta aut dispositione apostolice specialiter reservati existant cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinentiis suis eidem [petitio] auctoritate nostra conferas et assignes, //^{398r} inducens per te, vel alium seu alios eundem Petrum, vel procuratorem suum eius nomine, in corporalem possessionem canonicatus et prebende, iuriumque et pertinentiis predictorum et defendens inductum, a moto exinde quolibet illicito detentore ac faciens ipsum, vel dictum procuratorem pro eo ad huiusmodi prebendas in dicta ecclesia Nicosiensis in canonicum recipi et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie cum dictum iuris plenitudine assignatis sibi de ipsorum canonicatus et prebende, fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre respondere. Contradictores auctoritate nostra appellatione post compescendo. Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie ^B ||Nicosiensis|| contrariis iuramento confirmatione apostolica vel [quicumque] firmitate alia roboratis, aut si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in eadem ecclesia in canonicatos sint recepti vel, ut recuperentur, insistant, seu si super provisionibus sibi facientes de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie speciales aut aliis beneficiis ecclesiasticis in [illum] partibus generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetravit, etiam si

per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alius quomodolibet sit processum, quibus omnibus in assecutionem dictorum canonicus et prebende prefatum Petrum volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem canonicatum et prebendarum ac beneficiorum aliorum providitium generari, aut si venerabili fratri nostro archiepiscopo et dilectis filiis capitulo Nicosiensibus vel quibusvis aliis communiter vel divisim a prefata Sede indultum existat quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie aut aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris //^{398v} mentio specialis. Seu si dictus Petrus presens non fuerit ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus dicte ecclesie Nicosiensis solitum iuramentum, dummodo in absentia sua per procuratorem ydoneum et cum ad ecclesiam ipsam assesserit corporaliter illud prestet, aut quod idem Petrus canonicatum et prebendam ac archidiaconatum Paphensem noscitur obtinere.

Volumus autem quod idem Petrus quamprimum vigore presentium dictos, canonicatum ecclesie Nicosiensis predictae fuerit pacifice assecutus, canonicatum et prebendam Paphensis predictos quos obtinet – ut prefertur – et quos extunc vacare decernimus omnino, prout ad id se sponte obtulit, dimittere teneatur. Et in super si dictus Petrus ad hoc repertus fuerit ydoneus – ut prefertur – exnunc proinde irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, ac si die date presentium eundem petito reperto ydoneo de datis canonicatu et prebenda predictae ecclesie Nicosiensis predictas nostras litteras cum interpositione decreti mandavissemus providere.

Datum apud Portumveneris, Ianuensis diocesis, II Idus Maii, pontificatus nostri anno quatro decimo.

^a aliqui *del. R* ^b Nicoss *del. R*

β-39

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 329, f. 413r
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: XV^m mg.d.

Portumveneris, Γένοβα

14 Μαΐου 1408

Ο Βενέδικτος ΙΓ΄ ζητάει από τον αρχιεπίσκοπο Ταρσού και τους επισκόπους της Mende και της Πάφου να φροντίσουν για την παραχώρηση θέσης κανονικού στη Λεμεσό, εξαιτίας του θανάτου του Quinto Medici, για τον Ραϋμόνδο Tasalaco, ο οποίος είναι εξομολόγος και στενός συνεργάτης του Ραϋμούνδου Lescure, επικεφαλής της κομανταρίας της Κύπρου.

Venerabilibus fratribus archiepiscopo Tarsensi et Mimatensi ac Paphensi episcopis, salutem *etc.*

Nobilitas generis vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitarum virtutum merita. Super quibus dilectus filius Raymundus de Tasalaco rector parrochiali ecclesie Britanie Auxitanensis diocesis apud nos fidedignorum commendatur testimonio, nos inducunt ut ipsum favore specialis gratie prosequamur. Cum itaque – sicut accepimus – canonicatus et prebenda ecclesie Nimociensis, quos quodam Quintus Medici ipsius ecclesie canonicatus dum viveret obtinebat, pro ipsius Quinti obitum, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacaverit et vacent ad presens, nos, volentes dicto Raymundo qui in presbiteratus ordine constitutos et – ut asserit – de nobili genere procreatus ac dilecti filii Raymundi de Lescura prioris hospitalis Sancti Iohannis Ierosolimitanum in Tholosa confessor et familiaris continuis comensalis existit, premissorum meritorum suorum intuitu favore prosequi gratie specialis, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos vel duo aut unus vestrum, per vos vel alium seu alios, dictos canonicatum et prebendam quorum fructus illos pro tempore obtineret et in dictam ecclesiam Nimociensem non residenti – ut ipsi Raymundi asserit – nullius valorem [existunt] sine – ut premittitur – sine alias quavismodo et ex quacumque alia persona vacent //^{413v} dummodo tempore datum presentium non sit in eis alicui specialiter ius quesitum, etiamsi sint dispositioni apostolice specialiter reservati aut tanto tempore vacaverint, quod eorum

collatione ad Sedem Apostolicam legitime devoluta existat cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinentiis suis eidem Raymundo auctoritate nostra conferre et assignare curetis, inducentes eum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem canonicatus et prebende iuriumque et pertinentiis predictorum et defendentes inductum a moto exinde quolibet illicito decentore ac facientes ipsum vel dictum procuratorem pro eo ad huiusmodi prebenda in dicta ecclesia in canonicum recipi et in fratrem, stallum sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie cum dicti iuris plenitudine assignatis sibi que de ipsorum canonicatum et prebende, fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventibus universis integre responderi. Contradictores auctoritate *etc.* Non obstantibus quibuscumque statum et consuetudinibus ipsius ecclesie generari iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, aut si aliqui apostolica vel alia quamvis auctoritate in eadem ecclesiam canonicos sint recepti vel – ut recipiantur – insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie speciales aut aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si pro eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alios quomodolibet sit processum, quibus omnibus in assecutione canonicatus et prebende [predicti vel] prefatum Raymundum volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem canonicatum, prebendarum aut beneficiorum aliorum preiudicium generari, aut si venerabili fratri nostro episcopo et dilectis filiis capitulo Nimociensibus vel quibusvis aliis communiter vel divisim a sede predicta sit indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicuius nostre teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie aut aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem provisus prout seu quamvis aliam dispositione coniunctim vel separatim, spectantibus nulli valeat providum pro litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia sedem indulgere generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, pro quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de quacumque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Seu si dictus Raymundus presens non fuerit ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie solitum iuramentum, dummodo in absentia sua per procuratorem idoneum et cum ad ecclesiam ipsam accesserit corporaliter illud prestat; aut quod idem Raymundus parochialem ecclesiam

predictam cuius fructus, redditus et proventus illam, pro tempore obtinens et in ea non resident ultra viginti quatuor florenos auri currentes currentes – ut idem Raymundus asserit – non valent annuatim, noscitur obtinere. Nos enim exinde irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Datum apud Portumveneris, Ianuensis diocesis, II Idus Maii, anno quartodecimo.

β-40

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 329, f. 431r-431v
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: XX mg. d.

Portumveneris, Γένοβα

14 Μαΐου 1408

Αίτηση προς τον αρμόδιο αξιωματούχο της επισκοπής Πάφου (*officialis*) σχετικά με ζήτημα παραχώρησης του κανονικάτου της Λευκωσίας με τα εισοδήματά του στον πρεσβύτερο Λευκωσίας Θωμά de Antiochia. Τη θέση κατείχε μέχρι τον θάνατό του ο Γουίδος de Nephino. Ο Ιανός, βασιλιάς της Κύπρου είναι ευνοϊκά διακείμενος και υποστηρίζει την αίτηση του Θωμά ο οποίος δεν είναι βέβαιος για την ορθότητα της εκλογής του και για το αν πράγματι η θέση είναι κενή. Σημειώνεται ότι την περίοδο εκείνη η θέση του αρχιεπισκόπου παραμένει κενή. Ο μισθός του καθορίζεται στα 100 χρυσά φλορίνια.

Dilecto filio officiali Paphensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Dignum arbitramur et congruum, ut illis se reddat Sedes Apostolica gratiosam, quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur.

^a Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecti filii ^b ||Thome|| de Antiochia presbiter Nicosiensis diocesis petitio continebat, quod olim canonicatum et prebenda ecclesie Nicosiensis, quos quondam Guido de Neffino ipsius ecclesie canonicus, dum viveret obtinebat, per obitum ipsius Guidonis, qui extra Romanam Curiam clausit extremum, vacantibus dilecti filii capitulum ipsius ecclesie eosdem canonicatum et prebendam sit vacantes dicta ecclesia, ^γ tunc pastore carente, dicto Thome auctoritate ordinaria contulerunt et providerunt etiam de illis idem que Thomas vigore collationis et provisionis huiusmodi dictos canonicum et prebendam possidet pacifice et quiete.

Cum autem sicut eadem petitio subiungebat idem Thomas dubitet collationem et provisionem predictas ex certis causis iuribus non subsistere dictique canonicatus et prebenda ad nunc vacare dicantur, nos, volentes eundem Thomam apud nos de vite ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum horum intuitu, necnon consideratione carissimo in Christo filii nostri Iani, regis Cipri illustris, pro dicto Thoma nobis super hoc humiliter [supplicandis] favore prosequi gratioso, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus si, post diligentem examinationem, dictum Thomam ad hoc idoneum esse reppereris, super quo tuam conscientiam oneramus, ac de collationis et provisionis predictis tibi legitime constiterit dictos canonicatum et prebendam fructus, redditus et proventus centum ducatorum aurei valorem annum communiter – ut asseritur – non excedunt sive – ut prefertur – sive alias quovismodo et per quamcumque aliam personam vacant dummodo tempore datum presentium non sit in eis alicui specialiter ius quesitum etiam si sint dispositioni apostolice specialiter reservati aut eorum collatione ad sedem predictam legitime devoluta cum omnibus iuribus et pertinentiis suis eidem Thome auctoritate nostra conferas et assignes, inducens per te, vel alium seu alios eundem Thomam, vel procuratorem suum eius nomine corporaliter possessionem canonicatus et prebende iuriumque et pertinentiarum predictorum et defendentes inductum a moto exinde quolibet illicito detentore ac faciens ipsum, vel dictum procuratorem, pro eo ad huiusmodi prebendam in eadem ecclesiam in canonicum recipi et in fratrem, stallo sibi in choro et loco et capitulo // ^{431v} ipsius ecclesie cum dicti iuris plenitudine assignatis sibi, que de ipsorum canonicatus et prebende, fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus dicte ecclesie [contrariis] iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, aut si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in eadem ecclesia in canonicatos sint recepti vel – ut recipiantur – insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie speciales vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetravint, etiam si super eas ad inhibitionem, reservationem et decretum ne alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus in assecutionem dictorum canonicatus et prebende prefatum Thomam volumus anteferris, sed nullum, per hoc eis, quoad assecutionem canonicatum et prebendarum ac beneficiorum aliorum preiudicium generari, aut si eisdem capitulo vel

quibusuis aliis communiter vel divisim a sede predictam sit indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem quamlibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expresam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de quamcuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Seu si dictus Thomas presens non fuerit ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie solitum iuramentum, dummodo in absentia sua procuratorem idoneum et cum ad ecclesiam ipsam ^δ accesserit corporaliter illud prestet. Nos tamen, si dictus Thomas ad hoc repertus fuerit idoneus – ut prefertur – ex nunc proinde irritum decernimus et inane si secus super hiis a quaque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari ac si de datum presentium eidem Thome ad hoc reperto idoneo de dictis canonicatu et prebenda cum interpositione decreti mandavissemus provideri.

Datum apud Portumveneris Ianuensis diocesis II Idus Maii, pontificatus nostri anno quartodecimo.

^α ex del. R ^β Aqhe del. R ^γ sit del. R ^δ asser del. R

β-41

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Suppl. 103, f. 89v-90r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Στην κεφαλίδα: Rotulus Iani Regis Ierusalem, Cipri et Armenie

Portumveneris, Γένοβα

14 Μαΐου 1408

Ο βασιλιάς Ιανός αιτείται στον πάπα, για διάφορα πρόσωπα, την παραχώρηση θέσεων ή αξιωμάτων: α) Αιτείται την παραχώρηση του αξιώματος του θησαυροφύλακα της επισκοπής Αμμοχώστου στον Ιάκωβο Margato β) τη θέση της αρχidiaconάτου της επισκοπής Πάφου στον Πέτρο Lanza, πρέπει ωστόσο να παραιτηθεί από τις αντίστοιχες θέσεις της αρχιεπισκοπής Λευκωσίας γ) στον Φραγκίσκο de Zenariis δ) στον Θωμά της Αντιόχειας ε) στον Ιωάννη Vasania στ) στον Nicolao Barberii ζ) στον Raymundus de Tasalaco, εξομολόγου του επικεφαλής των Ιωαννιτών στην Κύπρο.

//^{89v} Supplicat sanctitati vestre devotus filius vester Ianus rex Ierusalem, Cipri et Armenie quatinus petitiones cappellanorum et dilectorum suorum infrascriptorum eis concedere easque ad exauditionis gratiam benigne admittere dignemini de gratia speciali cum clausulis opportunis, ut petitur:

Et primo in personam dilecti sui Iacobi Margato canonici ecclesie Nicosiensis quatinus sibi specialem gratiam facientes de decanatu ecclesie predictae, qui dignitas maior post //^{90r} archipresbiteralem in dicta ecclesia existit, cuiusque fructus *etc.* ducentorum et quinquaginta ducatorum auri valorem annum communiter non excedant, vacante per obitum quondam Iohannis de Populo, extra Romanam Curiam deffuncti, etiam si decanatus ipse dignitas curata vel electiva ac dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservata existat ^a aut alio quovismodo et per quamcumquam aliam personam vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio apud sedem apostolicam legitima devoluta ^b fuerit eidem Iacobo dignemini misericorditer providere maxime cum dictus Iacobus dictum decanatum de consensu et auctoritate capituli dicte ecclesie pacifice possideat et possederit per longum tempus, dispensantes cum eodem Iacobo ut thesaurariam ecclesie Famagustane, que simplex personatus et sine cura in eadem existit ecclesia cuiusque fructus etiam ultra XXV ducatorum auri communiter non valent annuatim, unacum dicto decanatu libere et licite retinere possit et valeat, constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque.

Item in personam dilecti sui Petri Lansa canonici et archidiaconi ecclesie Paphensis quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Nicosiensis per obitum quondam Anthonii de Baffo necnon de archidiaconatu eiusdem ecclesie ^a per obitum quondam Guidonis de Neffino, extra Romanam Curiam deffunctorum, vacantibus quorumquidem canonicatus et prebende ac archidiaconatus fructus *etc.* centum et quinquaginta ducatorum auri valorem annum non excedunt, etiam si propterea vel alia dispositione apostolica specialiter vel generaliter reservati existant, aut alia

quovismodo et per quamcumquam aliam personam vacent, etiam si eorum collatione apud Sedem Apostolicam legitime devoluta existat eidem Petro dignum misericorditer providere. Non obstantibus quod archidiaconatum ac canonicatum et prebendam ecclesie Paphensis obtineat, quos paratus est dimittere, dum possessionem pacificam dictorum canonicatus et prebende ac archidiaconatus dicte ecclesie Nicosiensis fuerit auctoritate apostolica assecutus cum clausulis oportuni *ut supra*.

Item quatenus collationem, provisionem, investituram et possessionis inductionem auctoritate ordinaria factis dilecto suo Francisco de Zenariis clerico Nicosiensis diocesis in iure civili studens in studio Paduano de predictis archidiaconatu, canonicatu et prebenda ecclesie Paphensis vacans per assecutionem pacificam canonicatus et prebende ac archidiaconatus ecclesie Nicosiensis predictorum per dictum Petrum de Lansa – ut premititur – factum, ratum et gratum habere, sibi, que si sit opus de dictis archidiaconatu, canonicatu et prebenda ecclesie Paphensis, que dignitas seu personatus simplex sine cura in eadem ecclesia existit, cuiusque fructus *etc.* CLa ducatorum auri valorem annum non excedunt vacans ⁷ vel dum vacabit pro assecutionem predictorum canonicatus et prebende ac archidiaconatus ecclesie Nicosiensis ordinaria vel apostolica aut alia quavis auctoritate factam per dictum Petrum vel [siendam] aut alia quovismodo et pro quamcumque aliam personam vacent, etiam si dispositione apostolice generaliter vel specialiter reservatis patitur de soluto genitus et soluta et que ipsem in XVIIIo etatis sue annum attingit super quibus cum eo dignemini misericorditer dispensare et cum certis non obstantibus et clausulis opportuni.

Item in personam dilecti sui Thome de Anthiochia presbiteri Nicosiensis diocesis quantus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Nicosiensis cuius fructus *etc.* ultra centum ducatorum auri non valent communiter annuatim vacans per obitum quondam Guidonis de Neffino, extra Romanam Curiam deffuncti, etiam si dispositione apostolice specialiter vel generaliter reservata existant, etiam si dictus Guido cappellanus honoris fuerit aut alia quovismodo et per quamcumquam aliam personam vacent aut tanto tempore vacaverint, quod eorum collatio apud Sedem Apostolicam legitime devoluta existat dignum misericorditer providere maxime cum dictus //^{90v} dictos canonicatum et prebendam auctoritate et consensu capituli teneat et possideat pacifice et quiete.

Item in personam dilecti cappelani sui Iohannis Vasania presbiteri Nicosiensis diocesis quatinus sibi specialem gratiam facientes de canonicatu et prebenda ecclesie

Nicosiensis per obitum Guillelmi Parineti litterarum apostolicarum scriptorum et abbreviatorum, necnon de thesauraria ecclesie Paphensis, que simplex personatus existit per obitum quondam Amici de Alamania, extra Romanam Curiam deffunctorum, vacans quorumquidem canonicatus et prebende ac thesaurarie, fructus *etc.* CL^{ta} ducatorum auri valorem annum communiter non excedunt, etiam si propterea vel alias dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservati existant, aut alio quovismodo et per quamcumque aliam personam vacent aut tanto tempore vacaverint quod eorum collatio ad Sedem Apostolicam legitime devoluta existat, dignum misericorditer providere, maxime cum dictus Iohannes dictos canonicatum et prebendam ac thesaurariam de consensu et auctoritate capituli teneat et possideat pacifice et quiete et cum clausulis opportunis *ut supra.*

Item collationem, provisionem, investituram et possessionem, inductionem dilecto suo Nicolao Barberii presbitero dicte Nicosiensis diocesis factas de canonicatu et prebenda ||predicte|| ecclesie Nicosiensis vacantibus per obitum quondam Bartholomei Scafaccii, extra Romanam Curiam deffuncti, eidem Nicolao [collatis] per capitulum ipsum, ecclesie, dicta sede vacante, ratam et gratam habere sibique, si sit opus, de dictis canonicatu et prebenda, quorum fructus *etc.* C ducatorum auri valorem annum non excedunt, sive – ut premittitur – aut alias quovismodo et per quamcumque aliam personam vaceret, etiam si dispositioni apostolice generaliter vel specialiter reservati aut devoluti existant, de novo misericorditer providere. Cum non obstantibus et clausulis opportunis *ut in forma.*

Item supplicat sanctitati vestre humilis et devotus vester religiosus frater reverendus prior Tholosani ac preceptor Cipri, Ordinis Sancti Iohannis Ierosolimitanum, quatinus sibi specialem gratiam facientes in personam Raymundi de Tasalaco presbiteri Tarbiensis diocesis, de nobili genere procreati, confessoris et familiaris sui continui commensalis de canonicatu et prebenda ecclesie Nicosiensis^b vacantibus per obitum Quinti Medi, extra Romanam Curiam deffuncti, quorum fructus annuatim importatis XL librorum turonensis parvorum^γ valorem non excedunt sine – ut premittitur – sine alio quovismodo et exquacumque alia persona vacent aut generaliter vel specialiter reservati aut tanto tempore vacaverint, quod eorum collatio Sedi Apostolice devoluta existat, eidem R. dignemini misericorditer providere, parochiali ecclesia Britanie, Auxitanensis diocesis cuius fructus XXIII florenos currenti singulis annis communiter importatis non excedunt, quam obtinet ac quibuscumque constitutionibus

apostolicas aut statutis in contrarium editis non obstantibus et cum aliis non obstantibus et clausolis oportuni. Fiat pro omnibus ut petitur.

Datum in Portumveneris, Ianuensis diocesis Pridie Idus Maii, anno quartodecimo.

Expeditum loco, die et anno predictis.

^a pre del. R ^b Nimociensis lege] Nicosiensis R ^γ an del. R

β-42

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 327, f. 509r-v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Portumveneris, Γένοβα

14 Μαΐου 1408

Παραχώρηση του κανονικάτου της Λευκωσίας στον Νικόλαο Barberii, ο οποίος εξαιτίας διαφόρων κωλυμάτων, αν και εξελέγη δεν έλαβε τη θέση. Το αξίωμα κατείχε ο Βαρθολομαίος Scafasse, ο οποίος ήταν και θησαυροφύλακας Λεμεσού και κανονικός Λεμεσού. Ο μισθός του ορίζεται στα 100 χρυσά φλορίνια.

Dilecto filio officiali Paphensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Dignum arbitramur et congruum ut illis se reddat Sedes Apostolica gratiosam quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur.

Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Nicolai Barberii canonici Nicosiensis petitio continebat quod olim, canonicatu et prebenda ecclesie Nicosiensis, quos quondam Bartholomeus Scaficii ipsius ecclesie canonicus dum viveret obtinebat, per obitum ipsius Bartholomei, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacantibus, dilecti filii capitulum ipsius ecclesie canonicatum et prebendam predictos sic vacantes, dicta ecclesia tunc pastore carente, dicto Nicolao auctoritate ordinaria contulerunt et providerunt etiam de illis, idemque Nicolaus vigore collationis et provisionis huiusmodi dictos canonicatum et prebendam possidet pacifice et quiete. Cum autem sicut eadem petitio subiungebat, idem Nicolaus dubitet collationem et provisionem predictas ex certis causis iuribus non subsistere dictique canonicatus et prebenda adhuc vacare dicantur, nos, volentes eundem Nicolaum, apud

nos de vite ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu necnon consideratione carissimi in Christo filii nostri Iani, regis Cipri illustris, predicto Nicolao, nos, super hoc humiliter supplicantis favore prosequi gratioso, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus si post diligentem examinationem dictum Nicolaum ad hoc idoneum esse //^{509v} repereris, super quo tuam conscientiam oneramus, ac de collatione et provisione predictis tibi legitime constiterit dictos canonicatum et prebenda quorum fructus, redditus et proventus centum ducatorum auri valorem annum – ut asseritur – non excedunt sive – ut prefertur – sue alios quovismodo et post quamcumque aliam personam vacant dummodo tempore datum presentium non sit in eis aliqui specialiter ius quesitum etiam si sint dispositioni apostolice specialiter reservati aut eorum collatione ad Sedem Apostolicam legitime devoluta cum plenitudine iuris canonici ac omnibus aliis iuribus et pertinentiis suis eidem Nicolao auctoritate nostra conferas et assignes, inducens per te, vel alium seu alios eundem Nicolaum, vel procuratorem suum eius nomine, in corporalem possessionem canonicatus et prebende, iuriumque et pertinentiarum predictorum et defendens inductum, <a> moto exinde quolibet illicito detentore ac faciens ipsum vel dictum procuratorem pro eo ad huiusmodi prebendam in eadem ecclesiam in canonicum recipi et in fratrem, stalli sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie cum dicti iuris plenitudine assignatis sibi que de ipsorum canonicatus et prebende, fructibus, redditibus, proventus, iuribus et obventionibus universis integre responderi. Contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo, non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus dicte ecclesie contrariis iuramento confirmationem apostolica vel quacumque firmitate alia^a roboratis aut si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in eadem ecclesia in canonicos sint recepti vel, ut recipiuntur insistent, seu si super provisionibus sibi faciendis decanatus et prebendis ipsius ecclesie speciales autem aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alios quomodolibet sit processum, quibus omnibus in assecutione dictorum canonicatus et prebende prefatum Nicolaum volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem canonicatum et prebendarum ac beneficiorum aliorum preiudicium generari, aut si eisdem capitulo vel quibusvis aliis communiter vel divisim, a sede predicta sit indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint,

quodque decanatibus et prebendis ipsius ecclesie //^{510r} vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat providam per litteras apostolicas non facientes plenam et expessam ac de verbo de verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibus alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter ||non|| insertam tam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de quacuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Seu si dictus Nicolaus presens non fuerit ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie solitum iuramentum, dummodo in absentia sua procuratorem ydoneum et cum ad ecclesiam ipsam assesserit corporaliter illud prestat. Nos enim dictus Nicolaus ad hoc repertus fuerit ydoneus – ut prefertur – ex nunc proinde irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, ac si die date presentium eidem Nicolao ad hoc reperto ydoneo de dictis canonicatu et prebenda cum interpositione decreti mandavissemus provideri.

Datum apud Portumveneris, Ianuensis diocesis, II Idus Maii, pontificatus nostri anno quartodecimo.

^a roboris *del.* R

β-43

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 329, f. 398v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: [F. Lando] pro domini vicecamerario *mg. s.*, XXⁱⁱⁱ *mg. d.*

Portumveneris, Γένοβα

23 Μαΐου 1408

Παραχώρηση του αξιώματος του αρχιδιάκονου της Λευκωσίας στον αρχιδιάκονο και κανονικό Πάφου Πέτρο de Lanza και ανάληψη της θέσης του αρχιδιάκονου της Πάφου στον Φραγκίσκο de Zenariis, όταν θα έχει μείνει κενή.

Dilecto filio officiali ||Nicosiensis|| ^a salutem et apostolicam benedictionem.

Dignum arbitramur ut illis se reddat Sedes Apostolica gratiosa, quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur ^β. ||Nuper si||quidem dilecto filio Petro Lansa canonico Paphensis decanatu et prebenda ac archidiaconatu ecclesie Nicosiensis tunc certo modo vacantibus per nostras litteras mandamus provideri volentes inter cetera, quod ipse quamprimum vigore dictarum litterarum canonicatum et prebendam ac archidiaconatum predictos foret pacifice assecutus canonicatum et prebendam ac archidiaconatum ecclesie Paphensis, quos tunc obtinebat, prout adhuc obtinet et quos extunc vacare decrevimus, omnino dimittere teneretur, prout in dictis litteris plenius continetur. Cum autem propterea canonicatus et prebendas ac archidiaconatus Paphensis ecclesie predictis vacare sperentur in brevi, nos, volentes dilectum filium Franciscum de Zenariis clericum Nicosiensis diocesis, qui – ut asseritur – Padue in iure civili studet et natalium de soluto genitus et soluta ac ad obtinendam dictum archidiaconatum ecclesie Paphensis, qui dignitas maiorum post pontificalem in eadem ecclesia reputatur cum in decimo nono etatis sue anno constitutus existat etatis patitur deffectus et cum quo dudum, ut non obstans deffectu natalium //^{399r} huiusmodi clericali carractere insigniri et ad omnes ordines promoveri ac beneficium ecclesiasticum, etiam si curam haberet animarum obtinere posset extitit auctoritate apostolica dispensatum quique post dispensationem huiusmodi alias rite se fecit huiusmodi caractere insigniri apud nos de vite ac morum honestate allisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum horum intuitu, necnon consideratione carissimi in Christo filii nostri Iani, regis Cipri illustris, pro dicto Francisco dilecto suo nobis super hoc humiliter supplicantis, favore prosequi gratioso, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus si, post diligentem examinationem, dictum Franciscum ad hoc alias ydoneus esse repereris, super quo tuam conscientiam oneramus, dictos canonicatum et prebendam ac archidiaconatum ecclesie Paphensis, qui quidem archidiaconatus sine cura existit, et ad quem consuevit quis per electionem assumi, cuiusque ac canonicatus et prebende predictorum fructus, redditus et proventus centum et quinquaginta ducatorum auri valorem annum – ut idem Franciscus asserit – non excedunt cum ipsos premisso vel alio quovismodo, preterque per ipsius Petrus obitum vacare contigerit, etiam si dispositione apostolice specialiter reservati [existant] conferendos eidem Francisco cum plenitudine iuris ac omnibus iuribus et pertinentiis suis fratri nostro episcopo et dilectis filiis capitulo Paphensibus ac illi vel illos ad quem vel ad quos dictorum canonicatus et prebende ac archidiaconatus ecclesie Paphensis collatione, provisione, presentatione quevis alia

dispositione pertinent communiter vel divisim ne de illis contra reservationem huiusmodi dispositione quoquomodo presumant ac nichilominus canonicatum et prebendam ac archidiaconatum predictos cum illos vacare contigerit – ut prefertur – eidem Francisco cum dictum iuris plenitudine ac omnibus iuribus et pertinentiis supradictis eadem auctoritate conferas et assignes, inducens per te, vel alium seu alios dictum Franciscum, vel procuratorem suum eius, nomine in corporalem possessionem canonicatus et prebende ac archidiaconatus, iuriumque et pertinentium predictorum et defendens inductum, a moto quibuslibet detentoribus ab eisdem ac faciens ipsum Franciscum vel dictum procuratorem pro eo ad huiusmodi prebenda in dictam ecclesiam Paphensis in canonicum recipi et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie cum dicti iuris plenitudine assignatis et ad dictum archidiaconatum – ut est moris – admitti sibi que de ipsorum canonicatus et prebende ac archidiaconatus fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et ^v obventionibus universis integre respondere contradictore auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus dictum ecclesie Paphensis contrariis iuramento //^{399v} confirmatione apostolica vel quacumque firmitate apostolica alia roboratis aut si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in eadem ecclesia in canonicos sint recepti, vel – ut recipiantur – insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendam ac dignitatibus ipsius ecclesie Paphensis speciales aut aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus in assecutionem dictorum canonicatus et prebenda ac archidiaconatus ecclesie Paphensis prefatum Franciscum volumus anteferri, per nullum per hoc eis quoad assecutionem canonicatum et prebendarum ac dignitatum aut beneficiorum aliorum preiudicium generari, aut si eisdem episcopo et capitulo vel quibusvis aliis communiter vel divisim, a dictam sit Sede indultum que ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de canonibus et prebendis ac dignitatibus provisionem, presentationem seu quemvis aliam dispositionem ||coniunctim|| vel separatim spectantibus, nulli valeat providere per litteras apostolicas non faciens plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indultum huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgens generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat

quomodolibet vel differri et de qua cuiusque tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis, seu si dictus Franciscus presens non fuerit ad prestandum de observandum statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie solitum iuramentum, dummodo in absentia sua per procuratorem idoneum et cum ad ecclesiam ipsam ^δ accesserit corporaliter illud prestat. Tu enim cum dicto Francisco ut ipse canonicatum et prebendam ac archidiaconatum predictos si sibi vigore presentium conferantur recipere et obtinere huiusmodi defectibus ac Pictaviensis et Lateranensis conciliorum ^ε et quibuscumque aliis constitutionibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus supradictis contrariis nequaquam obstans libere et licite valeat auctoritate predicta dispenses, proviso quod dictus archidiaconatus debitum obsequis non fraudetur. Nos enim si dictus Franciscus ad hoc repertus fuerit idoneus – ut prefertur – ex nunc perinde irritum decernimus ac inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, ac si die date presentium dictos canonicatum et prebendam ac archidiaconatum ecclesie Paphensis cum illos vacare contingerent – ut prefertur – conferendos eudem Francisco cum interpositione decreti duxissemus specialiter reservandos.

Datum apud Portumveneris, Ianuensis diocesis X Kalendas Iunii, pontificatus nostri anno quarto decimo.

^a nicoss *del.* R ^β eius vita *del.* R ^γ pertinens *del.* R ^δ asse *del.* ^ε codex consiliorum *ex cor.* R.

β-44

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 335, f. 609r
Έκδοση: Ανέκδοτο

Portumveneris, Γένοβα

15 Ιουνίου 1408

Ο πάπας Βενέδικτος ΙΓ΄ της Αβινιόν, μεταξύ άλλων, καλεί και τον βασιλιά της Κύπρου Ιανό στη Σύνοδο του Περπινιάν (15 Νοεμβρίου 1408 – 26 Μαρτίου 1409).

Benedictus episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopo Toletano et episcopis, ac dilectis filiis electis abbatibus, prioribus, decanis, prepositis et ceteris ecclesiarum prelatibus exemptis et non exemptis per Toletanam provinciam civitatibus, salutem et apostolicam benedictionem. Celestis altitude [*etc.*].

Datum apud Portumveneris Ianuensis diocesis XVII Kalendas Iulii, pontificatus nostri anno quatuordecimo.

Item alia similes per omnia pro Iano rege Cypri.

β-45

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχιακή σειρά: Reg. Aven. 332, ff. 93r-94v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: P. Soriani [Att.] *mg. s. XXXXXXXXXXXXXXX mg. d.*

Villam Francam, Νίκαια

22 Ιουνίου 1408

Λόγω της μετάθεσης του Pietro Marinaco, τέως επισκόπου Ventimiglia στην επισκοπή Αμμοχώστου ο Βαρθολομαίος de Giudici εξελέγη επίσκοπος Ventimiglia.

Dilecto filio Bartholomeo electo Vintimiliensi, salutem *etc.*

Romani pontificis, quem Pastor Ille celestis et episcopus animarum potestatis sibi plenitudine tradita ecclesiis pretulit universis, plena vigiliis sollicitudo requirit ut ipse circa cuiuslibet statum ecclesie sic vigilanter excogitet, sicque prospiciat diligenter, quod per eius providentiam circumspectam ecclesiis singulis //^{93v} pastor accedat ydoneus et rector providus deputetur, qui populum sibi commissum per suam circumespectionem providam et providentiam circumspectam salubriter dirigat et informet ac bona ecclesie sibi commisse non solum gubernet utiliter sed etiam multimodis efferat incrementis.

Dudum siquidem, provisiones omnium cathedralium ecclesiarum tunc vacantium et imposterorum vacaturarum per translationem de prelates earum ubilibet constitutis ad alias cathedralis ecclesias tunc vacantes et in antea vacaturas ordinationi et dispositioni nostre reservaminus, decernentes extunc irritum et inane si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigeret attemptari.

Postmodum vero, ecclesia Vintimiliensis ex eo vacante quod, nos, venerabilem fratrem nostrum Petrum Famagustanum, tunc Vigintimilensem episcopum, licet absentem a vinculo, quo dicte ecclesie Vigintimiliensis cui tunc preerat tenebatur de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine, absolventes eum, ad ecclesiam Famagustanam, tunc vacantem, auctoritate apostolica tunc transtulimus, ipsique illi preficimus in episcopum et pastorem, nos, ad provisionem eiusdem ecclesie Vigintimiliensis celerem et felicem de quia nullus preter nos hac vice de se intromittere potuit neque potest, reservatione et decreto obsistentibus supradicti ne longe vacationis exponentur incommodis paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de preficiendo eidem ecclesie Vigintimiliensi personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te prepositum dicte ecclesie Vigintimiliensis in presbiteratus ordine constitutum, cui apud nos de litterarum scientia, vite munditia, honestate morum, aliisque multiplicium virtutum donis laudabilia testimonia perhibentur, direximus oculos nostre mentis, quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua, nobis et eisdem fratribus ob dictorum tuorum exigentiam meritorum accepta eidem ecclesie Vigintimiliensi de dictorum fratrum consilio, auctoritate apostolica providemus teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie Vigintimiliensis ecclesie, tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, in Illo Qui dat gratias et largitur premia confidentes quod prefata ecclesia Vigintimiliensis sub tuo felici regimine, gratia tibi assistente divina, prospere et salubriter dirigetur ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Iugum igitur Domini tuis impositum humeris prompta devotione suscipiens et reverentes supportavis, curam et administrationem predictas sic exercere studeas sollicite, fideliter et prudenter quod prefata Vigintimiliensis ecclesia gubernatori provideo et fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque preter eterne retributionis premium nostram et Apostolice Sedis gratiam uberius consequi merearis.

Datum Villam Francam, Niciensis diocesis, X Kalendas Iulii //^{94r} anno quartodecimo.

In eodem modo dilectus filiis capitulo in ecclesia Vigintimiliensis, salutem *etc.* Romani pontificis *etc.* Usque incrementa. Quorcica discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eundem electum tanquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato admittentes honore, ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas eius salubria monita et mandata siscipiatis humiliter et efficaciter

adimplere curetis. Alioquin sententiam, quam idem electus rite tulerit in rebelles ratam habuimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis clero civitatis et diocesis Vigintimiliensis, salutem *etc.* Romani pontificis *etc.* usque incrementa.

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eundem electum, tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato adiucientes honore ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas, eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam quam idem electus rite tulerit in rebelles ratam habuimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis populo civitatis et diocesis Vigintimiliensis, salutem *etc.* Romani pontificis *etc.* Usque incrementa. Quocirca universitatem vestram rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus eundem electum tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum suscipientes devote ac debita honorificentia prosequentes ipsius monitis et mandatis salubribus humiliter intendentes, ita quod ipse in vobis devotionis filios et vos per consequens in eo patrem invenisse benivolum gaudeatis. Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis universis vassalis ecclesie Vigintimiliensis, salutem *etc.* Romani pontificis *etc.* usque incrementa. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eundem electum pro Apostolice Sedis et nostra reverentia debito prosequentes honore ac ipsius monitis et mandatis efficaciter intendentes, ei fidelitatem solitam necnon consueta servitia et iura a vobis sibi debita, exhibere integre studeatis. Alioquin sententiam sive penam, quam idem electus rite tulerit seu statuerit in rebelles ratam habuimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

In eodem modo venerabili archiepiscopo Mediolanensis, salutem *etc.* ad cumulum tue cedit salutis et fame si personas ecclesiasticas presertim pontificali dignitate predictas divine propiciationis intuitu oportuni presidii et favoris gratia prosequaris. Dudum siquidem *etc.* usque incrementa. Cum igitur idem electus //^{94v} in commissa sibi cura dicte Vigintimiliensis ecclesie que suffraganea tua existit facilius proficere valeat, tuus ei fore noscatur plurimum opportunus, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes quatinus eundem electum et comissam sibi ecclesiam predictam habens pro nostra et ^a Apostolice Sedis reverentia

propensius commendatos in ampliandis et conservandis ^β iuribus suis sit eos tui favoris presidio prosequare, quod idem electus per auxilium tue gratie se possit in commisso sibi dicte ecclesie Vigimintiliensis regimine utilius exercere, tuque divinam misericordiam et dicte sedis benivolentiam valeas exinde uberius provereri. Datum *ut supra.* ^γ

^α sedis *del.* R ^β iures *del.* R ^γ in eodem modo *del.* R

β-46

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Suppl. 103, f. 91v
Έκδοση: Ανέκδοτο

Portumveneris, Γένοβα

23 Ιουνίου 1408

Ο βασιλιάς Ιανός αιτείται διάφορα θέματα υπέρ των Ιακώβου Margat και Φραγκίσκου de Zenariis σχετικά με διάφορα αξιώματα.

//^{91v} Supplicat sanctitati vestre devotus filius vester Ianus rex Iesuralem, Cypri et Armenie quatinus petitiones cappellanorum et dilectorum suorum infrascriptorum eis concedere easque exauditionem, gratiam benigne admittere dignemini de gratia speciali cum clausolis opportunis, ut petitur.

Supplicat sanctitati vestre devotus filius vester Ianis rex Ierusalem, Cipri et Armenie in personam dilecti sui Iacobi Margati canonici ecclesie Nicosiensis quatenus sibi specialem gratiam faciens de decanatu ecclesie predictae qui dignitatis maior post archiepiscopalem in dicta ecclesia existit cuiusque fructus *etc.* ducentorum L^{ti} ducatorum auri valorem annum communiter non excedunt vacantes per obitum quo eidem Iohanni de Popolo, extra Romanam Curiam deffuncti, etiam si decanatus ipse dignitas curata vel electiva ac dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservatus existat aut alias quovismodo et per quamunque aliam personam vacet etiamsi tanto tempore vacaverit quod eius collatio apud sedem apostolicam legitima devoluta fuerit eidem Iacobo dignum misericorditer providere, dispensantes cum eodem Iacobo ut thesauraria ecclesia Famagustane que simplex personatus et sine

cura in eadem existit ecclesiam cuiusque fructus *etc.* XXV ducatorum auri communiter non valent annuatim, unacum dicto decanatu libere et licite retinere possit et valeat constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque et cum clausolis opportunis.

Item in personam dilecti sui Francisci de Zenariis clericis Nicosiensis diocesis in iure civili studenti in studio Paduano, quatinus sibi specialem gratiam facientes de archidiaconatu, canonicatu et prebenda ecclesie, ecclesie Paphensis, qui dignitas vel personatus simplex sine cura post pontificalem in eadem ecclesia existit cuiusque fructus *etc.* CL^a ducatorum auri valorem annum non excedant vacans vel dum vacabant per assecutionem canonicatus et prebende ac archidiaconus ecclesie Nicossiensis per Petri Lansa [ord...] ^δ vel apostolica aut alia quavis auctoritate factum vel [scienda] aut alias quovisimodo et per quamcumque aliam personam vacent, etiam si dispositioni apostolice generaliter vel specialiter reservatis seu devolutis existant eidem dignemini misericorditer providere, non obstantibus deffectu natalium que patitur de soluto genitus et soluta et quod ipse in XIXo etatis suo anno existat de quibus cum eo dignemini misericorditer dispensare et cum ceteris non obstantibus et clausolis opportunis. Fiat quod utque et dispensamus ut petitur. L

Datum in Portumveneris Ianuensis diocesis decimo Kalendas Iunii, anno quarto decimo. Expeditum loco, die et anno predictis.

^a aut *del.* R ^β ex [...] *del.* R ^γ per assecutionem *del.* R ^δ auctoritate *del.* R

β-47

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 331, f. 593v-594v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Io. Mimatensis pro domino vicecancellario *mg.* s. XV XV XV XV XV *mg. d.*

Collioure, Elne

9 Ιουλίου 1408

Ο Βερνάρδος, ψάλτης στη μονή των Βενεδικτίνων La Chaise Dieu, της επισκοπής του Clermont, ορίζεται ηγούμενος της Μονής του Σταυροβουνίου. Σημειώνεται ότι

εδώ και πολύ καιρό δεν είναι γνωστό κανένα όνομα ηγουμένου του μοναστηριού στην Αγία Έδρα.

Dilecto filio Bernardo abbati monasterii de Cruce Ordinis Sancti Benedicti, Nicosiensis diocesis, salutem *etc.*

Inter sollicitudines varias quibus assidue premimur illa potissime pulsatur et excitat mentem nostram ut circa ecclesiarum et monasteriorum omnino statum illorum maxime qua suis sunt destituta pastoribus sic sollicita diligentia intendamus quod ecclesie et monasteria ipsa nostre operationis studio, superni favoris auxilio suffragante, preserventur a noxiis et votive prosperitatis successibus gratulentur.

Dudum siquidem, in nostri apostolatus primordiis cupientes singulis ecclesiis et monasteriis si qua tunc vacabant vel cum illa vacare contingeret per Apostolice Sedis providentiam utiles et idoneas presidere personam, provisionem ipsorum ordinationi et dispositioni nostre duximus ea vice reservandas, decernentes extunc irritum et inane si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari.

Postmodum vero, nobis exposito quod monasterium de Cruce Ordinis Sancti Benedicti Nicosiensis diocesis tanto tempore vacaverat quod de ipsius monasterii ultimi abbatis nome certa notitia apud Sedem Apostolicam non habentur, nos, vacatione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta, ad provisionem ipsius monasterii celerem et felicem, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit neque potest, reservatione et decreto obsistentibus supradictis ne monasterium ipsum longioris vacationis exponeretur incommodis paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem, quam de preficiendo eidem monasterio personam huiusmodi cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te cantore monasterii Case Dei dicti ordinis Claromontensis diocesis ordinem ipsum expresse professorem et in presbiteratus ordine constitutum, cui de religionis zelo nobilitate generis litterarum scientia, vite ^a munditia, honestate morum aliisque multiplicum virtutum donis apud nos fidedigna testimonia perhibentur, oculos direximus nostre mentis, quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua, nobis et eisdem fratribus ob tuorum exigentiam meritorum accepta eidem monasteriorum de Cruce de diocesium fratrum consilio, auctoritate apostolica providemus teque illi preficimus in abbatem, curam et administrationem ipsius monasterii, tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie commitendo, in Illo Qui dat gratias et largitur premia

confidentes quod, dirigente Domino actus ^β tuos, prefatum monasterium per tue industrie et circumspectionis studium fructuosum regetur utiliter et prospere dirigetur ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa.

Quocirca discretioni ^γ tue per apostolica scripta mandamus quatinus impositum tibi a Domino onus regiminis dicti monasterii suscipiens reverentur sic te in eius cura salubriter exercenda fideliter exhibeas et etiam fructuosum quod idem monasterium per laudabile tue diligentie studium gubernatori provideo et fructuoso administratori gaudeat se commissum tuque preter eterne retributionis premium nostram et dicte sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis.

Datum apud Cocumliberum, Elnensis diocesis, VII Idus Iulii, anno quartodecimo.

In eodem modo carissimo in Christo filio Iano regi Cipri illustri, salutem *etc.* Gratie divine premium et preconium humane laudis acquirat si per seculares principes, ecclesiarum et monasteriorum prelati oportuni presidii et favoris gratia impendatur. Dudum siquidem *etc.* usque incrementa. Cum igitur filii carissime ut idem Bernardus abbas in commisso sibi dicti monasterii regimine facilius proficere valeat, tuus favor ei fore noscatur quamplurimum oportunus, serenitatem regiam rogamus et hortamur attente, quatenus eosdem Bernardus abbatem et commissum sibi monasterium habens pro divina et nostra reverentia propensius commendatos, in ampliandis et conservandis iuribus suis sic eis te reddas favore regio benivolum et in suis oportunitatibus gratiosum, quod abbas tue celsitudinis fultus auxilio in eodem regimine possit utilius Deo propitio prosperari ac tibi exinde a Deo ^δ ||perennus|| vite primum et a vobis condigna proveniat actio gratiarum. Datum *ut supra*.

In eodem modo ||dilectis filiis|| universis vasallis monasterii de Cruce Ordinis Sancti Benedicti, Nicosiensis diocesis, salutem *etc.* Inter sollicitudines *etc.* Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus eundem Bernardum abbatem debita honorificentia prosequentes eum fidelitatem debitam necnon consueta servitia et iura a nobis sibi debita exhibere integre studeatis alioquin summam sine penam quam idem abbas rite tulerit seu statuerit in rebellis ratam habens ac faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam immobiliter observari. Datum *ut supra*.

In eodem modo venerabili fratri archiepiscopo Nicosiensi, salutem *etc.* //^{594v} Ad cumulum tue cedit salutis et fame, si personas ecclesiasticas, presertim dignitate predictas oportuni presidii et favoris gratia prosequaris. Dudum siquidem *etc.*

incrementa. Cum igitur ut idem Bernardus abbas in commissa sibi cura dicti monasterii quod tibi ordinario rite subesse dinoscitur facilius proficem valeat tuus favor ei ^ε fore noscatur plurimum oportunus paternitatem tuam rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes quatinus eosdem Bernardum abbatem ^{στ} et commissum sibi monasterium [habens] pro nostra et dicte sedis reverentia commendatos in ampliandis et conservandis iuribus suis sit eos tui favoris auxilio prosequaris quod ipse pro auxilium tue gratie in commisso sibi dicti monasterii regimine se possit utilius exercere tuque divinam misericordiam ac nostram et dicte sedis benedictionem et gratiosam ex inde valeas uberius provideri. Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis conventui monasterii de Cruce Ordinis Sancti Benedicti, Nicosiensis diocesis, salutem *etc.* Inter sollicitudines varias *etc.* Usque incrementa.

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eiundem Bernardum abbatem pro nostra et dicte sedis reverentia benigne recipientes ^ζ ei obedientiam et reverentiam debitas et devotas exhibeatis ac eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam, quam idem abbas rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

^α ac morum honestas *del.* R ^β nostros *del.* R ^γ nostre *del.* R ^δ perenus *del.* R ^ε favore *del.* R ^{στ} in *del.* R ^ζ et *del.* R

β-48

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 332, f. 97r-98v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Io. Mimatensis pro domino vicecancellario *mg. s.*
XXXXXXXXXXXXXXXXX *mg. d.*

Perpignan

26 Οκτωβρίου 1408

Ο Βερτράνδος de Cadoent διορίζεται επίσκοπος Πάφου μετά τον θάνατο του Γοδεφρίγου.

Dilecto filio Bertrando electo Paphensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Apostolatus officium quamquam insufficientibus meritis nobis ex alto commissum, quo ecclesiarum omnium regimini presidemus, utiliter exequi coadiuvante Domino cupientes, solliciti corde reddimur et solertes ut, cum de ipsarum regiminibus agitur committendis, tales eis in pastores preficere studeamus qui commissum sibi gregem dominicum sciant non solum doctrina verbi sed etiam exemplo boni operis informare, commissasque sibi ecclesias in statu pacifico et tranquillo velint et valeant duce Domino gubernare.

Dudum siquidem, bone memorie Gauffrido ^a episcopo Paphensi regimini^b ecclesie Paphensis presidente, nos, cupientes eidem ecclesie cum vacaret per Apostolice Sedis providentiam utilem et ydoneam presidere personam, provisionem eiusdem ecclesie ordinationi et dispositioni nostre ea vice duximus specialiter reservandam, decernentes extunc irritum et inane si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari.

Postmodum vero, prefata ecclesia per eiusdem Gauffridi ^γ episcopi obitum, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacante, nos, vacatione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta, ad provisionem eiusdem ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit sive potest, reservatione et decreto obsistentibus supradictis, ne ecclesia ipsa longe vacationis exponeretur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de preficiendo eidem ecclesie personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te, abbatem monasterii de Salvio Ordinis Sancti Benedicti Nemausensis diocesis, decretorum doctorem in presbiteratus ordine constitutum, religionis zelo conspicuum, vite ac morum honestate ^δ decorum, in spiritualibus providum et in temporalibus circumspexit, aliisque multiplicium virtutum donis multipliciter insignitum, //^{97v} direximus aciem nostre mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua, nobis et eisdem fratribus ob dictorum tuorum exigentiam meritorum accepta, eidem ecclesie de dictorum fratrum consilio providemus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, firma spe fiduciaque conceptis, quod prefata ecclesia sub tuo felici regimine, gratia tibi assistente divina, prospere et salubriter dirigetur ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Iugum igitur Domini tuis

impositum humeris prompta devotione suscipiens, curam et administrationem predictas sic exercere studeas solícite, fideliter et prudenter quod ipsa ecclesia gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque propter eterne retributionis premium nostram et dicte Sedis benedictionem et gratiam exinde ^ε uberius consequi merearis.

Datum Perpiniani, Elnensis diocesis, VII Kalendas Novembris, anno quintodecimo.

In eodem modo dilectis filiis capitulo ecclesie Paphensis, salutem *etc.* Apostolatus officium *etc.* usque incrementa.

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eiundem Bertrandum electum, tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato adiucentes honore ac exhibens sibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas, eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis. Aliquin sententiam, quam idem Bernardus ^{στ} electus rite tulerit in rebelles ratam habuimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignum inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis clero civitatis et diocesis Paphensis, salutem *etc.* Apostolatus officium *etc.* usque incrementa.

Quocirca discretionem vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eundem Bertrandum electum, tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato adiucentes honore ac exhibens sibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas, eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam, quam idem electus rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis populo civitatis et diocesis Paphensis, salutem *etc.* Apostolatus *etc.* usque incrementa. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus Bertrandum electum // ^{98r} pro dicte sede et nostram reverentia debito prosequentes honore ac ipsius monitis et mandantis efficaciter intendens eidem fidelitatem solitam necnon consueta servitia et iura de vobis ^ς sibi debita exhibere integre studeatis. Alioquin sententiam sive penam quam idem electus rite tulerit seu statuerit in rebelles ratam habuimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

In eodem modo || dilectis filiis || universis vassallis ecclesie Paphensi, salutem *etc.* Apostolatus *etc.* usque incrementa. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta

mandamus quatinus eundem Bertrandum electum pro dicte sedis et nostra reverentia debito prosequentes honore ac ⁿ ipsius monitis ac mandatis efficaciter intendentes, ei fidelitatem solitam necnon consueta servitia et iura a vobis sibi debita, exhibere integre studeatis. Alioquin sententiam sine penam quam idem Bertrandum electus rite tulerit ^ε seu statuerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

In eodem modo venerabili fratri archiepiscopo Nicosiensi, salutem *etc.* Ad cumulum tue cedit salutis et fame, ^θ si personas ecclesiasticas, presertim pontificali dignitate proditas divine propiciationis intuitu, oportuni favoris et presidii gratia prosequaris. Dudum siquidem, bone memorie oido episcopo Paphensi *etc.* usque incrementa. Cum igitur ut idem Bertrandus electus in commissa dicte ecclesia sibi cura facilius proficere valeat tuis favor ei fore noscatur ^ω quam plurimum opportunus, fraternitatem tuam requirimus et hortamur ^ϕ attente per apostolica scripta tibi mandantes quatinus predictos electum et commisso sibi ecclesiam suffraganeam tuam habens pro nostra et dicte sedis reverentia propensius comendatos in ampliandis et conservandis iuribus suis sit eos tui favoris presidio prosequaris que idem Bertrandus electus tuo fultus auxilio in commisso sibi ecclesie prefate regimine se possit ^ϕ utilius exercere, tuque divinam misericordiam ac dicte sedis et nostram benivolentiam valeas exinde uberius promereri. //^{98v} Datum *ut supra*.

In eodem modo carissimo in Christo filio Iano regi Cipri illustri, salutem *etc.* Gratie divine premium preconium humane laudis acquiritur si per seculares principes ecclesiarum prelati presertim cathedralium regimini presidentibus, oportuni favoris presidium et honor debitus impendantur. Dudum siquidem *etc.* usque incrementa. Quocirca serenitatem regiam rogamus et hortamur attente quatinus eosdem Bertrandum electum et ecclesiarum suo regimini commissa habens pro divina et Apostolice Sedis ac nostra reverentia propensius commendatos sic eisdem te exhibeas favore regio benivolum et in opportunitatibus gratiosum, quod idem electus per auxilium tue gratie in commisso sibi prefate ecclesie regimine utilius proficere valeat tuque proinde consequaris premia felicitatis eterne, ac nos etiam celsitudinem regiam condignis possumus in Domino laudibus commendare. Datum *ut supra*.

^α Gauffrido] Gauffrido *a.c.* R. ^β regimen R. ^γ Gauffridi] Gauffridi ^δ decorum *del.* R. ^ε consequi merearis *del.* R. ^{στ} rite tulerit *del.* R. ^ζ sid *del.* R. ^η exhibentes sibi obediens et

reverentiam debitas *del. R^θ* in rebelles *del. R^ι* per seculares principes *del. R^ω* que p
del. R^ϕ h *del. R^ν* ult *del. R*

β-49

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 332, f. 121r-122v

Έκδοση: K. Eubel, *Bullarium Franciscanum*, τ. 7, αρ. 1056· K. Eubel, *Die Avignonische*, αρ. 1165

Σημειώσεις: Io. Mimatensis pro domino vicecancellario *mg. s. Gratis de mandato mg. d.*

Perpignan

13 Νοεμβρίου 1408

Ο πάπας ονομάζει Πατριάρχη Ιεροσολύμων τον Φραγκίσκο Eximini μετά τον θάνατο του Aymon Sechal.

Dilecto filio Francisco Eximini electo Ierosolimitano, salutem etc

Regimini universalis ecclesie quamquam insufficientibus meritis, disponente Domino, presidentes de universis orbis ecclesiis, pro earum statu salubriter dirigendo quantum nobis ex alto conceditur, solícite cogitamus sed ea propensius solícitudo. Nos urget ut illis que propiciis sint destitute pastoribus ne prolixie vacationis subiaceant detrimentis de salubri remedio providere curemus quodque tales eis in ^a pastores preficere studeamus, qui commissum sibi gregem dominicum sciant non solum doctrina verbi sed etiam exemplo boni operis informare commissasque sibi ecclesias in statu pacifico et tranquillo velint et valeant duce domino feliciter gubernare.

Dudum siquidem, bone memorie Aymone patriarcha Ierosolimitano regimini ecclesie presidente, nos, cupientes eidem ecclesie cum vacaret per Apostolice Sedis providentiam utilem et ydoneum presidere personam, provisionem ipsius ecclesie ordinationi et dispositioni nostre duximus ea vice specialiter reservandam, decernentes extunc irritum et inane si secus super hiis per quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari.

Postmodum vero, ^b prefata ecclesiam per eiusdem Aymonis patriarche obitum, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum vacante, nos, vacatione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta, ad provisionem ||eiusdm|| ^y ecclesie celerem et felicem,

de qua nullus preter nos hac vice ^δ se intromittere potuit neque potest, // ^{121v}
reservatione et decreto ^ε obsistentibus supradictis, ne ecclesia ipsa longe vacationis
exponentur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem
quam de preficiendo eidem ecclesie personam huiusmodi cum fratribus nostris
huiusmodi diligentem, demum ad te Fratrum Ordinis Minoris professorem magistrum
in theologia et in presbiteratus ordine constitutum, religionis zelo conspicuum vite ac
moris honestate decorum in spiritualibus providum et temporalibus circumspexit
aliisque multiplicium virtutum donis prout experientia novimus insignitum direximus
aciem nostre mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua,
nobis et eisdem fratribus nostris ob dictorum tuorum exigentiam meritorum accepta
eidem ecclesie Ierosolimitane de dictorum fratrum nostrorum consilio auctoritate
apostolica providemus, teque illi preficimus in patriarcham et pastorem, curam et
administrationem ipsius ecclesie Ierosolimitana, tibi in spiritualibus et temporalibus
plene commitendo, firma spe fiduciaque conceptis, quod prefata ecclesia sub tuo
felici regimine, gratia tibi assistente divina, prospere et salubriter dirigatur ac grata in
eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Iugum igitur Domini tuis
impositum humeris prompta devotione suscipiens, curam et administrationem
predictas sic exercere studeas sollicite, fideliter et prudenter quod ipsa ecclesia
gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeas se commissam, tuque preter
eterne retributionis premium nostram et dicte sedis benedictionem et gratiam exinde
uberius consequi merearis.

Datum Perpiniani, Elnensis diocesis, Idus Novembris, anno quintodecimo.

In eodem modo dilectis filiis capitulo ecclesie Ierosolimitane, salutem *etc.* Regimini
universalis ecclesie *etc.* usque incrementa.

Quocirca discretioni nostre per apostolica scripta mandamus quatinus eundem
Franciscum electum, tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato
admitentes honore ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas,
eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis.
Alioquin sententiam quam idem electus rite tulerit in rebelles ratam habuimus et
faciemus auctore domino usque ad satisfactis condignam inviolabiliter observari.
Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis populo, civitatis et diocesis Ierosolimitane, salutem *etc.*
Regimini universalis *etc.* usque incrementa. Quocirca universitatem vestram rogamus
et hortamur auctore per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus eundem

Franciscum electum //^{122r} tamquam patrem et pastorem animarum nostrarum devote ^{στ} suscipientes et debita honorificentia prosequens ipsius salubribus, monitis et mandatis humiliter intendatis, ^ς ita quod et per vobis devotionis filios et vos in eo per consequens patrem invenisse benivolum gaudeatis. Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filius universis vassalis ecclesie Ierosolimitane, salutem *etc.* Regimini universalis *etc.* Usque incrementa. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus et quatinus eundem Franciscum electum pro dicte sed et nostra reverentia debito prosequens honore ac ipsius monitis et mandatis efficaciter intendentes, ei fidelitatem solitam necnon consueta servitia et iura a vobis sibi debita, exhibere integre studeatis. Alioquin sententiam sine penam quam idem electus rite tulerit seu statuerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis clero, civitatis et diocesis Ierosolimitanus, salutem *etc.* Regimini universalis *etc.* Usque incrementa.

Quocirca discretioni nostre per apostolica scripta mandamus quatinus eundem Franciscum electum, tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato admittentes honore ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas, eius ⁿ salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam quam idem electus rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

In eodem modo carissimo in Christo filio Iano regi Cipri illustri, salutem *etc.* Gratie divine premium et preconium humane laudis acquiritur si per seculares principes ||ecclesiarum prelatis|| presertim ecclesiarum cathedralium regimini presidentibus, oportuni favoris presidium et honor debitus impendatur. Dudum siquidem *etc.* usque incrementa. Quocirca serenitatem regiam rogamus et hortamur attente quatinus eosdem Franciscum electum et ecclesiam ^o Ierosolimitanus suo ^l commissam regimini habens pro divina et Apostolice Sedis ac nostra reverentia propensius commendatos sit eisdem ce//^{122v} exhibeas favor regio benivolum et in oportunitatibus gratiosum, quod idem electus per auxilium tue gratie in commisso sibi prefate ecclesie regimine utilius proficere valeat, tuque provide consequaris premia felicitatis eterne ac nos etiam celsitudinem regiam condignis possimus in Domino laudibus commendare. Datum *ut supra*. Expeditio V Kalendas apostolicis anno XV. B. Fortis.

^a pastoris del. R ^β dicta ecclesia del. R ^γ ipsius ^δ de illo del. R ^ε obst del. R ^{στ} sust del. R ^ζ itq del. R ^η sab del. R ^θ Jel del. R ^ι re del. R

β-50

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 330, f. 562v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Io. Mimatensis pro vicecancellario mg. s. XL mg. d.

Περπινιάν

1 Δεκεμβρίου 1408

Παραχωρείται το δικαίωμα στον αβά της μονής του Σταυροβουνίου να μπορεί να χρησιμοποιεί παπικά σύμβολα, όπως η μίτρα, το δακτυλίδι κ.λπ.

Dilecto filio Bernardo abbati monasterii de Cruce Ordinis Sancti Benedicti, Nicosiensis diocesis, salutem *etc.*

Exposcit tue devotionis sinceritas et religionis promeretur honestas ut te, quem speciali^a dilectione prosequimur, dignis honoribus attollamus. Hinc est quod, nos, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, ut tu, quamdiu monasterio de Cruce Ordinis Sancti Benedicti, Nicosiensis diocesis, pueris, mitra, anulo et aliis pontificalibus insigniis libere possis uti, necnon quod in dicto monasterio et prioratibus eidem monasterio subiectis ac parochialibus et aliis ecclesiis ad te et monasterium ipsum pertinentibus, quamvis tibi aut monasterio ipsi plenarie non subsint, benedictionem solemnem post missarum, vesperorum et matutinorum solemnias, dummodo in benedictione huiusmodi aliquis antistes vel Sedis Apostolice legatus presens non fuerit, elargiri possis, felicis recordationis Alexandri pape III predecessoris nostri que incipit “abbates”, et aliis quibuscumque constitutionibus apostolicis in contrarium editis nequaquam obstantibus, tibi auctoritate apostolica de speciali gratia tenore presentium indulgemus. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere *etc.*

Datum Perpiniani, Elnensis diocesis, Kalendis Octobris, anno quartodecimo.

^aspecialis del. R

β-51

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Aven. 332, f. 115r-116v

Έκδοση: K. Eubel, *Die Avignonische*, σ. 162, αρ. 1170

Perpignan

19 Δεκεμβρίου 1408

Ο Φραγκίσκος Eximini, πατριάρχης Ιεροσολύμων, λαμβάνει και τη διαχείριση της επισκοπής της Elne στη Γαλλία, λόγω μετάθεσης του επισκόπου Ραϋμόνδου στην επισκοπή της Gerona στην Ισπανία.

Venerabili fratri Francisco patriarche Ierosolimitano administratori in spiritualibus et temporalibus ecclesie Elnensis, salutem *etc.*

Regimini universalis ecclesie quamquam insufficientibus meritis, disponente Domino, presidentes de universis urbis ecclesiis, pro earum statu salubriter dirigendo – quantum nobis ex alto conceditur – sollicite cogitamus, sed ea propensius sollicitudo, nos reget ut illis que prosperis sint pastoribus destitute ne prolixè vacationis subiaceant decernentis de salubri remedio providere curemus, quodque illarum pastoribus que maiori prefulgent titulo dignitatis necessitatibus consulamus.

Dudum siquidem, ^a provisiones omnium ecclesiarum cathedralium apud Sedem Apostolicam tunc vacantium et in antea vacaturarum, ordinationi et dispositioni nostre duximus reservandas, decernentes extunc irritum et inane si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptari.

Postmodum vero, ecclesiam Elnensem ex eo, pastoris solatio destituta, quod nos venerabilem fratrem nostrum Raymundum Gerudensis tunc Elnensis episcopum apud Sedem Apostolicam constitutum a vinculo quo eidem ecclesie Elnensi cui tunc preerat tenebatur de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudinem absolventes ipsum ad ecclesiam Gerundensem tunc vacantem duximus auctoritate apostolica transferendum preficiendo ipsum eudem ecclesie Gerundense, in episcopum et pastorem, nos, ad provisionem ipsius ecclesie Elnensis celerem et felicem de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit neque potest, reservatione et decreto obsistentibus supradictis ne ecclesia //^{115v} Elnensis predicta longe vacationis exponentur incommodis paternis et sollicitis studiis intendentes ac considerantes, quod tu de bonis ad mensam tuam patriarchalem Ierosolimitanam

spectantibus statum ^β tuum iuxta meritorum tuorum et patriarchalis dignitatis exigentiam decenter tenere non posses et propterea tibi de oportuno remedio providere, volentes ac diligentius attendens quod tu eidem Elnensi ecclesie per tue circumspectionis industriam et studium fructuosum in spiritualibus et temporalibus esse poteris multipliciter fructuosus ecclesiam ipsam Elnensem sit vacans, tibi de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica commendamus, per te quoad vixeris et eidem Ierosolimitane ecclesie prefueris tenendam, regendam et etiam gubernandam curam et administrationem generalem et liberam ipsius ecclesie Elnensis ac bonorum et iurium ipsius tibi in eisdem spiritualibus et temporalibus plenarie commitendo ut dictam ecclesiam Elnensem tue gubernationi et administrationi commissam spiritualiter et temporaliter, iuxta datam tibi a Domino prudentiam, regas, dirigas et augmentes ac de fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis ad mensam episcopalem Elnensis spectantibus ordines et disponas, illosque in tuos et eiusdem ecclesie Elnensis usus ^γ convertere valeas prout veri episcopi Elnenses, qui fuerint pro tempore de illis ordinare et disponere potuerunt et etiam debuerunt alienatione tamen bonorum immobilium et preciosorum mobilium eiusdem ecclesie Elnensis tibi penitus interdicta. Tu igitur cura ipsius ecclesie regimine et ^δ administrationem solícite et fideliter exercendam sic te exhibeas fructuosum quod prefata ecclesia Elnensis dicta tibi favente clementia sub tua gubernatione provida et salubri votivis continue in eisdem spiritualibus et temporalibus amplietur commodis ac salubribus proficiat incrementis nosque tue circumspectionis et diligentie studium fructuosum possimus dignus in domino laudibus merito commendare.

Datum Perpiniani, Elnensis diocesis, XIII Kalendas Ianuarii, anno quintodecimo.

In eodem modo dilectis filiis capitulo ecclesie Elnensis, salutem *etc.* Regimini universalis ecclesie, usque incrementa.

Quocirca discretioni nostre per apostolica scripta mandamus, quatinus eusdem patriarcham administratorem, tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato ^ε admittentes honore ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas, eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam quam idem patriarcha administrator rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis clero, civitatis et diocesis Elnensis, salutem *etc.* Regimini universalis ecclesie *etc.* usque interdicta.

Quocirca discretioni nostre per apostolica scripta mandamus quatinus eundem Franciscum //116r patriarcham administratorem, tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato admittentes honore ac exhibentes sibi obedientiam et ^σ reverentiam debitas et devotas, eius salubria monita et mandata ^ξ suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam quam idem patriarcha administrator rite tulerit in rebelles ratam habuimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis populo civitatis et diocesis Elnensis, salutem *etc.* Regimini universalis *etc.* Usque incrementa. Quocirca universitatem vestram rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus eundem patriarcham administratorem tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum devote suscipientes ac debita honorificentia prosequentes ipsius salubribus, monitis et mandatis sic humiliter intendatis, quod ipse in vos devotionis filiam et vos in eo per consequens patrem invenisse benivolum gaudeatis. Datum *ut supra*.

In eodem modo dilectis filiis universis vassallis ecclesie Elnensis, salutem *etc.* Regimini universalis *etc.* usque interdicta. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eundem patriarcham administratorem pro dicte sedis et nostra reverentia debito prosequentes honore ei fidelitatem solitam necnon consueta servitia et iura a vobis sibi debita exhibere integre studeatis. Alioquin sententiam sine penam quam idem patriarcha rite tulerit seu statuerit in rebelles ratam habuimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

In eodem modo venerabili fratri archiepiscopo Narbonensis, salutem *etc.* Ad cumulum tue cedit salutis et fame, si ^η personas ecclesiasticas, presertim pontificali dignitate predictas divine propiciationis intuitu, oportuni favoris presidii gratia prosequaris. Dudum siquidem *etc.* usque interdicta. Cum igitur ut idem patriarcha administrator in commissa predicte ecclesie Elnensis sibi cura facilius proficere valeat, tuis favor ei fore noscatur plurimum opportunus, serenitatem tuam rogamus et ortamur attente per apostolica per tibi scripta mandantes quatinus predictos patriarcham administratorem et commissam sibi ecclesiam Elnensem suffraganeam tuam habens per nostra et dicte sedis reverentia propensius [commendatos] in ampliandis et conservandis iuribus suis sit eos tui favoris auxilio prosequaris quod idem patriarcha administrator tuo fultus ^θ auxilio in commisso ecclesie predicte

[regimine] se possit utilius exercere tuque divinam nostram et dicte desis ac nostram benivolentiam valeas exinde uberius provideri. Datum *ut supra*.

In eodem modo carissimo in Christo filio Martino regi Aragonum illustri, salutem *etc.* Gratie divine premium et preconium humane laudis acquiritur si per seculares principes ecclesiarum prelati presertim cathedralium regi presidentibus oportuni favoris presidium et honor debitus impendatur. Dudum siquidem *etc.* usque interdicta. Quocirca serenitatem //^{116v} regiam rogamus et ortamur attente quatinus eosdem patrarcaham et ecclesiam Elnensis suo commissam regimini habentes pro divina et Apostolice Sedis ac nostra reverentia propensius commendatos sit eisdem te exhibeas favore regio benivolum et in suis oportunitatibus gratiosum, quod idem patriarcha administrator per auxilium, tue gratie in commisso sibi prefate Elnensis ecclesie regimine utilius proficere valeat, tuque provide consequaris premia felicitatis eterne et nos etiam celsitudinem regiam condignis possimus in Domino laudibus commendare. Datum *ut supra*.

^a omnis *del.* R ^β si *del.* R ^γ comm *del.* R ^δ administratorem *del.* R ^ε ad *del.* R ^{στ} rever *del.* R ^ζ sust *del.* R ^η per *del.* R ^θ ex *del.* R

β-52

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Cam. Ap., Oblig. et Sol. 56, f. 97r

Αναφορά: Hoberg, *Taxae*, σ. 87

Έκδοση: *Acta Johannis XXIII*, τ. 2, αρ. 132

Σημειώσεις: Nymociensis / Card. XVI *mg. d.*

8 Ιουλίου 1411

Υπόσχεση πληρωμής συνήθων οικονομικών υποχρεώσεων στο Αποστολικό Ταμείο από τον επίσκοπο Πάφου για λογαριασμό του επισκόπου Λεμεσού Αντώνιο.

Die octava, mensis Iulii reverendus pater dominus Bertrandus Dei gratia episcopus Paffensis promisit camere apostolice et collegio nomine reverendi patris domini Anthonii Dei gratia electi Nymosiensi pro communi servitio dicti electi mille florenos auri de camera et quinque minuta servitia consueta et recognovit in forma solvendo

medietatem in festo Nativitatis Domini nostri proxime futuro et reliquam medietatem in festo Resurrectionis Domini extunc proxime secuturo solvere promisit. Alioquin *etc.*

β-53

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Cam. Ap., Oblig. et Sol. 56, f. 97r
Αναφορά: Hoberg, *Taxae*, σ. 86
Έκδοση: *Acta Johannis XXIII*, τ. 2, αρ. 132
Σημειώσεις: Nycosiensis

8 Ιουλίου 1411

Υπόσχεση πληρωμής συνήθων οικονομικών υποχρεώσεων στο Αποστολικό Ταμείο από τον επίσκοπο Πάφου για λογαριασμό του πρωτονοτάριου Ούγου Λουζινιανού, διαχειριστή της αρχιεπισκοπής Λευκωσίας.

Eadem die, reverendus pater dominus episcopus Paffensis nomine reverendi patris domini Hugonis de Lisignano Apostolice Sedis prothonotarii commendatarii perpetui ecclesie Nicosiensis pro communi servitio dicte ecclesie promisit camere apostolice et collegii quinque milia florenorum auri de camera et quinque minuta servitia consueta et recognovit in forma solvendo ut supra. Promisit *etc.* Alioquin *etc.*

β-54

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 342, f. 471v-472r
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: P. Soriani *mg. s. XXXV mg. d.*

Περπινιάν

19 Αυγούστου 1415

Παραχώρηση ετήσιας αποζημίωσης 2000 χρυσών φιορινιών Αραγονίας, από τα εισοδήματα της επισκοπής της Βαρκελώνης, στην Ελεονόρα, βασίλισσα της Κύπρου από το βασίλειο της Αραγονίας, από τα εισοδήματα της επισκοπής της Βαρκελώνης.

Η βασίλισσα από το 1381 ζει πλέον υπό την προστασία του εξαδέλφου της Πέτρου Δ΄ της Αραγονίας και των διαδόχων του.

Carissime in Christo filie Eleonori regine Cipri illustri, salutem *etc.*

Eximie devotionis sinceritas quam ad nos et Romanam geris Ecclesiam aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita quibus personam tuam est novimus insignitam non indigne merentur ut illa tibi liberaliter concedamus que tibi fore conspicimus //^{472r} oportuna.

Considerantes, igitur, quod tu que ||in|| statu sublimes constituta et viri consortio destituta existis ad statum huiusmodi sustentandum non affluis copia facultatum et propterea volentes tibi ut tuis necessitatibus consulare valeas de alicuius subventionis auxilio providere gratiamque facere specialem pensionem annuam duorum milium florenorum auri de Aragonia super iuribus, redditibus et proventus [...] bonorum ecclesiasticorum in ecclesia, civitate et diocesis Barchinonensis ad cameram apostolicam pertinentibus tibi vel procuratori tuo ad hoc a te speciale mandatum habenti medietatem videlicet in celebrare Omnium Sanctorum et aliam medietatem pensionis huiusmodi in festivitate Nativitatis Beati Iohannis Baptiste proxime futuris et sic deinceps annis singulis per succollectorem iurium, redditus et proventus predictorum in eisdem civitate et diocesis deputatum et imposteris forsitan deputandum realiter persolvendam tibi coadiuxeris ex certa scientia auctoritate apostolica tenore presentium concedimus, constituimus et etiam assignamus, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus, reservationibus, concessionibus et assignationibus apostolicis quorumcumque tenoris existant de quibus eorumque tenoribus huiusmodi [commitibus] specialis et expressa mentio sit habenda summas vero florenorum huiusmodi quas ipse succollector tibi vel procuratori tuo iuxta presentium continentiam litterarum persolvat de suis receptis deduci, volumus et mandamus ac in eius [comptis] ^a allocari presentes si pro ipsarum executione facienda ad aliquem secularem iudicem recursum habueris extunc eo ipso carere iuribus decernentes. Nulli ergo *etc.* concessionis constitutionis, assignationis mandati et voluntatis infringere *etc.*

Datum Perpiniani, Elnensis diocesis XIII Kalendas Septembris, anno vicesimoprimum. Expeditio III Nove Septembris, anno XXI. A. de [Campis].

^a alloquari *del.* R

ΥΠΟΤΑΓΗ ΠΙΖΑΣ

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ Ε΄

Petrus Philargus de Candia Ord. Min., καρδινάλιος πρεσβύτερος Bas. XII Apost.
Εκλογή 26 Ιουνίου 1409 (εθρόνιση 7 Ιουλίου 1409) † Μπολόνια 3 Μαΐου 1410

α-1

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Arm. XII 121A, f. 7v
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: Famagustan. mg. s.

4 Σεπτεμβρίου 1409

Die Mercurii 4 7briis, Dominus noster absolvit dominum Petrum episcopum Vigintimilliensem a vinculo *etc.* ad ecclesiam Famagustanam vacantem *etc.* et voluit quod B. teneat partem quam tenet idem dictum Petrus de ecclesia Vigintimilliensi [... successi] dicto dominum Petrum donec *etc.* *Item* [... ...] Sancte Trinitati [capi] ordini [...].

α-2

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 136, f. 94r
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: Στο τέλος της εγγραφής: Stephanus, pro Deo, de Prato.

Πίζα

5 Σεπτεμβρίου 1409

Ο επίσκοπος Πέτρος Marinaco μετά από αίτησή του ζητάει να λαμβάνει το δικαίωμα να συνεχίσει να λαμβάνει τα εισοδήματα των περιοχών Cespitello (σήμ. Sospello), Breglio, Saurgii, Pigna, Castilhoni, Sancte Agnetis, Gorbii, Castellarii et Molineti της πρώην επισκοπής του, της Ventimiglia στη Γένοβα, μιας και δεν μπορεί να λάβει τα εισοδήματα της Αμμοχώστου.

Alexander *etc.* venerabili fratri Petro episcopo Famagustano, salutem *etc.*

Personam tuam nobis et apostolice sedi devotam, tuis exigentibus meritis, paterna benivolentia prosequentes illa tibi libenter concedimus, que tuis commoditatibus fore conspicimus oportuna.

Hodie siquidem te tunc episcopum Vigintimiliensis a vinculo quo ecclesie Vigintimiliensis, cui tunc preeras, tenebaris de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, te ad ecclesiam Famagustanam tunc pastore carentem auctoritate apostolica duximus transferendum, preficiendo te ipsi Famagustane ecclesie in episcopum et pastorem, prout in nostris inde confectis litteris plenius continentur. Cum autem – sicut accepimus – tu ipsi ecclesie Vigintimiliensis [presidendo] partem administrationis bonorum ad episcopalem mensam Vigintimiliensem pertinentiam, videlicet Cespitelli, Brelii, Saurgii, Pigne, Castilhoni, Sancte Agnetis, Gorbii, Castellarii et Molineti, Vigintimiliensis diocesis, castra seu villas, cum eorum fructibus, redditibus, proventibus et emolumentis dumtaxat tenueris et possederis ac teneas et possideas de presenti, nos, volentes tibi qui [termines] –ut asseris– quod possessionem administrationis bonorum eiusdem ecclesie Famagustane [delevi] apprehendere nequeas, ne promptum in temporalibus defectum patiaris de alicuius subventionis auxilio pro tuo statu tenendo providere, tuis in hac parte supplicationibus inclinati fraternitati tue ut eadem castra sive villas ad fructibus, redditibus, proventibus et emolumentis antedictis quousque huiusmodi possessionem administrationibus bonorum et regiminis eiusdem ecclesie Famagustane aut maiores partis eorundem pacifice, vigore dictarum litterarum, adeptus extiteris ^a retinere libere et licite valeas auctoritate predicta tenore presentium de specialis dono gratie, indulgemus. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere *etc.* Siquis autem *etc.*

Datum Pisis, Nonas Septembris, anno primi.

^a libere *del. R*

α-3

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Vat. 339, f. 37r-38r.

Έκδοση: K. Eubel, *Bullarium Franciscanum*, τ. 7, αρ. 1203a

Σημειώσεις: Ea. Job. *mg. s* Gratis de mandato domini nostri pape *mg. d.*

Μπολόνια

17 Φεβρουαρίου 1410

Ο Ιωάννης από την Κύπρο του τάγματος των Φραγκισκανών ορίζεται ως επίτροπος (vicarius) του τάγματος στην επαρχία της Ρωμανίας ή Ελλάδος (Romaniae).

Alexander *etc.* dilecto filio Iohanni de Cipro ordinis Fratrum Minorum professori in provincia Romanie apostolica auctoritate vicario, salutem *etc.*

Summi pastoris qui visitat gregem sinceri vires nobis immeritis commissas tunc recte gerimus cum visitationis officium excercemus ut vacare debentes sub religionis observantia, studio, pie vite et a mundanis abstracti ac penitentiis dediti celestibus inhient et ad illa per contemplationis penas a motis vepribus atque repagulis [fuamus] liberius et altius eleventur, ut [aquile] et que in eis deformata seu collapsa sentimus solerti diligentia studio ac ope nostram debite visitationis officio ac oportuna reformatione [resurgant]. Cupientes igitur ut sacer ordo Minorum et professores eiusdem ubilibet constituti, necnon conventus ac loca fratrum et monasteria monialium et inclusarum tam sancte Clare ac sancti Damiani et Minorissarum ordinum in quibuscumque partibus atque locis provincie Romanie tue cure commisse, quos velut precipuos et devotos sancte Romane ecclesie filios atque nostros quodam strictiori vinculo paterne dilectionis amplectimur et que – sicut accepimus – reformatione non modica in spiritualibus et tempralibus indigere noscuntur, iucunda et laudabili reformatione letentur ac de tue religionis zelo ad ordines, professores et moniales huiusmodi ac in arduis comprobate plenam in Domino fiduciam obtinentes, te vicarium eiusdem provincie auctoritate apostolica presentium tenore facimus, constituimus et etiam //^{37v} ordinamus. Discretionem tue per hec apostolica scripta committentes et mandantes, quatenus ad conventus loca et monasteria ordinum prefatorum et in ipsis partibus dicte provincie Romanie consistentia accedens personaliter et habens pre oculis solum Deum, auctoritate nostra, quoties opportunam fuerit et noveris expedire in conventibus, locis et monasteriis huiusmodi vicariatus et visitationis excercere officium non postponas ac inquirere corrigere et reformare in eisdem tam in capitibus quam in membris et specialiter de redditibus et bonis dictorum conventuum, locorum et monasteriorum et eorum administratione et cura, necnon honestate vite ac morum et observantia regulari et aliis que visitationis, inquisitionis, correctionis et reformationis officio videris indigere, et, ut premissa efficacius exequaris, tibi, ut huiusmodi vicariatus officio durante eorum excessus et crimina prout illorum qualitas exegerit per spirituales et temporales censuras mulctas et penas absque personarum delectu, punire et corrigere eosque dignitatibus officiis et

administrationibus quibuscumque prout eorundem merita postulabunt, absque iudiciorum strepitu per te solum dumtaxat privare ac etiam amovere seu ab illis ad tempus suspendere, necnon omnia alia et singula que in premissis et circa ea ac pro incremento divini cultus et observantia regulari in eisdem conventibus, locis et monasteriis ac pro felici statu eorundem et degentium in eisdem quomodolibet fuerint oportuna facere, disponere et ordinare valeas, et nichilominus legitimas per te super hiis habendis servatis processibus eos quoties expedierit aggravare. Contradictores quoque per censuram ecclesiasticam appellatione postpositam compescere et invocare ad hoc si opus fuerit auxilium brachii secularis quibuscumque indultum privilegiis aut exemptionibus litteris apostolicis, necnon statutis et consuetudinibus conventuum, locorum et monasteriorum prefatorum, aut ordinibus aut personis degentibus in eisdem sub quibusvis verborum forma scatoribus ab apostolica Sede forsitan concessis etiam fide illis ||et|| eorum propiciis nominibus et ordinis de verbo ad verbum presentibus freri deberet, necnon specialis et constitutionibus apostolicas necnon statutis et consuetudinis predictis iuramento confirmationem apostolicam vel quacumque firmitate alia roboratis seu si eisdem conventibus ac personis degentibus et ordinum predictorum professoribus ac monialibus vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et aliis contrariis, non obstantibus plenam et liberam tenore presentium concedimus //^{38r} facultatem.

Volumus tamen quod quo ad absolutionem de dicto vicariatu de te siendam ac alia omnia et singula prefati ordinis insituta sub potestate dilectorum filiorum generalis ministri et capituli generalis eiusdem ordinis remaneas et esse intelligaris sicut sunt alii vicarii in dicto ordine auctoritate ordinaria instituti quodque per has nostras litteras eisdem privilegiis et indultis quo ad alia nullatenus derogetur. Nulli ergo *etc.* nostre constitutionis ordinationis voluntatis et concessionis infringere vel ei ausum temeratio contrarre. Si quis autem *etc.*

Datum Bononie, XIII Kalendas Martii, anno primo.

ΙΩΑΝΝΗΣ ΚΓ΄

Baldassarre Cossa, διάκονος καρδινάλιος S. Eustachii
Εκλογή 17 Μαΐου 1410 (ενθρόνιση 25 Μαΐου) † 23 Δεκεμβρίου 1419 περ. 1370 – 22
Δεκεμβρίου 1419). Πάπας έως 29 Μαΐου 1415

β-1

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Vat. 340, f. 64r-v

Έκδοση: *Acta Johannis XXIII*, τ. 2, αρ. 104

Σημειώσεις: Jo. Angelus *mg. s. De Curia mg. d.* Στο τέλος της εγγραφής: Iohannes de Tremosinez

Μπολόνια

25 Μαΐου 1410

Ο παπικός απεσταλμένος στην Ανατολή Άγγελος de Santa Cruce de Moellis, ανακοινώνει την εκλογή του πάπα Ιωάννη ΚΓ΄ στους αρχιεπισκόπους Ρόδου, Ραγκούζας, Ζάρας, Κροατία (Jadrensis), Κρήτης και Λευκωσίας.

Iohannes *etc.* venerabilibus fratribus archiepiscopo Rodiensi et eius suffraganeis ac dilectis filiis electis abbatibus aliisque ecclesiarum monasteriorum et ordinum, prelatis per civitatem, diocesis atque provinciam Rodiensem constitutis ad quos presentes advenerint salutem *etc.*

Divine providentie dispositio et inscrutabilis scientiarum Domini altitudo non humanum attendens iudicium sed sola sui disponens scientia universam ecclesiam sanctam suam crebra plerumque decedentium mutatione pastoris visitat ac nove prolis successionem reformat prout ex throno sue ineffabilis maiestatis in cuius manu celum et terra consistunt conspicias expedire. Cum itaque nuper superna disponente clementia in parte sollicitudinis prefate ecclesie post exequaris expleta solemna felicis recordationis Alexandri pape V^{ti} predecessoris nostri XIII die instantis mensis iuxta morem a venerabilibus fratribus nostris eiusdem ecclesie cardinalibus de quorum numero tunc eramus discrepante nemine XVII ipsius mensis licet insufficientibus meritis fuerimus evocati fraternitati vestre id duximus ad nostri cordis letitiam presentibus intimandum, licet enim dominus Deus noster suo nutu celestia simul et terrene gubernans Christicolis nos constituerit in specula preeminentie pastoralis ad regendam ecclesiam sanctam suam. Universitatem tamen prefatam tanquam [intimam] et precordialem filiam recognoscimus speciali nostre sollicitudini ab intimis commendatam. Nam pro statu et honore prefate ecclesie ac ipsius tranquillitate pace ac unione totius gregis

fideliū vestra devotio agere pro future semper curis saluberrimis ac singulari vigilantia non destitit vel desistit ad quorum prosecutionem privilegium fructu condigne recompensationis et glorie etiam apud supernorum munerum largitorem minime caritatem devotionem eandem paternis affectis exhortamur. De nobis autem, qui dum minori frungebamur officio eandem devotionem precipua semper affectionem dileximus, fiduciam volumus obtinere quod deinceps continebimus in intimis visceribus cordis nostri de ipsius devotionis commodis statu gloria pariter et honore prout inspirabit Altissimus paterna sollicitudine iugiter cogitantes. Super //^{64v} quibus et nonnullis aliis statum nostrum prefate ecclesie ac fideliū tranquillitatem concernentibus dilectum filium nobilem virum Angelinum de Sancta Cruce domicellum familiare nostrum de paterna nostra intentione cura premissa plenarie informatum ad eandem universitatem destinare providitius cuius relatibus adhibere placeat credentie plenam fidem.

Datum Bononie VIII Kalendas Iunii pontificatus nostri anno primo.

Item fuit directa similis et sub eadem datum archiepiscopo Candiensi et eius suffraganeis ac electis et abbatibus ut in predicta. *Item* archiepiscopo Ragusan. *Item* archiepiscopo Iadrensis. *Item* archiepiscopo Nicosiensi.

β-2

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαική σειρά: Reg. Vat. 343, f. 185v-186v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: F. de Montepolitiano *mg. s. Gratis de mandato domini nostri pape mg. d.*

Στο τέλος της εγγραφής: Collata per me P. de Trilhia. M. de Bossis.

Μπολόνια

27 Μαΐου 1410

Ο πάπας Ιωάννης ΚΓ΄ ζήτησε από τον αβά της μονή του Belliloco να επιβλέψει την παραχώρηση ενός ή περισσότερων *beneficia* από τον αρχιεπίσκοπο Λευκωσίας ή τον επίσκοπο Πάφου, όταν υπάρξουν διαθέσιμα, στον Βαρθολομαίο Monachis de Ebolo, από την επισκοπή του Salerno. Το σύνολο των *beneficii* δεν πρέπει να ξεπερνάει τα 300 χρυσά φλορίνια.

Iohannes *etc.* dilecto filio .. abbati monasteri Belliloci Nicosiensis, salutem *etc.*

Dignum arbitramur et congruum ut illis se reddat Sedes Apostolica gratiosam quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur.

Volentes itaque dilectum filium Bartholomeum de Monachis de Ebolo, clericum Salernitane diocesis, apud nos de vite ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu favore prosequi gratioso, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus si, per diligentem examinationem, eundem Bartholomeum, qui – ut asserit – in quintodecimo vel circa sue etatis anno dumtaxat constitutus existit, ad hoc alias ydoneum esse reppereris, super quo tuam conscientiam oneramus, unum, vel duo, seu tria, aut plura beneficium seu beneficia ecclesiasticum vel ecclesiastica, etiamsi unum, vel ipsorum duorum, seu trium, aut plurium aliquod cum cura seu dignitas, personatus vel officium in cathedrali vel collegiata ecclesia fuerit et ad dignitatem ipsam consueverint quis per electionem assumi, dummodo dignitas ipsa maior post pontificalem in cathedrali aut principalis in collegiata ecclesia huiusmodi non existant, cuius seu quorum fructus, redditus et proventus trecentorum florenorum auri secundum taxationem decime valorem annum non excedant, ad collationem, provisionem, presentationem, electionem seu quamvis aliam dispositionem venerabilium fratrum nostrorum Nicosiensis et Paphensis episcoporum ac dilectorum filiorum capitulorum singulorumque canonicorum et personarum Nicosiensis et Paphensis ecclesiarum communiter vel divisim pertinens seu pertinentia, etiamsi duo beneficiorum huiusmodi canonicatus et prebende ecclesiarum cathedralium fuerint, si quod vel si qua vacat seu vacant ad presens vel cum vacaverit seu vacaverint, quod vel que idem Bartholomeus per se vel procuratorem suum ad hoc legitime constitutum infra unius mensis spatium postquam sibi vel eidem procuratori vacatio illius vel illorum innotuerit duxerit acceptandam vel acceptanda, conferendam seu conferenda eidem Bartholomeo post acceptationem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinentiis suis donationi tue auctoritate nostra reserves, districtius inhibendo eisdem episcopis, capitulis, canonicis et personis ne de beneficio seu beneficiis huiusmodi interim etiam ante acceptationem eandem nisi postquam eis constiterit quod Bartholomeus vel procurator predicti illud vel illa noluerint acceptare disponere quoquomodo presumant //^{186r} et nichilominus beneficium seu beneficia huiusmodi quod vel que reservabis, si – ut premittitur – vacat seu vacant aut cum vacaverit seu vacaverunt, eidem Bartholomeo post acceptationem predictam cum omnibus iuribus et pertinentiis supradictis auctoritate apostolica conferas et assignes, inducens per te vel alium seu

alios eundem Bartholomeum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem beneficii vel beneficiorum iuriumque et pertinentiis predictorum eadem auctoritate et defendentes inductum ac facientes ipsum Bartholomeum vel dictum procuratorem pro eo ad beneficium seu beneficia huiusmodi – ut est moris – admitti sibi que de huiusmodi beneficii seu beneficiorum fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventibus universis integre responderi, contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo, non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus ecclesie vel ecclesiarum in qua seu quibus beneficium seu beneficia huiusmodi forsan fuerit aut fuerunt contrariis iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, aut si aliqui super provisionibus sibi facientes de huiusmodi aut aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus [speciales] vel generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alia quomodolibet sit processum, quibus omnibus preterquam auctoritate nostra huiusmodi beneficia expectantibus prefatum Bartholomeum in assecutionem beneficii seu beneficiorum huiusmodi volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si episcopis, capitulis canonicis et personis prefatis, vel quibusvis aliis communiter vel divisim a dicta sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de huiusmodi aut aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem, electionem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et quomodolibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali cuicumque tenoris existat per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialiter, aut si dictus Bartholomeus procuratoris non fuerit ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus ecclesie vel ecclesiarum in qua seu quibus beneficium seu beneficia huiusmodi fuerit seu fuerint – ut prefertur – solitum //^{186v} vel solita, iuramentum seu iuramenta dummodo in absentia sua per procuratorem ydoneum et cum ad ecclesiam seu ecclesias huiusmodi accesserit, corporaliter illud vel illa prestat, seu si hodie pro alio vel aliis super equali vel equalibus gratia seu gratis de beneficio vel beneficiis huiusmodi ad collationem, provisionem, presentationem, electionem seu quamvis

aliam dispositionem episcoporum, capitulorum, canonicorum et personarum ^a predictorum communiter vel divisim pertinente seu pertinentibus litteras nostras duxerimus concedendas. Nos enim, tam illas quam presentes effectum sortiri, volumus, quacumque constitutionem apostolica contraria non obstante, et insuper si dictus Bartholomeus ad hoc repertus fuerit idoneus – ut prefertur – exnunc proinde irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, ac si die date presentium huiusmodi beneficium seu beneficia, si quod vel si qua vacabat aut vacabant tunc vel cum vacaret seu vacarent quod vel que idem Bartholomeus acceptaret – ut prefertur – conferendum, seu conferenda eidem Bartholomeo post acceptationem huiusmodi donationi apostolice cum interpositione decreti, duxissemus specialiter reservandum seu etiam reservanda.

Datum Bononie VI Kalendas Iunii anno primo.

^a predictam *del.* R

β-3

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαική σειρά: Reg. Vat. 343, f. 184v-185r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: F. de Montepolitiano *mg. s. Gratis de mandato domini nostri pape mg. d.*

Στο τέλος της εγγραφής: Collata per me P. de Trilhia. M. de Bossis.

Μπολόνια

27 Μαΐου 1410

Ο επίσκοπος Λεμεσού εντέλλεται να φροντίσει για την παραχώρηση κενής θέσης κανονικού στο καπίτολο της Πάφου στον Ιάκωβο de Margat.

Iohannes *etc.* venerabili fratri episcopo Limosiensi, salutem *etc.*

Dignum arbitramur et congruum, ut illis se reddat sedes apostolica gloriosam, quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur. Volentes itaque dilectum filium Iacobum de Marghato canonicum Nicosiensem apud nos de vite ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu favore prosequi gratioso, firmitati tue per apostolica scripta mandamus

quatinus si, post diligentem examinationem, eundem Iacobum ad hoc idoneum esse repereris, super quo tuam conscientiam oneramus, ei de canonicatu ecclesie Paphensis cum plenitudinis iuris canonici auctoritate nostra provideas faciens ipsum Iacobum vel procuratorem suum eius nomine in eadem ecclesiam in canonicum recipi et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie cum dicti iuris plenitudine assignatis, prebendam vero, ipsius ecclesie, si qua vacat ad presens vel cum vacaverit, quam dictus Iacobus per se vel procuratorem suum ad hoc legitime constitutum infra unius mensis spatium postquam sibi vel eidem procuratori vacatio illius innotuerit duxerit acceptandam, conferendam eidem Iacobo post acceptatione huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinentiis suis donationi tue eadem auctoritate reserves, districtius inhibendo, venerabili fratri nostro episcopo et dilectis filiis capitulo Paphensibus ac illi vel illis ad quem vel ad quos in dicta ecclesiam prebendarum collatio, provisio, presentatio seu quevis alia dispositione communiter vel divisim pertinet ne de prebenda huiusmodi interim etiam ante acceptationem eandem nisi postquam eis constiterit quod Iacobus vel procurator predicti illa noluerint acceptare disponere quoquomodo presumant et nichilominus prebendam, quam reservabis, si – ut premittitur – vacat vel cum vacaverit, eodem Iacobo, post acceptatione huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinentiis supradictis eadem auctoritate conferas et assignes, inducens per te, vel alium, seu alios eidem Iacobum, vel procuratorem suum eius nomine, in corporalem possessionem prebende, iuriumque et pertinentiis predictorum et defendens inductum ac faciens sibi de ipsorum canonicatus et prebende fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventibus universis integre responderi, contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo, non obstantibus de certo canonicorum numero et quibusvis aliis statutis et constitutionibus dicte ecclesie contrariis, iuramento, confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, aut si aliqui apostolica vel alia ^α quavis auctoritate in eadem ecclesiam in canonicos sint recepti, vel – ut recipiantur – insistant, seu si super provisionibus sibi facientes de canonicatibus et prebendis dicte ecclesie speciales aut aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales predicte sedis vel legatorum eius litteras //^{185r} impetravint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alio quomodolibet sit processum, quibus omnibus preterquam auctoritate nostra in dicta ecclesia receptis vel prebendas expectantibus in eadem dictum Iacobum in assecutionem prebende huiusmodi volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem canonicatum et prebendarum aut

beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si episcopo et capitulo prefatis vel quibusvis aliis communiter vel divisim a dicta sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de canonicatibus et prebendis dicte ecclesie aut aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et quamodolibet alia dicte sedis indulgentiam generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis; aut si dictus Iacobus presens non fuerit ad prestandum de observandis statutis et constitutionibus dicte ecclesie solitum iuramentum, dummodo in absentia sua per procuratorem idoneum et cum ad ecclesiam ipsam accesserit corporaliter illud prestet. Seu quod dictus Iacobus – ut asserit – decanatum Nicosiensis et eiusdem ac Limosiensis ecclesiarum canonicatus et prebendas noscitur obtinere, aut si hodie pro alio vel aliis super equali vel equalibus gratia seu gratiis in dicta ecclesia Paphensis litteras nostras duxerimus concedendas. Nos enim tam illas quam presentes affectum sortiri volumus quacumque constitutione apostolica contraria non obstante. Et in super si dictus Iacobus ad hoc repertus fuerit idoneus – ut prefertur – ex nunc proinde irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit acceptari ac si die date presentium eidem Iacobo canonicatu dicte ecclesie Paphensis contulisset et prebenda huiusmodi, si quam vacabat tunc vel cum vacaret, quam idem Iacobus acceptaret – ut prefertur – conferendam eidem Iacobo post acceptance huiusmodi donationi apostolice cum interpositione decreti duxissemus specialibus reservandum.

Datum Bononie, VI Kalendas Iunii, pontificatus nostri anno primo.

^a auctoritate *del. R*

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Lat. 142, f. 109v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Στο τέλος της εγγραφής Stephanus, pro domino cardinalem, de Prato.

Μπολόνια

22 Δεκεμβρίου 1410

Σχετικά με παράνομη κατακράτηση των εισοδημάτων της μονής Σταυροβουνίου από διάφορους, ενώ αυτά είχαν δοθεί in commendam στον καρδινάλιο Ιορδάνη Orsini. Προφανώς είχε συγκροτηθεί επιτροπή διερεύνησης του ζητήματος, αποτελούμενη από τους αρχιεπισκόπους Λευκωσίας, Ρόδου και τον επίσκοπο Μεθώνης. Σημειώνουμε ότι ο Ιορδάνης είχε παραιτηθεί από την commenda του Pecs στις 13 Αυγούστου 1410.

Iohannes *etc.* venerabilibus fratribus Nicosiensis et Colocensis archiepiscopis ac episcopo Motonensis, salutem *etc.* Ad regendum *etc.*

Nuper siquidem ex conquestione dilecti filii nostri Iordan titulo Sancti Laurentii in Damaso presbiter cardinalis percepimus quod nonnulli archiepiscopi, episcopi alisque ecclesiarum prelati et clerici ac ecclesiastice persone religiose quam seculares, necnon duces, marchiones, comites, barones, nobiles, milites et laici, communia, civitatum, universitates opidorum, castrorum, villarum et aliorum locorum et alie singulares persone civitatum et diocesium et aliarum partium diversarum occuparunt et occupari fecerunt castra, villas et alia loca terras, domos, possessiones, iura et iurisdictiones necnon fructus, census, redditus et proventus ac nonnulla alia bona mobilia et immobilia, spiritualia et temporalia, ad dictum Iordanum cardinalem ratione ecclesiarum monasteriorum et prebendarum ac aliorum beneficiorum et officiorum ecclesiasticorum secularium et regularium, que idem Iordanis Cardinalis in commendam et alias ex concessione et dispensatione Sedis Apostolice obtinet spectantia et ea detinent indebite occupata seu ea detinentibus prestant auxilium consilium vel favorem. Nonnulli *etc. ceteris.* Volumus *etc. ceteris.* Presentibus post quinquennium minime valituris.

Datum Bononie undecimo Kalendas Ianuariis, anno primo.

β-5

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 145, f. 169r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Στην κεφαλίδα De diversis formis anno primo. Στο τέλος της εγγραφής Stephanus, XXX, de Prato.

Μπολόνια

30 Ιανουαρίου 1411

Επιβεβαίωση της ενοικίασης των χωριών Κουκάς και Μονιάτη (*Essomoniati*) στον Γεώργιο Καπαδόκα, προφανώς έλληνα τα οποία είχε ενοικιάσει από τον επίσκοπο Λεμεσού Γουλιέλμο. Παλαιότερα, σύμφωνα με δημόσιο έγγραφο έπρεπε να δίνει 80 βυζαντινά.

Iohannes *etc.* dilecto filio nobili viro Georgio Cappadoco domicello Nicosiensi, salutem *etc.*

Affectu sunt admittende benivolo preces devote petentium, cum sic eis gratia favoris impenditur quod iuri ^a alieno nulla prorsus iniuria irrogatur.

Sane petitio tua nobis nuper exhibita continebat quod olim venerabilis frater noster ^bGuilliermus, episcopus Nimortensis, provide attendens quod quedam possessiones necnon de Coucam et de Essomoniati casalia in insula Cypri consistentia et ad episcopalem mensam Nimortensem pertinentia tunc expressa propter diversos casus non semper eodem modo fructificarent, unde aliquando pauci redditus occasione possessionum et casalium predictorum mense huiusmodi provenirent, propter quod dictus episcopus, volens potius certam annuam pensionem pro tempore de possessionibus et casalibus ipsis recipere quam sic sub dubio remanere seu de re incerta in illa parte confidere, ipsa possessiones et casalia cum decimis bladi, leguminis, vini et bisantiorum necnon omnium aliorum reddituum et proventuum possessionum et casalium predictorum pro te tuisque heredibus imperpetuum pro censu octuaginta bisantiorum, per te et heredes ipsos prefato episcopo suisque successoribus episcopis Nimortensibus qui essent pro tempore annis singulis persolvendorum, concessit seu locavit, prout in quodamquodam publico instrumento dicti episcopi sigillo munito dicitur plenius contineri. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, tu dubites concessionem seu locationem predictam forsan ^γiuribus non subsistere, pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum ut concessionem sive locationem huiusmodi, pro eius substantatione firmiori, robur apostolice confirmationis adiicere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos itaque, volentes te, qui – ut asseris – carissimi in Christo filii nostri Iani regis Cypri illustris consiliarius existis, ut eo amplius tua devotio ad nos et Romanam Ecclesiam augeatur, favoribus prosequi ||gratiosis||, huiusmodi supplicationibus inclinati, concessionem seu locationem predictam et omnia inde secuta rata habentes et grata, ea, absque tamen preiudicio mense predicte ac ecclesie Nimortensis, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo *etc.* nostre confirmationis et communitationis infringere *etc.* Si quis *etc.*

Datum Bononie, tertio Kalendas Februarii, anno primo.

^aGuillermus] ex. corr. s.l. ^βviri *cod.* ^γviribus *cod.*

β-6

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 152, f. 184v-185r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Ade Luschi *mg. s.*

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

9 Απριλίου 1411

Ο Nicolino Chimi, γιος του Ιακώβου Chimi από τη Λευκωσία, διορίζεται γραφέας της επισκοπής Πάφου.

Iohannes *etc.* dilecto filio Nicolino, nato Iacobi Chimi civi Nicosiensi, salutem *etc.*

Sincere devotionis affectus, quem ad nos et Romanam geris Ecclesiam, promeretur ut te favoribus et specialibus gratiis prosequamur.

Cum itaque sicut tua ‘nuper’ nobis oblata petitione continebat, officium scriptorie //^{185r} episcopatus seu curie episcopalis Bafensis dudum exerceris et excerceas de presenti illudque desideres obtinere et in eo auctoritate apostolica confirmari, nos, merita tua attendentes et volentes tuis votis annuere, tibi predictum scriptorie officium quoad vixeris exercendi et quomodolibet obtinendi cum salario, emolumentis, honoribus et oneribus eidem officio spectantibus de consuetudine vel de iure eadem auctoritate concedimus tenore presentium facultatem privilegiis statutis et consuetudinibus Bafensis ecclesie iuramento confirmatione apostolica vel quacumque

firmitate alia roboratis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere *etc.* Si quis autem *etc.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quinto Idus Aprilis, anno secundo.

β-7

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχαιακή σειρά: Reg. Lat. 152, f. 103v
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: Ade Luschi *mg. s.*

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

9 Απριλίου 1411

Ο Ιάκωβος Chimi από τη Λευκωσία θα λάβει τη θέση του γραφέα της επισκοπής Λευκωσίας όταν αυτή κενωθεί.

Iohannes *etc.* dilecto filio Iacobo Chimi civi Nicosiensis, salutem *etc.*

Sincere devotionis affectus, quem ad nos et Romanam geris Ecclesiam, promeretur ut te favoribus et gratiis apostolicis prosequamur.

Cum itaque sicut oblata nuper nobis pro parte tua petitio continebat, tu ad officium scriptorie archiepiscopatus ||seu scriptor|| curie archiepiscopalis Nicosiensis auctoritate ordinaria sis expectans, iuxta consuetudinem patrie illius desideresque illud idem officium auctoritate apostolica etiam expectare et cum casus votationis contigerit in officio supradicto illud per nostras apostolicas litteras obtinere, nos, volentes tuis votis annuere, quamprimum locus in dicto officio quomodocumque que vacaverit ad quem vigore expectationis, quam ab ordinario vel aliter obtines [iuridice] possis admitti ut ad illum eundem locum, etiam auctoritate admitti nostra valeas et illud idem officium consequendi et obtinendi cum emolumentis, honoribus et honeribus consuetis, liberam, tibi tenore presentium concedimus facultatem, dummodo per has nostras litteras [venum vis] fortasse potius expectationis huiusmodi habenti preiudicium [generetur] privilegiis, statutis et consuetudinibus Nicosiensis ecclesie iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere *etc.* Si quis *etc.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quinto Idus Aprilis, anno secundo.

β-8

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 159, f. 187v
Έκδοση: Ανέκδοτο

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

11 Απριλίου 1411

Παραχώρηση πλήρους άφεσης αμαρτιών στην ευγενή Μαρία Archiepiscopi από τη Λευκωσία.

Iohannes *etc.* dilecte in Christo filie nobili mulieri Marie Archiepiscopi de civitate Nicosiensis, salutem *etc.* Provenit *etc.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio Idus Aprilis anno secundo.

β-9

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 159, f. 187v
Έκδοση: Ανέκδοτο

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

12 Απριλίου 1411

Παραχώρηση ολικής άφεσης αμαρτιών στη Μαργαρίτα, θυγατέρα του ευγενούς Regnaldi de Milmarsis.

Iohannes *etc.* dilecte in Christo filie Margerite nate dilecti filii nobilis viri Regnaldi de Milmarsis militis Nicosiensis, salutem *etc.* Provenit *etc.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, secundo Idus Aprilis, anno secundo.

β-10

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχαιακή σειρά: Misc., Arm. XII 121A, f. 31v
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: Famagustan. *mg. s.*

<Μπολόνια>

[26 Μαΐου 1411]

Σημείωση για την ανάληψη της επισκοπής Αμμοχώστου από τον Ιωάννη de Montenegro.

Die Iovis 7o Kalendas Iunii, [provit...] ecclesie Famagustane vacanti [pro...] in insula Cipri de persona fratris Iohannis magistri in Theologia ordinis Minorum.

β-11

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχαιακή σειρά: Arm. XII 121A, f. 31v
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: Ateradens. *mg. s.*

Σημείωση για την ανάληψη της επισκοπής Ταρσού από τον Δανιήλ.

<Μπολόνια>

[26 Μαΐου 1411]

Eadem die [providetur] ecclesie Ateradensi in eadem insula de persona fratris Danielis Ordinis Minorum.

β-12

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχαιακή σειρά: Reg. Lat. 151, f. 140v-141v
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: Στο τέλος της εγγραφής: Stephanus XX.X.X.X.X.X. de Prato.

Ο ηγούμενος Αντώνιος της μονής του Chanac της νότιας Γαλλίας εκλέγεται επίσκοπος Λεμεσού, μετά τον θάνατο του Γουλιέλμου.

Iohannes etc. dilecto filio Anthonio electo Nimociensi, salutem etc.

Divina disponente clementia, cuius inscrutabili providentia ordinationem suscipient universa, in Apostolice Sedis specula licet meriti constituti, ad universas orbis ecclesias aciem nostre considerationis extendimus et pro earum statu salubriter dirigendo apostolici favoris auxiliu adhibemus se de illis propensius cogitare nos convenit, quas propiciis carere pastoribus intuemur, ut eis iuxta cor nostrum pastores preficiantur idonei, qui commissos sibi populos per suam circumspectionem providam et providentiam circumspectam salubriter dirigant et informant ac bona ipsorum ecclesiarum non solum gubernent utiliter sed etiam multimodis efferant incrementis.

Dudum siquidem, bone memorie Guillermo episcopo Nimociensi regimini ecclesie Nimociensis presidente, nos, cupientes eidem ecclesie cum vacaret per Apostolice Sedis providentiam utilem et idoneum presidere personam, provisionem ipsius ecclesie ordinationi et dispositioni nostre ea vice duximus specialiter reservandam, decernentes, extunc irritum et inane si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari.

Postmodum vero dicta ecclesia per obitum ipsius Guillermi episcopi, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacante, nos, vacatione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta, ad provisionem ipsius ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit sive potest, reservatione et decreto obsistentibus supradictis, ne ecclesia ipsa longe vacationis exponeretur incommodis, paternis et sollicitis studiis intentendes, post deliberationem quam de preficiendo ecclesie prefate personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te priorem prioratus de Chanarino Ordinis Sancti Benedicti, Viennensis diocesis, in presbiteratus ordine constitutum, cui de religionis zelo, litterarum scientia, vite munditia, honestate morum, spiritualium providentia et temporalium circumspectione aliisque multiplicium virtutum meritis fidedigna testimonia perhibentur direximus oculos nostre mentis. Quibus omnibus attenda

meditationem pensatis, de persona tua nobis et eisdem fratribus de dictorum tuorum exigentiam meritorum accepta eidem ecclesie de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica providemus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administratori ipsius Nimociensis ecclesie, tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie commitendo, in Illo Qui dat gratias et largitur premia confidentes quod, dirigente Domino actus, prefata ecclesia per tue industrie et circumspectionis studium fructuosum regetur utiliter et prospere dirigetur ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Iugum igitur Domini tuis impositum humeris prompta devotione suscipiens, curam et administrationem predictas sic exercere studeas sollicite, fideliter et prudenter quod ipsa ecclesia gubernatori provideo et administratori fructuoso gaudeat //^{141r} se commissam, tuque propter eterne retributionis premium nostram et sedis predictae benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio Kalendas Iunii, anno secundo.

Simili modo dilectis filiis capitulo ecclesie Nimociensis, salutem *etc.* Divina disponente clementia *etc.*

Quocirca discretioni nostre per apostolica scripta mandamus quatinus eidem Anthonio electo tamquam patri et pastori animarum vestrarum humiliter intendentes ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas, eius salubria monita et mandata suscipiatis devote et efficaciter adimplere curetis. Alioquin firmitatem quam idem electus rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

Simili modo dilectis filiis clero, civitatis et diocesis Nimociensis, salutem *etc.* Divina disponente clementia *etc.*

Quocirca discretioni nostre per apostolica scripta mandamus quatinus eiundem Anthoni electum, tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato admittentes honore et exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitas <et> devotas, eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam sine penam quam idem electus rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

Simili modo dilectis filiis populo, civitatis et diocesis Nimociensis, salutem *etc.* Divina disponente clementia *etc.* Quocirca universitatem vestram rogamus et hortamur attente per apostolica scripta mandantes, quatinus eundem Anthonium

electum tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum devota suscipientes ac debita honorificentia prosequentes eius salubribus monitis et mandatis humiliter intendatis, ita quod vobis devotionis filios et vos in eo per consequens patrem invenisse benivolum gaudeatis. Datum *ut supra*.

Simili modo dilectis filiis universis vasallis ecclesie Nimociensis, salutem *etc.* Divina disponente clementia *etc.* Quocirca universitatem vestram per apostolica scripta mandamus quatinus eundem Anthonium electum debito prosequentes honore ac ipsius monitis et mandatis efficaciter intendentes, fidelitatem solitam necnon consueta servitia et iura a vobis sibi debita, exhibere integre studeatis. Alioquin sententiam sive pena idem electus rite tulerit seu statuerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino. Usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

Simili modo venerabili fratri archiepiscopo Nicosiensi, salutem *etc.* Ad cumulum tue cedit *etc.* Cum igitur ut idem electus in commissa sibi predictae ecclesie Nimociensis cura facilius proficere valeat, tuus favor ei noscatur plurimum oportunus, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes quatinus per predictum electum et commissam sibi ecclesiam suffraganeam tuam habens pro nostra et dicte sedis reverentia propensius commendatos //^{141v} in ampliandis et conservandis iuribus suis sit eos tui favoris presidio prosequaris quod ipse electus tuo fultus auxilio in commisso sibi dicte ecclesie Nimociensis regimine se possit utilius exercere tuque divinam misericordiam valeas ex inde uberius promereri. Datum *ut supra*.

Simili modo carissimo in Christo filio Iano regi Cipri illustri, salutem *etc.* Gratie divine premium *etc.* Cum itaque filii carissime, sit virtutis opus Dei ministros benigno favore prosequi ac eos verbo et operibus pro Regis eterni gloria venerari, serenitatem regiam rogamus et hortamur attente quatinus iundem Anthonium electum et prefata Nimociensem ecclesiam sue cure commissa habens pro nostra et Apostolice Sedis reverentia propensius commendatos ipsos benigni favoris auxilio prosequaris, ita quod idem electus tue celsitudinis fultus auxilio in commisso sibi dicte Nimociensem ecclesiam regimine possit Deo propitio prosperari ac tibi exinde a Deo perennis vite promissum et a nobis condigna provenian actis gratiarum. Datum *ut supra*.

β-13

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχαιακή σειρά: Arm. XII 121A, f. 26r
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: Nimociens. *mg. s.*

<Μπολόνια>

30 Μαΐου 1411

Σημείωση σχετικά με τον επίσκοπο της επισκοπής Λεμεσού Αντόνιο de Chanac.

Die Mercurii 30 Maii ||1411|| D. N. [... ecclesie] Nimociensis in insula Cipri [vacanti ... de persona fratris] Antonii prioris de Chanaco ordinis sancti Benedectii.

β-14

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχαιακή σειρά: Reg. Lat. 157, f. 226v
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: F. de Montepolitiano *mg. s.* Στο τέλος της εγγραφής Jo., de mandato, de de Nomays.

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

2 Ιουνίου 1411

Παραχώρηση του δικαιώματος στη βασίλισσα Καρλόττα να επιλέξει η ίδια τον εξομολόγο της, τόσο για την ίδια όσο και για τους απογόνους της και το στενό της περιβάλλον.

Iohannis *etc.* Carissime in Christo filie Charlotte regine Cipri illustri, salutem *etc.*

Sincere devotionis affectus, quem ad nos et Romanam geris Ecclesiam proveretur ut, votis tuis, illis presertium que animarum salutem et spiritum, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus.

Hinc est quod nos tuis supplicationibus inclinati, ut confessor tuis quem duxeris eligendum prolem ex te nascituram et omnes familiares servitores ac domesticos tuos impresentiarum existentes continuos commensales utriusque sexus a peccatis que sibi confitebuntur quotiens fuerit oportunum absolvere et ipsorum confessionibus

diligenter auditis pro commissis eis debitam absolutionem impendere ac pro modo culpe penitentiam salutarem ac alia que de iure fuerint iniungenda iniungere nisi alia fuerint proprie que Sedes Apostolica sit merito consulenda necnon decem personis ex prefatis prole familiaribus, servitoribus et domesticis continuis commensalibus singulis annis per te eligendis omnium peccatorum suorum de quibus corde contriti et ore confessi fuerint semel tantum in mortis articulo plenam remissionem eisdem in sinceritate fidei unitate sancte Romane Ecclesie ac obedientia et devotione nostra vel successorum nostrorum Romanorum pontificum canonicè intrantium persistentibus, concedere auctoritate apostolica valeat serenitati tue, tenore presentium indulgemus, sic tamen quod idem confessor de hiis de quibus fuit alteri satisfactio impendenda, eam sibi per se se supervixerit vel per heredes suos si tunc forte transierit, faciendam iniungat, quam ipsi vel illi facere teneantur – ut prefertur – et ne quod absit ^a propter huiusmodi gratiam reddantur procliviores ad illicita imposterum commitenda. Volumus quod si confidentia remissionis huiusmodi aliqua forte committerent, quoad illa predicta commissio sibi nullatenus suffragetur. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis et voluntatis infringere *etc.* Siquis *etc.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quarto Nonas Iunii, anno secundo.

^a quod *del.* R

β-15

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 157, f. 244v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: F. de Montepolitiano *mg. s.* Στο τέλος της εγγραφής Jo., de mandato, de de Nomays.

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

2 Ιουνίου 1411

Ο επίσκοπος Πάφου κατά την περίοδο μεγάλων και δεσποτικών εορτών στην παρουσία της βασίλισσας Καρλόττας δικαιούται να παραχωρεί άφεση αμαρτιών ενός χρόνου και σαράντα ημερών σε όλους όσοι παρίστανται.

Iohannes *etc.* Carissime in Christo filie Charlotte regine Cipri illustri, salutem *etc.*

Ut erga Sedem apostolicam eo amplius crestat tue devotionis affectus quo eam benigniorem in tuis oportunitatibus te senseris invenisse devotionis tue precibus inclinati, ut in diebus solemnibus dominicis et festivis in tua presentia post missarum solemnna venerabilis frater nostrum Bertrandus episcopus Paphensis aut alius antistes benedictionem etiam solemnem dare et unum annum ac quadraginta dies omnibus ibidem presentibus vere penitentibus et confessis de inIunctis eis penitentiis misericorditer relaxare auctoritate apostolica tenore presentium indulgemus. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere *etc.* Si quis autem *etc.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quarto Nonas Iunii, anno secundo.

Στα φύλλα 191v, 203r, 239v, 257r του Reg. Lat. 159 καταγράφονται συντετμημένα και άλλα προνόμια που παραχωρούνται στη βασίλισσα Καρλόττα (άδεια τέλεσης θείας λειτουργίας πέραν της κανονικής ώρας, σε απαγορευμένη τοποθεσία, κατοχή φορητού Αγίου Βήματος).

β-16

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 157, f. 150r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: F. de Montepolitiano *mg. s.* Στο τέλος της εγγραφής Stephanus, de mandato, de Prato.

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

2 Ιουνίου 1411

Παραχωρείται το δικαίωμα στον επίσκοπο Πάφου να επιτρέψει σε εκατό άτομα που θα επιλέξει η Καρλόττα, να ταξιδέψουν στους Αγίους Τόπους.

Iohannes *etc.* venerabili fratri Bertrando episcopo Paphensi, salutem *etc.*

Personam tuam nobis et apostolice sedi devotam tuis exigentibus meritis benivole prosequentes, illam tibi gratiam libenter impendimus per quam te aliis reddere valeas gratiosum.

Hinc est quod, nos, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, ut cum centum personis clericis et laicis, que zelo devotionis accense sepulcrum Dominicum et alia oratoria Terre Sancte desiderant personaliter visitare, quas carissimi in Christo filia

nostra Carlota regina Cipri illustris duxerit eligendas, ut sepulcrum et alia oratoria predicta, quibuscumque prohibitionibus, constitutionibus et processibus Sedis Apostolice in contrarium factis, habitis seu etiam promulgatis penas et sententias spirituales et temporales continentes, nequaquam obstantibus, ex causa predicta valeant visitare, illaque nichilominus pro huiusmodi visitatione deferre et etiam exhibere sine quibus huiusmodi peregrinationem commode adimplere non possent, dummodo, dummodo ad partes illas nulla alia deferrant et deferri faciant que in profectum vel favorem hostium fidei christiane redundare valeant, licentiam concedere possis fraternitati tue tenore presentium de speciali gratia indulgemus. Nulli ergo *etc.*

Nostre concessionis infringere *etc.* Si quis autem *etc.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quarto Nonas Iunii, anno secundo.

β-17

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Lat. 159, f. 191v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Στο τέλος της εγγραφής: Jo. de mandato De Nomays.

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

2 Ιουνίου 1411

Iohannes *etc.* Carissime in Christo filie [nostre] Charlotte Regine Cipri illustri, salutem *etc.* Devotionis tue *etc.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quarto Nonas Iunii, anno secundo.

β-18

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Lat. 159, f. 203r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

2 Ιουνίου 1411

Iohannes *etc.* Carissime in Christo filie Charlotte regine Cipri illustri, salutem *etc.*
Sincere *etc.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quarto None Iunii anno secundo.

β-19

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 159, f. 239v
Έκδοση: Ανέκδοτο

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

2 Ιουνίου 1411

Iohannes *etc.* Carissime in Christo filie Charlotte regine Cipri illustri, salutem *etc.*
Benigno *etc.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quarto None Iunii anno secundo.

β-20

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 159, f. 257r
Έκδοση: Ανέκδοτο

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

2 Ιουνίου 1411

Iohannes *etc.* Carissime in Christo filie Charlotte regine Cipri illustri, salutem *etc.*
Sincere *etc.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quarto Nonas Iunii anno secundo. Stephanus
de mandato de Prato.

β-21

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Lat. 157, f. 150v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: F. de Montepolitiano *mg. s.* Στο τέλος της εγγραφής Stephanus, de mandato, de Prato.

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

2 Ιουνίου 1411

Παραχωρείται στον επίσκοπο Πάφου Μπερτράνδο το δικαίωμα να προωθήσει 50 άτομα, λαϊκούς και κληρικούς, που έχουν μη νόμιμη γέννηση, σε όλες τις βαθμίδες της ιεροσύνης, καθώς και να τους παραχωρούνται κάθε είδους οικονομικής παροχής.

Iohannes etc. venerabili fratri Bertrando episcopo Paphensi, salutem etc.

Personam tuam nobis et apostolice sedi devotam, tuis exigentibus meritis, paterna benivolentia prosequentes, illa tibi libenter concedimus per que alios favore prosequi valeas gratie specialis. Hinc est quod nos tuis in hac parte supplicationibus inclinati firmitati tue cum quinquaginta personis clericis sive secolaribus partium illarum ex quocunque damnato coitu procuratis dummodo paterne incontinentie non fuerint imitatores, sed bone conversationis et vite ipsique alia merita probitatis suffragentur, ut quilibet ipsorum ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum etiam si curam habeat animarum si eus alius canonice confirmatur recipere et retinere libere et licite valeant defectu predicto ac Pictavensis concilii et quibuscunque aliis consitutionibus apostolicas nequaquam obstantibus auctoritate apostolica dispensandi plenam et liberam tenore presentiu concedimus facultatem.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quarto Nonas Iunii, anno secundo.

β-22

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Lat. 157, f. 75v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Στο τέλος της εγγραφής Stephanus, XII, de Prato.

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

26 Ιουνίου 1411

Ο Αντώνιος εκλέχθηκε επίσκοπος Λεμεσού και ορίζεται να δώσει τον νενομισμένο όρκο. (consecratio)

Iohannes *etc.* dilecto filio Antonio electo Nimociensi, salutem *etc.*

Cum nos pridem ^a ||Nimociensi|| ecclesie tunc pastoris regimine destitute, de persona tua, nobis et fratribus nostris ob tuorum exigentiam meritorum accepta, de fratrum eorundem consilio auctoritate apostolica duxerimus providendum, proficiendo te illi in episcopum et pastorem, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur, nos, ad ea que ad tue commoditatis augmentum cedere valeant favorabiliter intendentes, tuis supplicationibus inclinati, tibi ut quocumque malueris catholico^b antistite gratiam et communionem Apostolice Sedis habente, astitis et in hoc sibi assistentibus duobus vel tribus aliis catholicis episcopis similem gratiam et communionem habentibus, munus consecrationis recipere valeas, ac eidem antistiti ut munus predictum auctoritate nostra libere tibi impendere possit, plenam et liberam concedimus tenore presencium facultatem.

Volumus autem quod idem antistes, qui tibi prefatum munus impendet, postquam illud tibi impe<n>derit, a te nostro et Romane Ecclesie nomine fidelitatis debite solitum recipiat iuramentum iuxta formam quam sub bulla nostra mittimus interclusam, ac formam iuramenti quod te prestare contigerit nobis de verbo ad verbum per tuas patentes litteras tuo sigillo signatas per proprium nuncium quantocius destinare procuret, quodque per hec venerabili fratri nostro archiepiscopo Nicosiensi, cui prefata ecclesia metropolitico iure subesse dinoscitur, nullum imposterum preiudicium generetur.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, sexto Kalendas Iulii, anno secundo.

^a Niciensi *del. R* ^b *e ms*

β-23

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 154, f. 105r-106r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Στο τέλος της εγγραφής: Stephanus, XXII, de Prato.

Ρώμη

29 Ιουνίου 1411

Προσφέρεται κανονικάτο της Λευκωσίας στον εκλεκτό της βασίλισσας Καρλόττας, τον Γουλιέλμο, ο οποίος είχε σπουδάσει στην Μπολόνια κανονικό δίκαιο.

Iohannes *etc.* venerabili fratri episcopo Paphensi, salutem *etc.*

Dignum *etc.* Cum itaque – sicut accepimus – canonicatus et prebenda ecclesie Nicosiensis quos quondam Iohannes de Vasanha ipsius ecclesie canonicus dum viveret obtinebat per eiusdem Iohannis obitum, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacaverint et vacant ad presens, nos, volentes dilectum filium Guillelmum Pignolis, clericum Lodovensis diocesis, apud nos de vite ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multi^{105v}pliciter commendatum, horum intuitu, necnon consideratione dilecte in Christo filie nostre Charlotte, regine Cipri illustris, pro eodem Guillelmo dilecto suo nobis super hoc humiliter supplicantis favore prosequi gratioso, discretioni nostre per apostolica scripta mandamus quatinus si secus diligentem examinationem, eundem Guillelmum, qui Bononie in iure canonico studet ad hoc ydoneum esse reppereris, super quo tuam conscientiam oneramus, canonicatum et prebendam predictos quorum fructus, redditus et proventus illas pro tempore obtinenti et in eadem ecclesiam non residente ultra viginti libras turonensis – ut asseritur – non valent annuatim, si – ut premittitur – vacant et ipse datum presentium non sit in eis alicui specialiter ius quesitum, cum plenitudinem iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinentiis suis, eundem Guillelmo auctoritate nostra conferas et assignes, inducens per te vel alium seu alios eundem Guillelmum, vel procuratorem suum eius nomine, in corporalem possessionem canonicatus et prebende, iuriumque et pertinentiarum predictorum et defendens inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore ac faciens ipsum Guillelmum vel dictum procuratorem pro eo ad dictam prebendam in dicta ecclesia in canonicum recipi et in fratrem, stalli sibi in choro et loco in capitulum ipsius ecclesie cum dicti iuris plenitudine assignatis sibi que de ipsorum canonicatus et prebende, fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi. Contradictores auctoritate nostra *etc.* Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus dicte ecclesie contrariis iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, aut si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in eadem ecclesia in canonicos sint recepti vel, ut recipiantur, insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie speciales vel

aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedi vel legatorum eius litteras impetrarint ut etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus prefatum Guillermmum in assecutione dictorum canonicatus et prebende volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem canonicatum et prebendarum aut beneficiorum //^{106r} aliorum preiudicium generari, seu si venerabili fratri nostro archiepiscopo et dilectis filiis capitulo Nicosiensibus vel quibusuis aliis communiter vel divisim a dicta sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excominucari non possint, quodque de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie aut aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem presentationem seu quamvis aliam disponere coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non faciens plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibus alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non exressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quamlibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Aut si dictus Guillelmus presens non fuerit ad prestandum de observandis statutis et confirmationibus ipsius ecclesie solitum iuramentum, dummodo in absentia sua per procuratorem ydoneum et cum ad ecclesiam ipsam anteferrit corporaliter illud prestet. Nos enim si dictus Gullermus ad hoc repertis fuerit ydoneus – ut prefertur – ex nunc proinde irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, ac si die date presentium eidem Guillermo ad hoc reperto ydoneo de dictis canonicatu et prebenda cum interpositione decreti provideri mandavissemus.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio Kalendas Iulii, anno secundi.

β-24

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 159, f. 172r
Έκδοση: Ανέκδοτο

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

4 Αυγούστου 1411

Στον Ραϋνάλδο de Minutis, από τη Λευκωσία και στη σύζυγό του γίνεται άρση του καλύματος της ομαιοσύνης 4^{ου} και 5^{ου} βαθμού.

Iohannes *etc.* dilecto filio nobili viro Raynaldo de Minnutis militi Nicosiensis et dilecte in Christo filie nobili mulieri eius uxori in presentiarum existenti. Salutem *etc.* provenit *etc.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, secundo None Augusti anno secundo.

β-25

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 159, f. 172r
Έκδοση: Ανέκδοτο

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

4 Αυγούστου 1411

Παραχώρηση πλήρους άφεσης αμαρτιών στην Bella de Lusignan, κόρη του βασιλιά Ιακώβου.

Iohannes *etc.* dilecte in Christo filie nobili mulieri Belle carissimum in Christo filii nostri quondam Iacobi, regis Cipri illustris nate, salutem *etc.* Provenit *etc.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, secundo None Augusti, anno secundo.

β-26

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 157, f. 82r
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: J. De Aretio *mg. s.*

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

4 Αυγούστου 1411

Άρση καλύματος (4ος και 5ος βαθμός εξ αίματος συγγένειας) για την τέλεση γάμου μεταξύ των Νικόλα de Tabaria και Μαργαρίτα de Sulivanis.

Iohannes *etc.* venerabili fratri archiepiscopo Nicosiensi, salutem *etc.*

Oblate nobis pro parte dilecti filii nobilis viri Nicolai de Tabaria militis et dilecte in Christo filie nobilis mulieris Margarite de Sulivanis domicelle Nicosiensis petitiones series continebat, quod ipsi Nicolaus et Margareta ex certis rationabilibus causis desiderant invicem matrimonialiter copulari. Sed quia dicti Nicolaus et Margareta quarto et quinto consanguinitatis gradu invicem sunt coniuncti huiusmodi eorum desiderium adimplere nequerunt dispensatione super hoc apostolica non obtenta. Quare pro parte dictorum Nicolai et Margarete nobis fuit humiliter supplicatum ut super hoc eis de oportune dispensationis gratia providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ex promissis et certis aliis causis nobis expositis huiusmodi supplicationibus inclinati. Fraternitati tue de qua in hiis et aliis specialem in Domino fiducia obtinemus per apostolica scripta commutimus et mandamus quatinus, si est ita dictaque Margarita propter hoc rapta non fuerit, cum eisdem Nicolao et Margareta ut impedimento quod ex consanguinitate huiusmodi provenit non obstante matrimonium invicem contrahere et in eo, postquam contractum fuerint, remanere libere et licite valeant apostolica auctoritate dispenses prolem ex huiusmodi matrimonio suscipiendam legitima nuntiando.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, secundo Nonas Augusti, anno secundo.

β-27

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 151, f. 148v

Έκδοση: *Acta Johannis XXIII*, τ. 2, αρ. 137

Σημειώσεις: Στο τέλος της εγγραφής Jo. XVI.VII.VIII de Nomays

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

27 Αυγούστου 1411

Ο Στέφανος Bulla ονομάζεται αβάς της μονής της Santa Maria de Episcopia. Προηγούμενος ηγούμενος ήταν ο Παύλος.

Iohannes *etc.* dilecto filio Stephano Bulla abbati monasterii Sancte Marie de Episcopia Premonstratensis ordinis Nicosiensis diocesis, salutem *etc.*

Summi dispositione rectoris ad regimen universalis ecclesie deputati curis assiduis angimur et assidua meditatione pulsamur, ut opem et operam quantum nobis ex alto

concedint impendimentus, quod orbis ecclesie et monasteria universa pastoris regibus destituta per nostre providentie ministerium viris committantur ydoneus, qui sciant velint et valeant ecclesias et monasteria ipsa eis commissa studiose regere et feliciter gubernare.

Dudum siquidem, quondam Paulo abbate monasterii Sancte Marie de Episcopia Premonstratensis ordinis Nicosiensis diocesis regimini eiusdem monasterii presidente, nos, cupientes eidem monasterio cum vacaret per apostolice sedis providentiam utilem et ydoneam presidere persona, provisionem eiusdem monasterii ordinationi et dispositioni nostre ea vice duximus specialiter reservandam, decernentes extunc irritum et inane si secus super hiis per quoscumque " quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigeret attemptari.

Postmodum vero, dicto monasterio per obitum ipsius Pauli abbatis, qui extra romanam curiam diem clausit extremus, vacanter, nos, vacatione huiusmodi fidedignis rellatibus intellecta ad provisionem ipsius monasterii celerem et felicem de qua nullus propter, nos hac vice disponere potuerit sive possit reservationem et decreto obsistentibus supradictis, ne monasterium ipsum longe vacationis exponeretur, incomodis paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de preficiendo eidem monasterio personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus vestris habuimus diligentem, demum ad te monachum ipsius monasterii ordinem ipsum expresse professorem et in sacerdotio constitutum, cui de religionis zelo, litterarum scientia, vite munditia, honestate morum, spiritualium providentia et temporalium circumspectione aliisque multiplicium virtutum meritis apud nos fidedigna testimonia perhibentur, direximus oculos nostre mentis. Quibus omnibus debita meditationem pensatis, de persona tua, nobis et eisdem fratribus ob dictorum tuorum exigentiam meritorum accepta, eidem monasterio de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica providemus, teque illi //^{149r} preficimus in abbatem, curam et administrationem ipsius monasterii tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie commitendo, in Illo Qui dat gratias et largitur premia confidentes quod, dirigente Domino actus tuos, prefatum monasterium per tue circumspectionis industriam et studium fructuosum regent utiliter et prospere dirigent, grataque in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Iugum igitur Domini prompta devotionem suscipiens, curam et administrationem predictas sic exercere studeas, fideliter et prudenter quod ipsum monasterium gubernatori provideo et fructuoso administratori gaudeat se commissimum, tuque preter eterne retributionis

premium nostram et dicte sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, sexto Kalendas Septembris, anno secundo.

Simili modo dilectos filiis conventii monasterii Sancte Marie de Episcopia Premonstratensis ordinis Nicosiensis diocesis, salutem *etc.* Summi dispositione *etc.* Quorcirca descretioni vestri per apostolica scripta mandamus quatenus eiundem Stephanum abbatem tanquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato admittentes honorem ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam quam idem abbas rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

Simili modo venerabili fratri archiepiscope Nicosiensi, salutem *etc.* Summum dispositionem *etc.* Cum igitur ut idem Stephanum abbas in comissa sibi predicti monasterii cura facilius perficere valeat tuus favor ei fore noscatur plurimum oportunus. Fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes quatenus eiundem Stephanum abbate et commissum sibi monasterium ordinario iure tibi subiectum, habens pro nostram et dicte sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis iuribus suis sic eos tui favoris presidio prosequaris quod ipse abbas tuo fultus presidio in commisso sibi prefati monasterii regimine se possit utilius exercere, tuque divinam misericordiam atque nostram et dicte sedis ||benivolentiam||^B et gratiam valeas exinde uberius provereri.

Datum *ut supra*.

^a qu *del.* R ^B benedictionem *del.* R

β-28

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 157, f. 164r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Στο τέλος της εγγραφής Stephanus, X, de Prato.

Ο Στέφανος Bulla χρίεται ηγούμενος της μονής του Μπέλλα Πάις (Santa Maria de Episcopia) και δίνει τον νενομισμένο όρκο.

Iohannes *etc.* dilecto filio Stephano Bulla abbati monasterii Sancte Marie de Episcopia Premonstratensis ordinis, Nicosiensis diocesis, salutem *etc.*

Cum nuper monasterio Sancte Marie de Episcopia Premonstratensis ordinis, Nicosiensis diocesis, abbatis regimine de persona tua nobis et fratribus nostris ob tuorum exigentiam meritorum accepta de fratrum ^a ||eorumdem|| consilio duxerimus auctoritate apostolica providendum, preficiendo te illi in abbatem prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur, nos ad ea que ad tue commoditatis augmentum cedere valeant favorabiliter intendentes, tuis supplicationibus inclinati tibi, ut a quocumque malueris catholico antistite gratiam et communionem Apostolice Sedis habente, munus benedictionis recipere valeas, ac eidem antistiti ut munus predictum auctoritate nostra impendere libere tibi posit, plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem, volumus autem quod idem antistes, qui tibi prefatum munus impendet, postquam illud tibi impenderit a te nostro et Romane ecclesie nomine, fidelitatis debite solitum recipiat iuramentum, iuxta formam quam sub bulla nostrum mittimus interclusam ac formam iuramenti quod te prestate contigerit nobis de verbo ad verbum per tuas patentes litteras tuo sigillo signatas per proprium nuntium quam totius destinare procuret, quoque per hoc venerabili fratri nostro archiepiscopo Nicosiensi cui dictum monasterii ordinario iure subesse dinoscitur, nullum imposterum preiudicum generetur.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum Kalendas Septembris, anno secundo.

^a nostrorum *del.* R

β-29

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Vat. 343, f. 176v
Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: F. de Montepolitiano *mg. s.* De Curia *mg. d.* Στο τέλος της εγγραφής: Collata per me P. de Trilhia. Jo. de Nursia.

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

27 Νοεμβρίου 1411

Άδεια μετάβασης (*Littera passus*) στην Ανατολή στον Angelino de Santa Cruce, παπικό απεσταλμένο στην Ανατολή

Iohannes *etc.* dilecto filio nobili viro Angelino de Santa Cruce domicello Barullensis magistro coquine nostre necnon in Regno Cipri ac etiam in civitate, diocesis atque provincia Colocensis, Amoreorum, Chefaludensis et quibuscumque provinciis, civitatibus et diocesis ac locis que in partibus orientalibus per dilectos filios dominia Venetorum ac etiam Ianuensium reguntur et gubernantur communiter vel divisim depositario nostro, salutem *etc.*

De tuis fide diligentia nobilitate [*generis*] *etc.* ut in precedenti usque ac presumit occupare [*nititur*], ut ipsum Angelum intrudat in ipsam urbem in formentium dampnabilis scismatis et ut repullulare faciat ipsum scisma etiam ut in eadem usque et inter ceteris venerabili fratri nostro episcopo Paphensis in Regno Cypri et dilecto filio Ludovico de Nursia Ordinis Minorum professori ac sacre Theologie magistro in civitate, diocesis atque provincia Colocensis, Amoreorum, Cephaludensis et quibuscumque provinciis, civitatibus et diocesis ac locis, que in partibus orientalibus per dilectos filios dominia Venetorum ac etiam Ianuensium reguntur et gubernantur communiter vel divisim duxerimus committendum et nostre [*intentionis*] existat etiam ut in eadem usque predicatoribus verbi crucis alias ordinatis illis in partibus seu earum aliqua et ab omnibus et singulis debitoribus ecclesie et camere apostolice prefatorum ex quavis tam communibus et minutis servitiis dumataxat exceptis petendi, recipiendi, vivendi, ponendi et calculandi. *Contradictores etc.* ut in eadem usque.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum V Kalendas Decembris, anno secundo.

β-30

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Vat. 343, f. 178v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: F. de Montepolitiano *mg. s.* De Curia *mg. d.* Στο τέλος της εγγραφής: Collata per me P. de Trilhia. Jo. de Ugolinis.

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

27 Νοεμβρίου 1411

Iohannes *etc.* dilecto filio Ludovico de Nursia Ordinis Minorum, professori et sacre theologie magistro ac in civitate et diocesis et provincia Colocensis et nonnullis aliis partibus circa predicationem verbi crucis et nonnulla alia illis in partibus exequenda per nos deputato, salutem *etc.*

Cum pro [defentione] urgentissima status nostro et Romanam Ecclesiam, cunctorum matris et magistre fidelium ab oppressionibus gravissimis et intolerabilibus quas iniquitatis filius hostis atque rebelie eiusdem ecclesie manifestus Ladislaus olim Ierusalem ac Sicilie rex terra marique et omnibus hostilitatibus *etc.*, ut in predictem usque inter fideles abiliter administrar Romanorum pontificum predecessore nostrorum *etc.*, ut in eadem usque implorationis subsidii discretioni tue duxerimus [commutendas] *etc.*, ut in eadem usque serio suis denotatur ob id eidem discretioni tue per apostolica scripta *etc.*, ut in eadem usque.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, V Kalendas Decembris, anno secundo.

Iohannes *etc.* venerabili fratri Archiepiscopo Colocensis, salutem *etc.* Ad protegendum statum ecclesie militantis *etc.*, ut [V florenorum VIII] ||XX|| XIII in illa que [diriger] episcopo Paphensi usque quos duxeris deputandos in civitate, diocesis atque provincia Colocensis, Amoreorum, Cefaludensis et quibuscumque provinciis, civitatibus et diocesis ac locis quem que in partibus orientalibus per dilectos filios dominia venetiaram ac etiam Ianuensis reguntur vel gubernatur communiter vel divisum predicationem ipsam presentium auctoritate commitimus exercendam *etc.*, ut in eadem usque.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, V Kalendas Decembris anno secundo.

β-31

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχαική σειρά: Reg. Vat. 343, f. 173r-v
Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: F. de Montepolitiano *mg. s. De Curia mg. d.* Στο τέλος της εγγραφής: R. de Cossel.

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

26 Νοεμβρίου 1411

Ανατίθεται στον επίσκοπο Πάφο η σταυροφορία εναντίον του Λαδισλάου από το Δυρράχιο, βασιλιά της Ιερουσαλήμ, Σικελίας, και του πάπα Γρηγορίου ΙΒ΄. Επίσης, δίνεται η διαταγή για μεταφορά των χρημάτων που έχουν συγκεντρωθεί για τον σκοπό αυτό.

Iohannes *etc.* veberabili fratri episcopo Paphensi, salutem *etc.*

Ad protegendum *etc.* ut supra. [florenorum] VII ||XX|| XII in illa que [dirigur] archiepiscopo Narbonenensi usque Landizlaus de Durachio, qui ausu temerario regem Iherusalem et Sicilie se nominat hostis nepharius *etc.*, ut in eadem usque committitur in [ruinam] repullalare que sed [nutrire] modis omnibus ipsum scisma ac ut recuperare possimus //^{173v} qualiter per ipsum Landislaum et alios hostes nostros ad nos et eandem ecclesia spectantia invasa et occupata et ad hoc, ut cunctis pateant *etc.*, ut in eadem usque malignantium, predicandum et in tanto necessitatis articulo fore subsidia imploranda. Quocirca *etc.* ut in eadem usque quos duxeris deputandos in Regno Cipri predicationem ipsam *etc.* ut in eadem usque sine cordibus et humeris affigeretes ad protectionem dicte urbis recuperationem regni et aliarum partium predictorum *etc.*, ut in eadem usque porro ad huiusmodi salutaris negotii efficaciam plenioram, ut eadem fraternitas tua [tui]que commissarii *etc.*, ut in eadem usque ipsarum que audentibus reverentes tu unum annum ipsi vero commissarii centum dies de iniunctis sibi penitentiis a jure relaxare auctoritate apostolica valeatis ac etiam deputandi *etc.*, ut in eadem usque.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, VI Kalendas Decembris, anno secundo.

β-32

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Vat. 343, f. 174r-175r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: F. de Montepolitiano *mg. s. De Curia mg. d.* Στο τέλος της εγγραφής: Collata per me P. de Trilhia. Jo. de Ugolinis.

Σχετικά με την κήρυξη σταυροφορίας εναντίον του Λαδισλάου της Σικελίας στην Κύπρο.

Iohannes *etc.* venerabili fratri .. episcopo Paphensi in Regno Cipri circa predicationem verbi crucis et nonnulla alia in eodem regno exequenda per nos deputato, salutem *etc.*

Cum pro defensione urgentissima status nostri et Romane Ecclesie, cunctorum matris et magistre fidelium, ab oppressionibus gravissimis et intollerabilibus, quas dignitatis filius hostis acque rebellis eiusdem ecclesie manifestus Ladizlaus olim Ierusalem ac Sicilie rex terra marique et omnibus hostilitatibus cum suis //^{174v} potentia adherentibus atque sequacibus sub obtentu perdicionis alumni Angeli Corario heretici atque scismatici, qui se nominare Gregorium XII ausu sacrilego presumpsit hactenus et presumit, per generale Pisanum concilium suis culpis et demeritis exigentibus ac iusto Dei iudicio sententialiter condempnati, contra unam et eandem sanctam catholicam et apostolicam Ecclesiam nos ac subditos nostros infert et inferre non definit incessanter et potuissime, ut ultra invasa et occupata almam urbem nostram predilectissimam filiam Petrique sedem et in qua divinitas esse voluit ac iecit sue militantis ecclesie fundamenta, sanctorum sanguine rubricata de suis iam pridem ereptam manibus ac tyrannide reoccupet et prefatum Angelum, quem nutrit sibique favet notorie et adheret in augmentum scismatis intrudat in ipsam urbem ac repullulare faciat ipsum scisma in perturbationem pacis et unionis eiusdem ecclesie ac status et honoris prefattorum et tranquillitatis fidelium quorumcumque decrevimus, cum nostre Romane Ecclesie apostoliceque camere ad onera pro resistantia et defensa necnon perferenda non suppetant facultates, regum, principum, prelatorum et omnium fidelium implorare presidia et crucis verbum inter fideles ubilibet ad instantiam Romanorum pontificum predecessorum nostrorum in arduis oportunitatibus ecclesie predicandum ac nuncios nuncios nostros propterea destinandos et nonnullis in partibus commitendum, ut premissa ac dependentia exequantur et inter alios de fidei plenitudine et circumspeditionis industria tuis in Altissimo sumpserimus fiduciam singularem in Regno Cipri executionem predicationis verbi vivifice crucis, impositionis, et implorationis subsidii, fraternitati tue duxerimus committendas prout in aliis nostris litteris desuper confectis plenius continetur et de fidei puritate, diligentia ac experientia in agendis familiari notitia etiam in maximis nostris et

Romane Ecclesie negotiis vigeret comprobatis dilecti filii nobilis viri Angelini de Sancta Cruce domicelli Baruliensis magistri coquine nostre ac scutiferi honoris et antiqui familiaris nostri quamplurimum confidentes huiusmodi rei causa ad ipsum regnum Cipri providerimus destinandum et nostre intentionis exigat ut pecunie, fructus, redditus, et proventus, res, et bona quecumque in prefato regno premissorum vel alicuius eorum occasione vel causa seu dependentium ex premissis aut emergentibus quomodolibet proventura ad manus suas seu deputandorum ab eo et non ad alium seu alios debeant integraliter pervenire et circa ^a hoc eidem concesserimus per alias nostras litteras plenariam facultatem prout in huiusmodi litteris serius denotatur ob id eidem firmitati tue per apostolica scripta presentium tenore committimus et mandamus quatenus prefato Angelino circa administrationem, gestionem et exercitium depositariatus et ^b receptionis huiusmodi pecuniarum atque proventuum in omnibus oportunis et prout requiri contigerit favores tuos et //^{175r} quecumque oportuna presidia ac deputandis ab eo circa premissa studeas efficaciter exhibere, ut hiis mediantibus valeat circa premissa tam utiliter quam efficaciter pro statu et honore huiusmodi ac necessitate publica que oportuna fuerint adimplere ac sibi in hiis que pro parte nostra circa deputationem aliquorum collectorum seu succollectorum ac compulsionem prelatorum et ecclesiasticarum personarum, qui impositum per tuam discretionem subsidium persolvere recusarent necnon arrestationem et sequestrationem personarum etiam et bonorum prout expresserit et circa alia premissa vel eorum aliquod seu deperentia honori nostro et eidem ecclesie consona ac respectantia procedere et adhibere velis credentie plenam fidem.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, VI Kalendas Decembris, anno secundo.

^a eidem *del. R* ^b ex *del. R*

β-33

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Vat. 343, f. 180r-180v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: F. de Montepolitiano *mg. s. De Curia mg. d.* Στο τέλος της εγγραφής: Collata per me P. de Trilhia. Jo. de Nursia.

Ο Angelino de Santa Cruce, αποστολικός νούντσιος στην Ανατολή, πληροφορεί τις εκκλησιαστικές αρχές για τη σταυροφορία εναντίον του Λαδισλάου του Δυρραχίου.

Iohannes *etc.* venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus ceterisque ecclesiarum et monasteriorum necnon domorum et hospitalium Sancti Iohannis Ierosolimitani, Beate Marie Theotonicorum, Calatravensium, Humiliatorum religionum et ordinum quorumcumque exemptorum et non exemptorum prelati, magistris, preceptoribus, capitulis et conventibus ac clero regulari et seculari necnon nobiles viris ducibus, principibus, marchionibus, comitibus, vicecomitibus, baronibus et aliis in potentatibus temporalibus ac universitatibus et magistratibus provinciarum, civitatum, terrarum, castrorum et locorum quorumlibet ac secularibus quibuscumque personis per Regnum Cypri ac etiam per civitatem, diocesim, et provinciam Colocenses, Amoreorum, Cephaludenses et quecumque provincias, civitates et dioceses ac loca que in partibus orientalibus per dilectos filios dominia Venetorum ac etiam Ianuensium reguntur vel gubernantur communiter vel divisim constitutis ad quos presentes littere nostre pervenerint salutem *etc.*

Pro urgentissimis nostris et ecclesie Romane necessitatibus ac pro defensione necessaria nostri status et eiusdem ecclesie et omnium fidelium tam spiritualiter quam temporaliter subditorum, et ne inter cetera nostra predilectissima filia alma urbs Petri apostolorum principis nostraque Sedes et in qua divinitas esse voluit ac iecit sue militantis ecclesie fundamenta per hereticos et scismaticos hostes atque rebelles infestissimos et ^a nefarios eiusdem ecclesie atque nostros et presertim iniquitatis alumnum Ladizlaum de Dirachio olim Ierosolimitanum et Sicilie regem, qui terra marique et omnium hostilitate potenti in fomentum ^b heresie ac scismatis reoccupare nititur⁷ ipsam urbem ut repullulare faciat horrendum scisma et in eandem urbem intrudat perditionis filium Angelum Corario, qui se Gregorium XII nominare ausu sacrilego presumit, hereticum atque scismaticum per generale Pisanum consilium suis culpis et demeritis exigentibus ac justo Dei iudicio sententialiter condemnatum, heresis ac scismatis nutritorem et ab ecclesie unitate precisum in perturbationem unitatis et pacis eiusdem ecclesie ac totius gregis fidelium toto nixu quomodolibet occupetur, et ne valeat alia detestabilia que incessanter patrare nititur cum suis

sequacibus et fautoribus perducere ad effectum ac ut fieri possint resistentia //^{180v}
atque deffensio oportune ad universitatem vestram, de cuius salutari presidio in tante
necessitatis articulo spem sumpsimus atque sumimus in altissimo singularem dilectum
filium nobilem virum Angelinum de Sanctacruce domicellum Barulensem, magistrum
coquine nostre et scutiferum honoris nuntiumque nostrum circa premissa plenarie
informatum destinare providimus, cuius relatibus cum votive ac sperate exauditionis
effectu adhibere placeat credentie plenam fidem.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, V Kalendas Decembris, anno secundo.

^a nup *del.* R ^β scismatis *del.* R ^γ ut *del.* R

β-34

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Vat. 343, f. 181r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: F. de Montepolitiano *mg. s.* Στο δεξιό περιθώριο: *Gratis per mandato domini nostri pape mg. d.* Στο τέλος της εγγραφής: *Collata per me P. de Trilhia. Jo. de Nursia.*

Ρώμη, Άγιος Πέτρος,

27 Νοεμβρίου 1411

Παραχώρηση του δικαίωματος της εκλογής εξομολόγου στη βασίλισσα Ελοΐζια, σύζυγο του Ιανού.

Iohannes etc. Carissime in Christo filie Eloysie regine Cypri illustri, salutem etc.

Provenit ex tue devotionis affectu, quo nos et Romanam Ecclesiam revereris, ut petitiones tuas, illas presertim que anime tue salutem respiciunt, ad exauditionis gratiam admittamus. Hinc est quod nos tuis supplicationibus inclinati ut confessor tuus quem duxeris eligendum omnium peccatorum tuorum de quibus corde contrita et ore confessa fueris semel infra duos annos proxime futuros ac etiam semel in mortis articulo infra et ultra dictos duos annos plenam remissionem tibi in sinceritate fidei unitate sancte Romane Ecclesie ac obedientia et devotione nostris vel successorum nostrorum Romanorum pontificum canonicè intrantium persistentibus auctoritate apostolica concedere valeat devotioni tue tenore presentium indulgemus, sic tamen

quod idem confesor de hiis de quibus fueri alteri satisfactio impendenda eam tibi per te si supervixeris vel per heredes tuos si tunc forte transieris faciendam iniungat quam tu vel illi facere teneamini, ut prefertur. Et ne quod absit propter huiusmodi gratiam reddaris proclivior ad illicita imposterum committenda, volumus quod si ex confidentia remissionis huiusmodi aliqua forte committeres, quo ad illa predicta remissio tibi nullatenus suffragetur. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis et voluntatis infringere *etc.* Si quis *etc.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, V Kalendas Decembris, anno secundo.

β-35

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Vat. 343, f. 181r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: F. de Montepolitiano *mg. s.* Gratis per mandato domini nostri pape *mg. d.*

Στο τέλος της εγγραφής: Collata per me P. de Trilhia. Jo. de Nursia.

Ρώμη

27 Νοεμβρίου 1411

Παραχώρηση του δικαιώματος της εκλογής εξομολόγου στον σύμβουλο του βασιλιά Ιανού, τον Πέρνιο de Iuvenibus.

Iohannes *etc.* dilecto filio nobili viro Pernio de Iuvenibus de Francia carissimi in Christo fili nostri Iani regis Cipri illustris consiliario, salutem *etc.*

Provenit ex tue devotionis affectu quo nos et Romanam Ecclesiam revereris ut petitiones tuas illas presertim que anime tue salutem respiciunt ad exauditionis gratiam admittamus. Hinc est quod nos tuis supplicationibus inclinati ut confessor tuus quem duxeris elegendum omnium peccatorum de quibus corde contritus et ore confessus fueris semel tantum in mortis articulo plenam remissionem *etc.* ut in precedenti usque ad finem, quibus eadem datum.

β-36

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Vat. 343, f. 182r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: F. de Montepolitiano *mg. s. Gratis per mandato domini nostri pape mg. d.*

Στο τέλος της εγγραφής: Collata per me P. de Trilhia. M. de Bossis.

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

27 Νοεμβρίου 1411

Ο Perino de Giuvenibus ονομάζεται scutifer του πάπα Ιωάννη ΚΓ΄.

Iohannes *etc.* dilecto filio nobili viro Perino de Giuvenibus ^a de Francia carissimi in Christo filii nostri Iani regis Cipri illustris consiliario familiari nostro, salutem *etc.*

Dum generis nobilitatem vite ac morum honestatem aliaque virtutum dona, quibus personam tuam fidedignorum testimoniis iuari precepimus necnon sincere devotionis affectus, quem ad nos et Romanam geris Ecclesiam, diligenter attendimus, decens reputamus et congruum ut te generosis preveniamus honoribus et oportunis favoribus prosequamur, ut igitur in effectu percipias quod suggerit nostre mentis affectus, te in nostrum et Apostolice Sedis familiare et scutiferum gratiose recipimus ac aliorum morum et dicte sedis familiarum et scutiferorum consortio favorabiliter aggregamus, intendentes, quod per hoc apostolici favoris presidia plenius sortiaris ac omnibus honoribus, privilegiis, indulgentiis, libertatibus et immunitatibus quibus alii nostri et eiusdem sedis familiares seu scutiferi potiuntur gaudeas seu quomlibet potioris. Sic igitur de bono in melius studiis virtutum intendas, quod merito ad faciendam tibi plenior gratiam invitetur. Nulli ergo *etc.* nostre receptionis et aggregationis infringere *etc.* Si quis *etc.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, V Kalendas Decembris, anno secundo.

Iohannes *etc.*

^a Giuventibus] *ex corr.*

β-37

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Vat. 343, f. 183r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: F. de Montepolitiano *mg. s. Gratis de mandato domini nostri pape mg. d.*
Στο τέλος της εγγραφής: Collata per me P. de Trilhia. M. de Bossis.

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

27 Νοεμβρίου 1411

Ο Ιάκωβος de Margat ονομάζεται παπικός εφημέριος.

Iohannes *etc.* dilecto filio Iacobo de Margato decano ecclesie Nicosiensis capellano nostro, salutem *etc.* Virtutibus clarens *etc.* ut in precedente usque.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, V Kalendas Decembris, anno secundo.

β-38

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαική σειρά: Reg. Vat. 343, f. 183v-184r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: F. de Montepolitiano *mg. s. Gratis de mandato domini nostri pape mg. d.*
Στο τέλος της εγγραφής: Collata per me P. de Trilhia. M. de Bossis.

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

27 Νοεμβρίου 1411

Άδεια παραχώρησης οκτώ εισοδημάτων (*benefici*) στην αρχιεπισκοπή Λευκωσίας και στις επισκοπές Λεμεσού και Πάφου, αν και κατέχουν ήδη θέσεις στα αντίστοιχα καπίτολα.

Iohannes *etc.* venerabili fratri Bertrando episcopo Paphensi, salutem *etc.*

Personam tuam et apostolice Sedi devotam tuis exigentibus meritis paterna benivolentia prosequentes, illa tibi libenter concedimus, per que te aliis possis reddere gratiosum.

Cum itaque – sicut accepimus – in Nicosiensi et Limosiensi necnon tuis Paphensi ecclesiis, civitatibus et diocesisibus nonnulla beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, vacent ad presens ac tanto tempore vacaverunt quod eorum collatio iuxta Lateranensis statuta Concilii est ad sedem predictam legitime devoluta. Nos itaque tuam volentes honorare personam et per honorem tibi exhibitum aliis provideri fraternitati tue hac vice dumtaxat octo ex beneficiis huiusmodi etiam si canonicatus et

prebende aut dignitates personatus vel officia in cathedralibus vel collegiatis ecclesiis fuerint et ad illa consueverint qui per electionem assumi, dummodo dignitates maiores post pontificales in cathedralibus aut principales in collegiatis ecclesiis huiusmodi non existant cuiuscumque etiam annui valoris fuerint singulis personis idoneis quas ad hoc duxeris eligendas etiam si qualibet personarum ipsarum unum vel duo seu tria aut plura aliud vel alia simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficium seu beneficia ecclesiasticum vel ecclesiastica obtineat auctoritate nostra conferendi et de illis etiam providendi inducendi quoque per te vel alium seu alios huiusmodi personas vel ipsorum procuratores earum nominibus in corporalem possessionem beneficiorum iuriumque et pertinentiis predictorum et defendens inductas a motis quibuslibet illicitis detentoribus ab eisdem ac faciendi singulas personas vel procuratores predictos pro eis ad singula beneficia huiusmodi – ut est moris – admitti ipsisque de eorundem beneficiorum, fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventibus universis integre responderi contradictores //^{184r} quoque eadem auctoritate appellatione postposita compescendo, non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus ecclesiasticarum quibus beneficia huiusmodi forsitan fuerint contrariis iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis; aut si aliqua super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi aut aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alia quomodolibet sit processum, quibus omnibus easdem personas in dictorum beneficiorum assecutione volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si Paphensis pro tempore existenti et venerabilibus fratribus nostris, Nicosiensi et Limosieni episcopis ac dilectis filiis dictarum ecclesiarum capitulis vel quibusvis aliis communiter vel divisim a predicta sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de huiusmodi aut aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem, electionem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri huiusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in

nostris litteris mentio specialis; aut si dicte persone presentes non fuerint ad prestanda de observandis statutis et consuetudinibus dictarum ecclesiarum solita iuramenta, dummodo in absentia sua per procuratores idoneus et cum ad ecclesias ipsas accesserit corporaliter illa preferit, plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem.

Volumus autem quod ille ex personis predictis que alia beneficia ecclesiastica incompatibilia cum ipsis que eis contuleris obtinuerint quamprimum huiusmodi beneficiorum incompatibilium cum illia que tunc obtinebat vigore presentium eis collatorum fuerint possessionem pacifica assecute dicta alia beneficia incompatibilia que – ut prefertur – obtinebant et que extunc vacare decrevimus omnino dimittere teneantur, quodque de nominibus et cognominibus personarum ac diebus collationum huiusmodi gentes camere apostolice seu collectorem vel collectores fructuum et proventuum eidem camere debitorum in illis partibus pro tempore deputatum seu deputatos [quam] totius certificare procures, et in supra ex inter irritum decernimus et inane si secus supra hiis a quoque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, V Kalendas decembris, anno secundo.

β-39

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχεακή σειρά: Reg. Vat. 343, f. 195r-v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Collatione *mg. s.* Στο τέλος της εγγραφής: Collata per me P. de Trilhia. M. de Bossis.

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

27 Νοεμβρίου 1411

Ο πάπας δίνει άδεια στον Ιάκωβο de Margato να συντάξει διαθήκη.

Iohannes *etc.* dilecto filio Iacobo de Margato decano ecclesie Nicosiensis, salutem *etc.*

Quia presentis vite conditio statum habet instabilem et ea que visibilem habent essentiam tendunt visibiliter ad non esse, tu hoc salubri meditatione //^{195v} premeditans, diem tue peregrinationis extreme dispositione testamentaria desideras prevenire.

Nos itaque tuis in hac parte supplicationibus inclinati ut de bonis tuis undecunque non per ecclesiam seu ecclesias tibi commissas alias tamen legitime acquisitis, que ad te pertinere omnimode dinoscuntur libere testari valeas, ac de bonis mobilibus ecclesiasticis tue dispositioni commissas que tamen non fuerunt altaris seu altarum ecclesiarum tibi commissarum ministerio seu alicui episcopali earundem ecclesiarum divino cultui seu usui deputata et de quibuscumque bonis mobilibus a te per ecclesiam seu ecclesias licite acquisitis pro decentibus et honestis expensis tui funeris et pro remuneratione illorum qui tibi viventi serviverunt sive sint consanguinei ^a sive alii, iuxta servitii meritum moderate tamen disponere et erogare et alias in pios et licitos usus convertere possis prius tamen de omnibus predictis bonis ere alieno et hiis que pro recuperandis ^b domibus seu edificiis consistentibus in locis ecclesiarum vel beneficiorum tuorum culpa vel negligentia tua seu tuorum procuratorum destructis seu deterioratis necnon restaurandis aliis iuribus earundem ecclesiarum vel beneficiorum deperditorum ex culpa vel negligentia supradictis fuerint oportuna deductis plenam et liberam devotioni tue auctoritate presenium concedimus facultatem.

Volumus autem ut in eorundem ecclesiasticorum dispositione bonorum iuxta quantitatem residui erga ecclesias a quibus eadem percepisti te liberalem exhibeas prout conscientia tibi dictaverit et anime tue saluti videris expedire.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, V Kalendas Decembris, anno secundo.

^a seu *del. R* ^b provinciis *del. R*

β-40

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Vat. 343, f. 173v-174r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: F. de Montepolitiano *mg. s. De Curia mg. d.* Στο τέλος της εγγραφής: G. de Sanctacrucis.

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

27 Νοεμβρίου 1411

Επιστολή προς τους εκπροσώπους του πάπα Ιωάννη ΚΓ' σχετικά με τη σταυροφορία εναντίον του Λαδισλάου της Νάπολης.

Iohannes *etc.* venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis, episcopis et dilectis filiis abbatibus, prioribus, ^a ceterisque ecclesiarum et monasteriorum necnon domorum et hospitalium Sancti Iohannis Ierosolimitanis, Beate Marie Theotonicorum, Calatravensis Humiliatorum religionum et ordinum quorumcumque exemptorum et non exemptorum prelatibus, magistris, preceptoribus, capitulis et conventibus necnon clero regulari et seculari in Regno Cipri constitutis ad quos presentes littere pervenerint salutem *etc.*

Ad protegendum statum ecclesie militantis *etc.* ut sibi florenos VII ||XX|| XV in illa que [dirigur] suffraganeis archiepiscopi Narbonensis usque comitatur in ruinam ipsum que Angelum cum suis sequacibus intrudere in ipsam urbem et repullulare faciat *etc.* ut in eadem usque invasa et occupata et defensionis status huiusmodi modis necessariis insudare et ad hec, ut cunctis pateant gesta nepharia *etc.*, ut in eadem usque providimus per nostros speciales nuntios destinendam et contra ipsum *etc.*, ut in eadem, usque in ^b in [tante] necessitatis articulo venerabili fratri nostro episcopo Paphensi per alias nostras litteras commissionem plenariam faciendam //^{174r} universitati vestre ac vestrum singulis in virtute sancte obedientie indulgentes, quatinus prefato episcopo ac deputandis ab eo *etc.* ut in eadem usque.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, V Kalendas Decembris, anno secundo.

^a prepositis, decanis *del.* R ^b venerabili *del.* R

β-41

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Vat. 343, f. 174r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: F. de Montepolitiano *mg. s.* De Curia *mg. d.* Στο τέλος της εγγραφής: Franciscus.

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

27 Νοεμβρίου 1411

Επιστολή προς τους εκπροσώπους του πάπα Ιωάννη ΚΓ΄ σχετικά με τη σταυροφορία εναντίον του Λαδισλάου της Νάπολης.

Iohannes *etc.* dilectis filiis nobiles viris ducibus, principibus, marchionibus, comitibus, vicecomitibus et aliis in potentatibus temporalibus necnon universitatibus, magistratibus provinciarum, civicum, terrarum, castrorum et locorum quorumlibet ac singularibus quibuscumque personis per Regnum Cipri constitutis ad quos presentes litteres nostre pervenerint salutem *etc.*

Ad protegendum *etc.* ut in precedenti usque suis culpis et demeritis exigentibus prolatam pridem nobilitati vestre providimus pro latorem presentium destinandam et contra ipsum *etc.* ut in eadem usque commissionem plenariam faciendam, cui seu deputandis ab eo eadem nostra nobilitas in cunctis oportunitatibus ministerium huiusmodi [contenientibus] et fidem credentie in explicandis et oportuna sperataque presidia placeat filialiter et devote iuxta nobilitatis vestre morem exhibere, ut sequi possit salutaris et oportuna defensio ac [repressio] malignitatem et perfidorum votivaque occupatorum recuperatione in premissis prout cupimus et speramus vestre nobilitati ultra [indeficientis] ac [semp...] vite et remissionum premia perpetuam gloriam relatura.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, V Kalendas Decembris, anno secundo.

β-42

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Vat. 343, ff. 175r-176v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: F. de Montepolitiano *mg. s.* De Curia *mg. d.* Στο τέλος της εγγραφής: Collata per me P. de Trilhia. Jo de Nursia.

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

27 Νοεμβρίου 1411

Ο παπικός απεσταλμένος στην Ανατολή Angelino de Santa Cruce κηρύσσει τη Σταυροφορία που έχει κηρύξει ο Ιωάννης ΚΓ΄ εναντίον του Λαδισλάου της Νάπολης.

Iohannes *etc.* dilecto filio nobili viro Angelino de Sancta Cruce domicello Barulensis magistro coquine nostre necnon in Regno Cipri in civitate, diocesis atque provincia Colocensis, Amoreorum, Cefaludensis et quibuscumque provinciis, civitabus et diocesis ac locis, que in partibus orientalibus per dilectos filios dominia Venetorum ac etiam Ianuensis reguntur et gubernantur communiter vel divisim depositario nostro, salutem *etc.*

De tuis fide diligentia nobilitate generis prudentia ac gerendarum rerum experientia familiari notitia per longa iam tempora nobis notis sumentes in dominio fiduciam singularem quod illa, que eidem tue diligentie, committenda duxerimus exequeris fideliter et prudenter et nuper pro [deferente] status Sancte Matris Ecclesie et pro urgentissimis necessitatibus eiusdem ecclesie et apostolice camere et maxime ut nostram filiam predilecta almam urbem [quam] inquitatis filius Ladizlaus de Dirachis olim Ierusalem et Sicilie rex sub obtentu perditionis alumni Angeli Corrariorum heretici atque scismatici, per generale Pisanum concilium, suis culpis et demeritis exigentibus ac iusto Dei iudicio, sententialiter condemnati, qui se Gregorium XII nominare ausu temerario damnabiliter presumebat ac presumit nititur occupare, ut in eandem urbem ||mandat|| ipsum Angelum in fomentum detestabilis scismatis //^{175v} et, ut repullulare, faciat ipsum scisma in perturbationem unionis et pacis eiusdem ecclesie et in exterminium bonorum et iurium ipsius defensare possemus et ex certis aliis urgentissimis causis ad universa regna et mundi partes nobis et ecclesie romane devota ad instantiam felicitatis recordationis summorum pontificum predecessorum nostrorum in maximis oportunitatibus eiusdem ecclesie ad imploranda presidia undequaue et ad predicationem verbi vivifice crucis nonnullos nuntios nostros providerimus destinandos et quibusdem in partibus committendum, ut premissa, et alia deperdentia iuxta traditam eis ab altissima prudentia exequantur et inter ceteris venerabilibus fratribus nostris archiepiscopo Colocensis in civitate, diocesis atque provincia Colocensis, Amoreorum, Cefaludensis et quibuscumque provinciis civitabus et diocesis ac locis, que in partibus orientalibus per dilectos filios dominia venetorum ac etiam Ianuensis reguntur et gubernantur communiter vel divisim et in episcopo Paphensi in regno Cipri duxerimus committendum et nostre intentionis <lacuna> ||ac|| ^a ad hoc, ut possimus, huiusmodi oportunitatibus <etiam> prefatto quod salubriter providere, ut tua diligentia [pertinentie] iura, fructus, redditus et proventus res ac bona [qualibet] penes quoscumque [...] que ex predicatione verbi crucis necnon subsidiis et aliis quibuscumque terris in regno, provinciis et partibus

supradictis quovismodo provenient per te vel alios fide ac facultatibus ydoneos, quos duxeris deputamus exigantur et recipiantur id circo te, qui etiam scutifer honoris et antiquus [fautoris] noster existis in regno Cipri, in civitate, diocesis atque provincia Colocensis, Amoreorum, Cefaludensis et quibuscumque provinciis, civitabus et diocesis ac locis, qui in partibus orientalibus per dilectos filios dominia Venetorum ac etiam Ianuensis reguntur et gubernantur communiter vel divisim [depositarium] nostrum necnon receptionem et collectorem huiusmodi [pecuniarum], fructuum, reddituum, proventuum rerum ac bonorum quorumlibet tam ex predicationem subsidiis, [quod] aliis obventibus supradictis provenientium, tenore presentium facimus, constituimus et etiam [deputamus] tibi que pro te vel alios, ut prefatur, pro nobis Romanam Ecclesiam et apostolica camera a quibuscumque regibus, regnis prelatibus, principibus, dominis in quibuscumque tam spiritualibus ecclesiasticis quam secularibus et mundavis potentatibus seu [dignitatibus] constitutis universitatibus et cleris ac singularibus quibuscumque //^{176r} personis cuiuscumque status, gradus, [litteratus], sexus aut conditionis fuerint pro defentione et resistentia predictis auctore Domino faciendis et confusione hereticorum et scismaticorum ac rebellium huiusmodi et ad hereticum et fautorum eorumdem pro nobis ecclesia et [...] prefatis in tantis [imminentibus] oportunitatibus auxilia et subsidia caritativa ac [subventiones] [manus] petendi et implorandi ac [pecunias], fructus, redditus et proventus quomodolibet et pro quoscumque debitos et occasione quacumque levandi, exigenti et recipiendi ac solventes de receptis quittandi, liberandi et absolvendi rationes et [computa] a collectoribus et succollectoribus, quos circa promissa duxeris deputandos et aliis ||et|| quibusuis etiam collectoribus seu succollectoribus iurium, fructum et proventuum in Regno, provinciis et partibus supradictis prefate camere a quibusuis debitis hactenus deputatis et auctoritate quocumque necnon inquisitoribus heretice pravitatis predicatoribus verbi crucis alias ordinatis seu earum aliqua et ab omnibus et singulis debitoribus ecclesie et camere prefatorum ex quavis [tamen communibus] et [minutis] servitiis dumtaxat exceptis petendi, vivendi, ponendi <etiam> calculandi et recipiendi contradictores quosmodolibet et rebelles per districtionem temporalem qua convenit et alia iuris remedia ac pro invocationem brachii secularis personarum rerum, bonorum fructuum et pecuniarum sequestrationem et arrestationem remoto [appellationis] obstaculo totiens quotiens opus esse prospexeris constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium dispositionibus nequaquam obstantibus compellendi et alia quecumque in predictis et circa ea gerendi, faciendi et exercendi, que pro statu

et honore nostro et prefate ecclesie atque camere ac prosecutione negotiorum huiusmodi utilia vel oportuna cognoveris plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem ratum et gratum habituri quicquid pro te factum fuerit in premissis.

Volumus autem quod pecunias, res, bona, fructus, redditus et proventus huiusmodi, que ad manus tuas seu deputam donis a te provenerunt quovismodo pro litteras cambii vel alud tutum modum ad nos et cameram prefatam sive tarditate aliqua transmittere non postponas quodque ultra unum collectorem seu succollectorem in aliqua civitate ed diocesis non deputes ullomodo ne multitudo //^{176v} incomoda pariat vel [catturam]. Tu igitur iuxta traditam tibi ab altissimo prudentiam sit, prout de tua fidelitate confidimus et industria singulari circa premissa studia tue diligentie [...] extendere, ut [sperati] exinde fructus proveniant ultra quid nostram et Apostolice Sedis benedictionem et gratiam a largitore superiorum munerum per remissionem peccaminum indulgentiam ac premia consequaris.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, V Kalendas Decembris, anno secundo.

^a quod *del.* R

β-43

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαική σειρά: Reg. Vat. 343, f. 179v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: F. de Montepolitiano *mg. s. De Curia mg. d.* Στο τέλος της εγγραφής: Clemens.

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

27 Νοεμβρίου 1411

Ο παπικός απεσταλμένος στην Ανατολή Angelino de Santa Cruce κηρύσσει τη σταυροφορία που έχει κηρύξει ο Ιωάννης ΚΓ΄ εναντίον του Λαδισλάου της Νάπολης.

//^{179v} Iohannes *etc.* venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus ceterisque ecclesiarum et monasteriorum necnon domorum et hospitalium Sancti Iohannis Ierosolimitanus, Beate Marie

Theotonicorum, Calatrensis Humiliatorum religionum et ordinum quorumcumque exemptorum et non exemptorum prelati, magistris, preceptoribus, capitulis et conventibus necnon clero regulari et seculari in civitate, diocesis atque provincia Colocensis, Amoreorum, Cefaludensis et quibuscumque provinciis, civitatibus et diocesis ac locis, que in partibus orientalibus per dilectos filios dominia venetorum ac etiam Ianuensi [requeretur] et gubernantur communiter vel divisim constitutis ad quos presentes littere pervenerunt salutem *etc.*

Ad protegendum *etc.* ut [v] soldi VIII XX XIII in illa que [dirigere] patriarchis, archiepiscopis et episcopis necnon clero regulari et seculari in Regno Cipri constitutis usque in tante necessitatis articulo venerabili fratri nostro archiepiscopo Colocensis per alias nostras litteras *etc.* ut in eadem usque in virtute sancte obedientie iniungentes, quatinus prefato archiepiscopo ac deputandis ab eo *etc.* ut in eadem usque.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum V. Kalendas Decembris, anno secundo.

β-44

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Vat. 343, f. 182r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: F. de Montepolitiano *mg. s.* Gratis per mandato domini nostri pape *mg. d.*

Στο τέλος της εγγραφής: Collata per me P. de Trilhia. M. de Bossis.

Ρώμη

27 Νοεμβρίου 1411

Παραχώρηση προνομίων στον Marco de Crispis.

Iohannes *etc.* dilecto filio nobili viro Marco de Crispis domicello Nicosiensis diocesis, familiari nostro, salutem *etc.* Dum generis nobilitatem *etc.* ut in precedenti usque.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, V Kalendas Decembris, anno secundo.

β-45

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Vat. 343, f. 182v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: F. de Montepolitiano *mg. s. Gratis de mandato domini nostri pape mg. d.*

Στο τέλος της εγγραφής: Collata per me P. de Trilhia. M. de Bossis.

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

27 Νοεμβρίου 1411

Ο κανονικός της Λευκωσίας Luce de Iardinis ορίζεται παπικός εφημέριος.

Iohannes *etc.* dilecto filio Luce de Iardinis canonico ecclesie Nicosiensis capellano nostro, salutem *etc.*

Virtutibus clarens et meritis, sicut fame laudabilis testimonio commendaris, illam in nostro et Apostolice Sedis conspectu gratiam meruisti quod personam tuam paterna benivolentia prosequimur et eam libenter attolimus honoris gratia specialis.

Ut igitur in effectu percipias quod suggerit nostre mentis affectus te in nostrum et dicte sedis capellanorum consortio favorabiliter aggregamus, tibi nichilominus concedentes quod indulgentiis, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus et privilegiis per felicis recordationis Iohannem XXII et Clementem VI Romani pontifices predecessores nostros capellanis prefate sedis concessis [ut] et gudere libere et licite valeas pre memorie Innocentii VI, Urbani V et Gregorii XI Romanorum pontificum etiam predecessorum nostrorum restrictionibus super indulgentiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus et privilegiis supradictis et aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque intendentes quod per hoc favoris apostolici presidia plenius sortiaris. Sic igitur de bono in melius studiis virtutum intendas quod merito ad faciendum tibi plenorem gratiam inuitemur. Nulli ergo etc nostre receptionis aggregationis et concessionis infringere *etc.* Si quis *etc.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, V Kalendas Decembris, anno secundo.

β-46

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Vat. 343, f. 189r-v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Job *mg. s.* Gratis de mandato domini nostri pape *mg. d.* Στο τέλος της εγγραφής: Collata per me P. de Trilhia. M. de Bossis.

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

27 Νοεμβρίου 1411

Ο Ιανός, βασιλιάς της Κύπρου, αιτείται την απελευθέρωση των σκλάβων Θεοδώρας de Faradena, σύζυγο Κοσμά Γονέμη από τη Λευκωσία και της κόρης τους Civa.

Iohannes *etc.* venerabili fratri archiepiscopo Colocensis, salutem *etc.*

Sincere devotionis affectus, quem dilecte in Christo filie Theodora de Faradena dilecte filii Cosmatis Gonemis, civis Nicosiensis, uxor et Civa eorum filia ad nos et Romanam gerunt Ecclesiam, non indigne meretur ut ipsarum petitionibus, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus.

Exhibita siquidem nobis, pro parte [dictarum] Theodore et Cive petitio continebat, quod dilectis filiis //^{189v} magistro et fratribus hospitalis sancti Iohannis Ierosolimitani iugo servitutis sunt astrictae desiderant ab huiusmodi servitutis iugo etiam pro earum successoribus et heredibus perpetuo liberari, nos, cupientes quod huiusmodi devotio ad nos et eandem ecclesiam ferventius vigeat et augeatur ac volentes easdem Theodoram et Civam favoribus prosequi generosis pro quibus etiam carissimus in Christo filius noster Ianus, rex Cipri illustris, nobis super hac humiliter supplicavit huiusmodi et ipsarum in hac parte supplicationibus inclinati fraternitati tue, per apostolica scripta mandamus quatinus vocatis dictis magistro et fratribus et aliis, qui ^a fuerint evocandi eas etiam pro predictis successoribus et heredibus ab huiusmodi servitutis iugo auctoritate nostra [absolvas et manumittas] constitutionibus apostolicis necnon statutis et consuetudinibus ac stabilimentis hospitalis predicti iuramento confirmatione quacumque firmitate alia roboratis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum V Kalendas decembris pontificatus nostri anno secundo.

^a seu *del. R*

β-47

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Vat. 343, f. 189v-190r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: De Ca. Job *mg. s. Gratis de mandato domini nostri pape mg. d.* Στο τέλος της εγγραφής: Collata per me P. de Trilhia. M. de Bossis.

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

27 Νοεμβρίου 1411

Ο Ιανός, βασιλιάς της Κύπρου, αιτείται την απελευθέρωση των σκλάβων Γεωργίου Scardini και της συζύγου του Αγγελίνας.

Iohannes *etc.* venerabili fratri archiepiscopo Colocensis, salutem *etc.*

Sincere devotionis affectus, quem dilectus filius Georgius Scardinis laicus et dilecta in Christo filia Angelina eius uxor Colocensis ad nos et Romanam gerunt Ecclesiam, non indigne meretur ut ipsorum petitionibus, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus.

Exhibita siquidem nobis nuper, pro parte dictorum laici et mulieris petitione continebat, quod ipsi qui dilectis filiis magistro et fratribus hospitales " Sancti Iohannis Ierosolimitanus iugo servitutis astricti desiderant ab huiusmodi servitutis iugo etiam pro eorum successoribus et heredibus perpetuo liberari, nos, cupientes quod huiusmodi devotio ad nos et eandem ecclesiam [ferventius] vigeat et augetur ac volentes eosdem laicum et mulierem favoribus prosequi gratiosis pro quibus etiam carissimus in Christo filius noster Ianus Rex Cipri illustris nobis super humiliter supplicavit huiusmodi et ipsorum in hac parte supplicationibus inclinati fraternitati tue, per apostolica scripta mandamus quatenus votatis dictis magistro et fratribus et aliis qui fuerunt evocandi eos est pro predictorum successoribus et heredibus ab huiusmodi provitatis iugo auctoritate nostra [absolvas et manumittas] constitutionibus //^{190r} apostolicis necnon statutis et consuetudinibus ac stabilimentorum hospitali predicti iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis et aliis gratiis non obstantibus quibuscumque.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, V Kalendas decembris pontificatus nostri anno secundo.

"Ierosolimitanus *del. R*

β-48

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Vat. 343, f. 195v-198r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: F. de Montepolitiano *mg. s.* De Curia *mg. d.*

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

1 Ιανουαρίου 1412

Ο Ιωάννης ΚΓ΄ ζητάει από τον επίσκοπο Πάφου, ως παπικό εισπράκτορα, να συλλέξει τα παπικά έσοδα προκειμένου να χρησιμοποιηθούν εναντίον του Λαδισλάου του Δυρραχίου, βασιλέα της Σικελίας.

Iohannes *etc.* venerabili fratri Bertrando episcopo Paphensi fructuum, reddituum et proventuum ac iurium camere apostolice in regno Cypri et insula Rhodi debitorum pro nobis et Romana Ecclesia collectori, salutem *etc.*

Novit ille scrutator almus cordium quod summis doloribus anguimur pungentesque et amari stimuli nos infestant res modernis pestilentibusque, temporibus que sceleribus, iniquitatibus, pressuris et violentiis data sunt huc esse deductas ut subdictos et filios nostros quos ab oneribus relevare et quorum utilitates et commoda ^a procurare //^{196r} undecumque possemus pro nostre imbecillitatis modulo precipuis desideriiis optaremus. Nos oporteat de necessitate gravare verumtamen dum nobiscum attenta meditatione pensamus quod sicut filiis et subdittis nostris in omnem casum et eventum cordis affectione consulimus et libenter oportunis auxiliis atque favoribus assistimus ita illi ut indubie credimus nobis et Romane Ecclesie in ardius necessitatibus non modo libenter sed etiam ardentem imperident ac extendet eorum subsidia atque dexteras liberales. Cum igitur sicut oculi omnium fidelium quod cum amaretudine recensemur luce clarius intuentur regnum Sicilie et terra citra Farum, que iuris et proprietatis prefate ecclesie dinoscuntur existere ac nonnulla alia civitates, terre et loca ad nos et eandem ecclesiam spectantia, passim invasa et occupata et tyrannica malignitate detenta cum subdictis fuerint et existant ac guerrarum angustiis lacerantur et in animarum corporum ac substantiarum periculum et inestimabile dispendium plurimorum et nonnulli a grege dominico devii ad nostrum et prefate ecclesie gremium reducendi ut desiderabilis unionis integritas in prefata Dei ecclesia

divina super illustrante clementia subsequantur ac intensis exoptantes affectibus circa premissorum incommodorum extirpationem posse salubriter providere et attendens postquam divina clementia nos ad apicem summi apostolatus vehexit apostolicam cameram ob pestiferum ac diuturnum scisma nutritum dudum per heresiarchas et contententes damnabiliter de papatu guerrorum que turbines necnon conductas armigerarum gentium in numero copioso exhausta fuisse et esse substantiis et ad perferenda onera maxime productu et prosecutione ingentis guerre contra potentiam et dampnabilem audaciam ac presumptionem perfidam Ladislai de Durachio olim regem Sicilie et hostis et rebellis ecclesie manifesti suorum que sequatium et fautorum et circa alia paragenda pro defensione status et honoris nostri et ecclesia supradicte et votiva executione omnium predictorum nulla ratione sufficere nisi aliorum suffragiis adiuvetur.

Hinc est quod nos premissorum intuitu felicitatis recordationis Urbani V, Gregorii XII, Alexandri ac nonnullorum aliorum predecessorum nostrorum Romani pontificii predecessorum nostrorum vestigiis inherentes ac de venerabilem fratrum nostrorum prefate ecclesie cardinalium consilio decimam omnium fructum reddituum et proventuum ecclesiasticorum in regno Cipri et insula Rodi et quibuslibet provinciis, civitatibus et diocesis in dictis partibus consistentibus per unum annum a data presentium //^{196v} computandum in subscriptis terminis ab omnibus et singulis venerabilis fratribus nostris patriarchis, archiepiscopis, episcopis, administrationibus, et electis abbatibus archidiaconis, ceterisque prelatibus et personis ecclesiasticis secularibus et regularibus exemptis et non exemptis huiusmodi fructus, redditus et proventus in predictis regno, ^B insula, provinciis, civitatibus et diocesis et partibus supradictis cuiuscumque preminentie dignitatis status gradus, religionis ordinis vel conditionis existant, quibus aut eorum alicui nulla privilegia aut indulgentias sub quacumque verborum forma vel expressione concessa, quo ad hoc volumus suffragare preterquam venerabilibus fratribus nostris sancte Romane Ecclesie cardinalibus huiusmodi fructus, redditus et proventus in predictis civitatibus, territoriis ac partibus [obtinentibus], qui nobiscum assidue indefessis laboribus onera universalis ecclesie [partuntur] necnon venerabile fratri nostro Francisco archiepiscopo Narbonensis, camerario nostro et dilecti filii hospitaleri Sancti Iohannis Ierosolimitano et beate Marie Teutonicorum magistris, prioribus, preceptoribus et fratribus qui contra hostes christiane fidei negiter exponunt se et sua quosquidem camerarium, magistris, priores, preceptores et fratres a prestatione huiusmodi [decime] exemptos esse

volumus e immunes solvendam levandam exigendam et per te vel alium seu alios per te deputandam vel deputandos clericos dumtaxat fide et facultatibus ydoneos colligendam et per ipsos patriarchas, archiepiscopos, episcopos electos, abbates, archimandritas prelatos et personas alias ecclesiasticas persolvendam ac in relevationem dictorum onerum commitendam auctoritate apostolica [imponimus] per presentis, ita quod ab patriarchis, archiepiscopis, episcopis administratoribus electis abbatibus, archimandritis et prelati ac personis predictis in eisdem civitatibus territoriis ac partibus fructus, redditus et proventus huiusmodi habentibus et infra dictum annum habentur preterque a cardinalibus camerario magistris prioribus preceptoribus et fratribus prefatis de ipsis dumtaxat fructibus, redditibus atque proventibus colligatur et etiam exigatur sive iniuria et oppressione quacumque, quodque ad fructus, redditus et proventus extra civitates, territoria ac partes predicta existentes compulsionis officium nullatenus excendatur, primum enim terminum solutionis ⁷ medietatis decime ipsius anni Assumptionis de mense Augusti. Secundum vero terminum solutionis alterius medietatis, ipsius decime eisdem anni purificationis festa Beate Marie de mense Februarii //^{197r} proxime secutura esse volumus et statuimus. Denique volumus quod huiusmodi decime exactio fiat secundum taxationes decime in predictis regno, insula, civitatibus, diocesis et partibus auctoritate apostolica factas et ubi nulla certa taxatio fuerit secundum morem et consuetudinem in [solutione] huiusmodi decime hactenus observatos et sine aliquo alio onere illorum a quibus huiusmodi decima exigetur et ne de moneta de qua fiet et fieri et debet solutio dicte decime valeat hesitari intenturque gravamina que propter hoc viri ecclesiastici sunt perpassi, volumus quod per te et deputandos predictos ipsam decima ad monetam in prefatis regno, insula, provinciis, civitatibus, diocesis, et partibus communiter currentem levetur et etiam exigatur et tibi seu eisdem deputandis iuxta constitutionem super hoc editam in concilio Viennensi presolvatur, ita quod pretextu alicuius cambii debitores et solutores dicte decime non graventur nec aliqui alii ad solutionem huiusmodi decime extra civitates et diocesis earundem in quibus fructus, redditus et proventus huiusmodi consistunt faciendam vel ad monetam aliquam extra suas civitates et diocesis defendam aliquatenus compellantur, quodque cura hoc ordinationem dicti Viennensis concilii calices, libri et alia ornamenta ecclesiasticis divinis officiis deputata ex causa pignoris vel alias occasione dicte exactionis nullatenus capiantur recipiantur, distrahantur vel etiam occupentur.

Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus decimam huiusmodi a prefatis patriarchis, archiepiscopis, episcopis, administratoribus, abbatibus, archimandritis, ceterisque prelatis et personis ecclesiasticis de ipsorum ecclesiasticis fructibus, redditibus et proventibus quos infra regnum, insulam, provinciam, civitates et diocesis predictam obtinent et infra dictum annum obtinebunt preterquam a cardinalibus camerario magistris prioribus et preceptoribus ac fratribus supra dictis per te vel alium seu alios clericos dumtaxat fide et facultatibus ydoneos petere, exigere ac recolligere studeas diligenter. Nos enim tibi et dictus per te deputandis prefatos patriarchas, archiepiscopos, episcopos, administratores, electos, abbates, ^δ archimandritas, prelatos ecclesias que personas predicta huiusmodi fructus, redditus et proventus infra easdem regnum, insulam, provincias, //^{197v} civitates et diocesis prefata obtinentes cardinalibus cameratio magistris, prioribus, preceptoribus et fratribus supradictis dumtaxat exceptis ad solvendum tibi vel procuratore deputandis dictam decimam in [eisdem] terminus prout est expressum auctoritate nostra censuram ecclesiasticam ac etiam per seustrationem ipsorum fructuum, reddituum, atque proventuum personarum arrestationem in eisdem regnom insula, civitatibus et dicte [consistentium] si expediens fuerit et alia iuris remedia appellatione cessante cogendi, compellendi, ac invocandi etiam si opus fuerit auxilium brachii secularis. Non obstantibus constitutionibus apostolicis et aliis contrariis quibuscumque. Seu si eisdem patriarchis, archiepiscopis, episcopis, administratoribus electis abbatibus, archimandritis, prelatis et quibusuis aliis communiter vel divisim a Sede apostolica sit indultum, quodque ad solutionem huiusmodi decime minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdicti, suspendi vel excommunicari aut extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint per litteras apostolicas, que de indulto huiusmodi et toto eius tenore ac de verbo ad verbum et propriis ipsorum ordinum, locorum et personarum nominibus et cognominibus plenam et expressam non fecerunt mentionem et quibuscumque aliis privilegiis, indulgentiis exemptionibus [etiam] corpore iuris clausis et litteris apostolicis quibusuis dignitatibus seu ordinibus et specialiter sanctorum Benedicti et Augustini Cluniacensis, Cisterciensis, Premostratensis, Cartusiensis, Camaldulensis et humiliatorum et ipsorum universitatibus generaliter vel specialiter sub quacumque forma seu conceptione verborum a memorata sede concessis de quibus quorumque totis tenoribus ac de verbo ad verbum in nostris litteris specialis et expressa mentio sit habenda et quibuscumque aliis clausolis derogatoriis, quas hic haberi volumus pro

sufficienter ac de verbo ad verbum expressis et specificatis. Ad huc volumus et tibi ac pro te deputandis eadem auctoritate concedimus, ut illos //^{198r} de Regno, insula, provinciis, civitatibus et diocesis predictis, quos ex defectu non facte solutionis huiusmodi excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias incurrere contingeret ab eisdem post satisfactionem debitam factam prius fide tibi de satisfactione huiusmodi absolvere et cum eis super irregularitate si qua forent sint ligati, non tamen in contemptum clavium celebrando divina vel immiscendo se illis contraxerint dispensare etiam valeas ac valeant in contrarium facientibus. Non obstantibus quibuscumque etiam quod pecunias ex huiusmodi decima per te et tuos deputandos exigendas ad cameram apostolicam per litteras cambii aut alium tutum modum ipsis receptis [mittere] et quod infra semestre a fine dicti anni computandum de receptis, levatis, solutis et assignatis [aliaque] gestis et administratis circa contenta in presentibus litteris rationem et compitum limam] reddere et rationis reliqua prestare non postponas et insuper volumus, quod super premissis et alias debite fidelitatis in manibus venerabilis fratris nostri episcopi Lemosiensi in forma solita prestes iuramentum.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, Kalendas Ianuarii, pontificatus nostri anno secundo.

^a undecumque *del.* R ^β civi *del.* R ^γ ipsius *del.* R ^δ arcid *del.* R

β-49

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Vat. 344, f. 117r-v

Έκδοση: Μερικώς εκδεδομένο *Acta Johannis XXIII*, τ. 2, αρ. 147

Σημειώσεις: A. de Luschi *mg. s. XXX mg. d.* Στο τέλος της εγγραφής: *Collata per me P. de Trilhia. L. Therunda.*

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

21 Μαΐου 1412

Εξαιτίας δυσμενών συνθηκών που επικρατούν στην περιοχή της επισκοπής Αμμοχώστου ο επίσκοπος λαμβάνει την άδεια να μην καταβάλει τις συνήθειες υποχρεώσεις του.

Iohannes *etc.* dilecto filio Iohanni electo Famagostano, salutem *etc.*

Sedis apostolice gratiose benignitas se libenter omnibus benemeritis exhibet liberalem et presertim cum necessitates ecclesiarum munificentia sua indigere noscuntur. Cum itaque, sicut a fidedignis accepimus Famagostanam ecclesiam [curite] prefecimus in episcopum et pastorem, propter guerras, pestes et alias calamitates [condui] in illis //^{117v} partibus viguerunt facultatibus et bonis suis sint plurimum diminuta adeo quod de ipsius fructibus, redditibus et proventibus vix tibi [s...etere] possit unde te valeas in regimen dicte ecclesie sustentare nec tu et ipsa ecclesia possitis omnis debitum et consuetum communium et minorum servitorum camere apostolice solvendorum aliquantulum supportare, nos, conditioni dicte ecclesie et [tue] pariter compacientes et necessitates vestris cupientes nostra munificentia et liberalitate sublevare omne debitum ad quod tu et ipsam ecclesiam ratione promotionis [tue] ad eandem ex causa communium et quorumlibet minorum servitorum tam pro parte nostri quam pro parte collegii venerabilium fratrum nostrorum sancte Romana Ecclesia cardinalium necnon ad cuiuscumque alios nostros et prefate camere officiales et prefatorum cardinalium familiares quomodolibet pertinentes nobis et prefate camere et ipsi collegio existitis obligati tenore presentium, apostolica auctoritate remittimus et donamus de gratia speciali et te ac prefatam ecclesiam hac vice dumtaxat ab omni huiusmodi onere communium et minorum servitorum liberaliter absolvamus et integraliter liberamus. Mandantes geritibus prefate camere, quatenus occasione dictorum communium et minorum servitorum nullo unquam tempore te et ecclesiam predictam deberint molestare. Sed statim omne huiusmodi debitum de quibuscuius libris dicte camere cancellare per modum quod tu et predictam ecclesiam [occorre] ipsius debiti gravamen seu molestiam numquam imposterum sentiatis. Nulli ergo *etc.* nostre remissionis donationis, absolutionis, liberationis et mandati infringere *etc.* Siquis autem *etc.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, XII Kalendas Iunii anno tertio.

β-50

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 162, f. 162r-v

Έκδοση: K. Eubel, *Bullarium Franciscanum*, τ. 7, αρ. 1260

Σημειώσεις: Στο τέλος της εγγραφής: Franciscus XX de Agello

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

26 Μαΐου 1412

Ο Daniele de Castagnolo των Ελασσόνων Αδελφών ονομάζεται επίσκοπος Ταρτούς, με έδρα την Αμμόχωστο, λόγω κένωσης της επισκοπής εξαιτίας του θανάτου του επισκόπου Λουκιανού Lercario.

Iohannes *etc.* dilecto filio Danieli de Castagnolo electo Anteradensi, salutem *etc.*

Divina disponente clementia, cuius inscrutabili providentia ordinationem suscipiunt universa, in Apostolice Sedis specula licet immeriti constituti, ad universas orbis ecclesias aciem nostre considerationis extendimus et pro earum statu salubriter dirigendo apostolici favoris auxilium adhibemus, sed de illis propensius cogitare nos convenit quas propriis pastoribus carere intuemur, ut eis iuxta cor nostrum pastores preficiantur idonei, qui commissos sibi populos per suam circumspectionem providam salubriter dirigant et informant, ac bona ipsarum ecclesiarum non solum gubernent utiliter sed etiam multimodis efferant incrementis.

Dudum siquidem, in nostre apostolicatas primordiis per nos intellecto quod ecclesia Anteradensis cui bone memorie ||Lucianus|| episcopus Anteradensis dum viveret presidebat per ipsius Luciani episcopi obitum qui dudum etiam ante suam felicis recordationis Alexander papa quintus predecessor noster ad apicem summi apostolatus assumeretur, extra Romanam Curiam debitum nature persolvit, pastoris fuit regimini destitute, nos, cupientes eidem ecclesie per Apostolice Sedis providentiam utilem et idoneam presidere per sanam provisionem, ipsius ecclesie ordinationem et dispositioni nostre duximus ea vice specialiter reservandam, decernendo extunc irritum et inane si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptare. Et ad provisionem ipsius ecclesie celerem et felicem de qua nullus preter nos ac vice se intromittere potuit sine potest reservatione et decreta obsistentibus supradictis ne ecclesiam ipsam longioris vacationis exponentur incommodis paternis et sollicitis studiis intendentes. Post deliberationem de preficiendo ecclesie prefate personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus //^{162v} diligentem, demum ad te Ordinis Fratrum Minorum proffessorem in sacerdotio constitutum, litterarum scientia peditum, vite ac morum honestate decorum, in spiritualibus providum et in temporalibus circumspectum et aliis multiplicum virtutum meritis prout fidedignorum testimoniis

percepimus insignitum direximus oculos nostre mentis. Quibus omnibus attenta meditatione pensatis, de persona tua nobis et eisdem fratribus nostris ob dictorum tuorum exigentiam meritorum accepta eidem ecclesie de dictorum consideratione premissorum accepta eidem fratribus nostris ob dictorum eorum exigentiam meritorum accepta eidem ecclesie de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica providemus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie, tibi in eisdem spiritualibus et temporalibus plenarie commitendo, in Illo Qui dat gratias et largitur premia confidentes quod, dirigente Domino actus tuos, prefata ecclesia per tue circumspectionis industrie et studium fructuosum regetur utiliter et prospere dirigetur ac gratia in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa.

Volumus autem quod quam premium presentes litteras habueris expeditas ad ecclesiam ipsam accedas et resideas personaliter in eadem, quodque extra civitatem et diocesim Anterandensem pontificalia officia nequeas excercere. Iugum igitur Domini tuis impositum humeris prompta devotione suscipiens, curam et administrationem predictas sic excercere studeas sollicite, fideliter et prudenter quod ipsa ecclesia gubernatori provido et administratori fructuoso gaudeat se commissam, tuque preter eterne retributionis premium nostram et dicti sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, septimo Kalendas Iunii, anno tertio.

^a Laurentius *del. R*

β-51

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 162, f. 196v-197v

Έκδοση: K. Eubel, *Bullarium Franciscanum*, τ. 7, αρ. 1261· *Acta Johannis XXIII*, τ. 2, αρ. 148

Σημειώσεις: Στο τέλος της εγγραφής Franciscus XX.X.X.X.X, de Agello

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

26 Μαΐου 1412

Ο Ιωάννης de Montenegro του Τάγματος των Φραγκισκανών ονομάζεται επίσκοπος Αμμοχώστου.

Iohannes *etc.* dilecto filio Iohanni de Montenegro electo Famagustano, salutem *etc.*

Divina disponente cuius inscrutabili providentia ordinationem suscipiunt universi in Apostolice Sedis specula licet immeriti constituti ad universas orbis ecclesias aciem nostre considerationis extendimus et pro earum statu salubriter dirigendo apostolici favoris auxilium adhibemus, sed de illis propensius cogitare nos convenit, quas propriis carere pastoribus intuemur, ut eis iuxta cor nostrum pastores preficiantur idonei, qui commissos sibi populos per suam circumspectionem providam salubriter dirigant et informet ac bona ipsarum ecclesiarum non solum gubernent utiliter sed etiam multimodis efferant incrementis.

Dudum siquidem, bone memorie Luciano episcopo Famagustano regimini ecclesie Famagustane presidente, nos, cupientes ipsi ecclesie [tunc] eam vacare contingeret per Apostolice Sedis providentiam utilem et idoneam presidere personam, provisionem eiusdem ecclesie ordinationi et dispositioni nostre ea vice duximus specialiter reservandam, decernentes extunc irritum et inane si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari.

Postmodum vero, dicta ecclesiam per obitum ipsius Luciani episcopi, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, pastoris solatio destituta, nos, vacatione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta, ad provisionem ipsius ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit sine potest, reservatione et decreto obsistentibus supradictis ne ecclesiam ipsam longe vacationis exponeretur incommodis paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem, quam preficiendo prefate ecclesie personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem Dominum ad te ordinis Fratrum Minorum professorem in sacerdotio constitutum tui de religionis zelo, litterarum scientia, vite munditia, honestate morum, spiritualium providentia et temporalium circumspectione aliisque multiplicium virtutum donis apud nos fidedigna testimonia perhibentur direximus oculos nostre mentis, quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua, nobis et eisdem fratribus ob dictorum tuorum exigentiam meritorum accepta prefate ecclesie de eorumdem fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica providemus //^{197r} teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie commitendo, in Illo Qui

dat gratias et largitur premia confidentes quod eadem ecclesiam per tue circumspectionis industriam et providentiam circumspectam sub tuo felici regimine, dextera Domini tibi assistere propicia, salubriter et prospere dirigetur grataque in ecclesiam spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa.

Quocirca discretione nostre per apostolica scripta mandamus, quatinus impositum tibi a Domino onus regiminis dicte ecclesie suscipiens reverenter, sic te in eius cura salubriter exercenda diligentem exhibeas et etiam studiosum, quod eadem ecclesia gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque propter eterne retributionis premium nostram ac dicte sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, septimo Kalendas Iunii, anno tertio.

Simili modo dilectis filiis capitulo ecclesie Famagustane, salutem *etc.* Divina disponente *etc.*

Quocirca discretioni nostre per apostolica scripta mandamus quatinus eidem Iohanni electo tamquam patri et pastori animarum vestrarum intendentes ac exhibentes sibi odedientiam et reverentiam debitam et devotam, eius salubria monita et mandata suscipiatis devote et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententia quam idem Iohannes electus rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

Simili modo dilectis filiis clero civitatis et diocesis Famagustane, salutem *etc.* Divina disponente *etc.*

Quocirca discretioni nostre per apostolica scripta mandamus quatenus eiundem Iohannem electum, tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato admittentes honore et exhibeas sibi obedientiam et reverentiam debitam et devotam, eius adimplere monita et mandatis suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam quam idem Iohannes electus rite tulerit in rebelles rtam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

Simili modo dilectis filiis populo civitatis et diocesis Famagustane, salutem *etc.* Divina disponente *etc.* Quocirca universitatem vestram rogamus [rogamus], monemus et hortamur attente per apostolica vobis scripta //^{197v} mandantes, quatinus eundem Iohannem electum tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum devote suscipientes ac debita honorificentia prosequentes eius salubribus monitis et mandatis

humiliter intendatis, ita quod ipse in vobis devotionis filio et vos in eo per consequens patrem invenisse benivolum gaudeatis. Datum *ut supra*.

Simili modo venerabili fratri archiepiscopo Nicosiensi, salutem *etc.* Ad cumulum tue cedit salutis *etc.* Cum igitur, ut idem Iohannes electum in commissa predicte ecclesie sibi cura fructibus perficere valeat tuus favor ei fore noscitur plurimum oportunus firmitate tuam rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus eundem Iohannem electum et commissam sibi ecclesiam suffraganeam tuam habens pr nostra et dicte sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis iuribus suis sit eos tui favoris presidio prosequatis quod ipse Iohannes electus tuo fultus auxilio in commisso sibi prefate ecclesie regimine se possit valuis exercere tuque divina misericordiam valeas exinde uberius promereri. Datum *ut supra*.

Simili modo carissimo in Christo filio Iano regi Cipri illustri, salutem *etc.* Divine gratie premium *etc.* Cum itaque filii carissime, sit virtutis opus Dei ministros benigno favore prosequi ac ea verbis et operibus pro Regis eterni gloria venerari, serenitatem [tuam] regiam rogamus et hortamur attente quatenus eundem electum una dictam ecclesiam suo commissa regimini habens pro divina et Apostolice Sedis reverentia propensius commendatos sic eisdem te exhibeas favore regio benivolum et in oportunitatibus gratiosum quod idem electus per auxilium tue gratie in commisso sibi ecclesie prefate regimine utilius proficere valeat. Tuque proinde consequatis premia felicitatis eterne, ac nos etiam celsitudinem tuam condignis possumus in domino laudibus commendare. Datum *ut supra*.

β-52

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 166, f. 25r-25v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Job *mg. s.* Στην κεφαλίδα: de regularibus anno tertio. Στο τέλος της εγγραφής Stephanus, L, de Prato.

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

29 Ιουνίου 1412

Ο πάπας Ιωάννης ΚΓ΄ παραχωρεί στον Νικόλαο de Ursinis, επικεφαλής της Κομανταρίας της Βενετίας, τη διοίκηση της Κομανταρίας της Κύπρου του τάγματος των Ιωαννιτών στην Κύπρο, μετά τον θάνατο του Ραϋμούνδου Lescura (1412).

Iohannis *etc.* venerabilibus fratribus Archiepiscopo Nicosiensi et Senensis ac Paphensis episcopis, salutem *etc.*

Devote promptitudinis studia et grata obsequia, que dilectus filius Nicolaus de Ursinis prior prioratus venetiarum hospitalis Sancti Iohannis Ierosolimitanus Castellanensis diocesis nostram benivolentiam meruit benignius, nos, iuducunt ut [...], sibi promptos ad gratiam pro eius statu tenendo decentibus oportunis temporibus, exponamus.

Cum ^a – sicut accepimus – preceptoria domus Cipri hospitalis eiusdem in insula Cipri, quam quondam Raymundus de Lescura, ipsius domus preceptor, dum viveret ^b obtinebat, per ipsius Raymundi obitum, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacaverit et vacet ad presens, nos, considerantes etiam religionis zelum probitatis gaudia et virtutum dotes multiplices, quibus [ipse] Nicolaus dono superni numinis insignitus existat horumque intuitu, specialem sibi gratiam facere volentes, motu proprio non ad tuam ipsius Nicolai vel alterius pro eo nobis super hoc oblate petitionis instantiam sed de nostra mera liberalitate, firmitati nostre per apostolica scripta mandamus quatinus vos vel duo aut unus vestrum, per vos vel alium seu alios, preceptoriam predictam quorumcumque annuorum fructuum, reddituum et proventuum secundum communem estimationem existat quas haberi, volumus presentibus pro expressis sue – ut prefertur – sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet dummodo tempore datum presentium non sit in ea alicui specialiter ius quesitum cum omnibus iuribus et pertinentiis suis eidem Nicolao auctoritate nostra conferit et assignare curetis, inducentes enim vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem preceptorie, iuriumque et pertinentiarum predictorum et defendens inductum a moto exinde quolibet illicito detentore ac faciens ipsum Nicolaum vel dictum procuratorem pro eo ad predictam preceptoriam ut ^γ est moris adiucti sibi que de ipsius preceptorie fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi, contradictores per censuram *etc.* Non obstantibus quibuscumque ordinationibus apostolicis necnon statutis et stabilimentis hospitalis et domus predictorum contrariis iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis; aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de preceptorii huiusmodi speciales vel aliis beneficiis

ecclesiasticis in illis partibus generales Apostolice Sedis vel legatorum eius litteras impetravint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alius quomodolibet sit processum, quibus omnibus eiundem Nicolaum in assecutione dicte preceptorie volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem preceptoriarum aut //25^v beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si dilectis filiis Magistro et fratribus dicti hospitalis vel quibusvis aliis, communiter vel divisim, a prefata sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de huiusmodi preceptoriiis aut aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam, effectus huiusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio ||specialis||. Seu quod dictus Nicolaus – ut asseritur – prioratum predictum noscitur obtinere. Nos enim, cum eodem Nicolao ut preceptoriam huiusmodi si ei rigorem presentium conferatur recipere et unacum prioratu predicto necnon ^δ aliis preceptoriiis domorum prefati hospitalis quas obtinet etiam cuiuscumque annui valoris secundum extimationem predictam existant insimul quoad vixeret retinere libere et licite valeat predictis ac aliis statutis ac stabilimentis preceptorie prioratus et aliarum domorum predictorum et aliis contrariis nequaquam obstantibus motu simili de uberioris dono gratie dispensamur. Nos enim exnunc irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio None Iulii, anno tertio.

^a itaque *del. R* ^β *p del. R* ^γ *ut iter* ^δ *pr del. R*

β-53

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Lat. 164, f. 64v-65v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Στο τέλος της εγγραφής Franciscus, XXXX, de Agello.

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

23 Αυγούστου 1412

Παραχώρηση του κανονικάτου και του αξιώματος του αρχidiaκόνου της επισκοπής Πάφο στον δωδεκαετή Βαρθολομαίο Durantis de Valle. Ο Βαρθολομαίος λαμβάνει τα παραπάνω αξιώματα μετά την παραίτηση του Φραγκίσκου de Zennariis.

Iohannes *etc.* dilecto filio decano ecclesie Nicosiensi, salutem *etc.*

Dignum arbitramur *etc.* Dudum siquidem, omnis canonicatus et prebendas necnon dignitates personatus et officia ceteraque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura tunc apud sedem apostolicam vacantia et inantea vacatura collationi et dispositioni nostre reservantes, decernimus extunc irritum et inane si secus super hiis aquoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari.

Cum itaque postmodum canonicatus et prebenda ac archidiaconatus ecclesie Pafensis per liberam resignationem dilecti filii Francisci Thome de Germariis ipsius ecclesie canonici et archidiaconi per eum de illis quos tunc obtinebat, per dilectum filium Durantem de Valle laicum Vapincensis diocesis procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum, in manibus nostris sponte factam et per nos admissam apud sedem eandem vacaverint et vacent ad presens, nullusque de illis preter nos hac vice disponere potuerit sive possit, reservatione et decreto obsistentibus supradictus, nos, volentes dilectum filium Bartholomeum Durantis de Valle clericum Nicosiensem, qui – ut asserit – in duodecimo etatis sue anno constitutus existis, apud nos de vite ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu favore prosequi gratioso, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus si, post diligentem examinationem, dictum Bartholomeum ad hoc ydoneum esse reppereris, super quo tuam conscientiam oneramus, canonicatum et prebendam ac archidiaconatum predictos quiquidem archidiaconatus dignitas maior post pontificalem in dicta ecclesia existit, cuiusque canonicatus et prebende predictorum fructus, redditus et proventus centum et quinquaginta florenorum auri secundum communem estimationem valorem annum – ut ipse Bartholomeus asserit

– non excedunt sive premissis sive alio quovismodo vel ex alterius cuiuscumque persona aut ipse archidiaconatus per constitutionem felicis recordationis Iohannis pape XXII //^{65r} predecessoris nostri que incipit *Execrabilis* vacant etiam si tanto tempore vacaverint quod eorum collatio iuxta Lateranensis statuta Concilii ad sedem predictam legitime devoluta vel [ipsius] canonicatus et prebenda ac archidiaconatus dispositioni apostolice specialiter reservati existant et ad archidiaconatum predictum consueverit, qui per electionem assumi, eique cura immineat animarum dummodo ipsorum dispositio ad nos dumtaxat hac vice pertineat cum plenitudine iuris canonici ac omnibus ||ac|| et pertinentiis suis auctoritate nostra conferas et assignes, inducens per te, vel alium seu alios eundem Bartholomeum, vel procuratorem suum eius nomine, in corporalem possessionem canonicatus et prebende ac archidiaconatus iuriumque et pertinentiarum predictorum et defendens inductum, amotis quibuslibet detentoribus ab eisdem ac faciens ipsum Bartholomeum vel dictum procuratorem pro eo in eadem ecclesiam ad prebendam in canonicum recipi et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie cum dicti iuris plenitudine assignatis et ad archidiaconatum huiusmodi – ut est moris – admitti sibi que de ipsorum canonicatus et prebende ac archidiaconatus fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi, contradictores auctoritate nostra *etc.* Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie contrariis iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis; aut si aliqua apostolica vel alia quavis auctoritate in eadem ecclesiam in canonicos sint recepti vel – ut recipiantur – insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis ac dignitatibus, personatibus vel officiis ^a ipsius ecclesie speciales aut aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarunt, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus prefatum Bartholomeum in assecutione canonicatus //^{65v} et prebende ac archidiaconatus predictorum volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem canonicatum et prebendarum ac dignitatum, personatum vel officiorum aut beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si venerabili fratri nostro episcopo et dilectis filiis capitulo Pafensi vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli; aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de canonicatibus et prebendis ac dignitatibus personatibus vel officiis aut aliis beneficiis

ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, procuracionem, electionem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis; aut si prefatus Bartholomeus presens non fuerit ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie solitum iuramentum, dummodo in absentia sua per procuratorem idoneum et cum ecclesiam ipsam accesserit corpolariter illud prestat. Seu quod idem Bartholomeus – ut asserit – patitur in etate defectum cum – ut preferitur – in duodecimo huiusmodi etatis anno constitutus existat. Nos enim cum eodem Bartholomeo ut canonicatum et prebendam ac archidiaconatum predictos si ei vigore presentium conferatur recipere et retinere libere et licite valeat predicto etatis defectu ac generalis concilii et quibuscumque aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac predictis statutis et consuetudinibus contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica de specialis dono gratie tenore presentium dispensamus, proviso quod dictus archidiaconatus debitum non fraudetur obsequiis et animarum //^{66r} cura in eo si qua ^β illi immineat nullatenus negligatur, nos in super prout est irritum decernimus et inane si secus super hiis aquoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptum forsitan est hactenus vel imposterum contigerit attemptari.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, decimo Kalendas septembris, anno tertio.

^a ecclie del. R ^β illa del. R

β-54

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Cam. Ap., Oblig. et Sol. 56, 164r

Αναφορά: Hoberg, *Taxae*, σ. 184

Έκδοση: Μερικώς εκδεδομένο *Acta Johannis XXIII*, τ. 2, αρ. 157

Σημειώσεις: Βλ. και β-25

<Μπολόνια>

12 Σεπτεμβρίου 1412

Υπόσχεση πληρωμής συνήθων υποχρεώσεων από τον Θεοδόριχο Israel για λογαριασμό του αβά της Μονής του Σταυροβουνίου, του καρδινάλιου Ιορδάνη Orsini, επίσκοπου του Albano, ο οποίος έχει in commendam τα έσοδα της μονής.

Die XII mensis Septembris, dominus Theodoricus Israel secretarius et procurator domini Iordani episcopi Albanensi Sancte Romane Ecclesie cardinalis commendatarii monasterii sancte Crucis Ordinis Sancti Benedicti, Nichosiensis diocesis, obtulit pro communi servitio dicti comendatarii camere apostolice et collegio dominorum cardinalium debito pro dicto monasterio, quod non reperitur taxatum florenorum auri de camera treginta tres et tertiam partem unius alterius florenorum de camera et quinque minuta servitia pro familiaribus et officiarum domini nostri pape et dicti collegii eorundem communis et minorum servitiorum medietatem infra sex mensis a datam presentium computandum et aliam medietatem infra alios sex mensis a fine precedentoris sex computandorum et recognita infra unum annum a fine aliorum sex menses computandum solvere convenit submisit dicto nomine et obligavit, ut in forma presentibus venerabili domino Angelo de Ballionibus, domino Iacobo de Calvis, domino Ianuello de Curazollis clericis camere.

β-55

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαική σειρά: Reg. Vat. 341, f. 305r

Έκδοση: *Acta Johannis XXIII*, τ. 2, αρ. 160

Σημειώσεις: A. de Reate *mg. s.* Στο τέλος της εγγραφής Theodoricus

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

1 Ιανουαρίου 1413

Επιστροφή δύο χιλιάδων φλορινιών από τον πάπα από χρέος του. Εντέλλεται να τα επιστρέψει ο παπικός εισπράκτορας επίσκοπος Πάφου Βερτράνδος.

Iohannes *etc.* venerabili fratri Bertrando episcopo Paphensi in Nicosiensi, Colossensis et Patracensis provinciis ac nonnullis aliis locis Apostolice Sedis nuntio, necnon fructuum et proventuum camere apostolice debitorum collectori, salutem *etc.*
Cum [tu] pro arduis nostris et Romane Ecclesie negotiis camereque apostolice

necessitatibus duo milia florenorum auri de camera nobis de tuis propriis pecuniis liberaliter et causa veri mutui ||solvi|| feceris. Nos indemnitati tue debite providere volentes, fraternitati tue dictam duorum milium florenorum auri summam de fructibus et proventibus dicte camere ad tuas manus ratione officii collectorie huiusmodi perventis seu perveniendis, recipiendi, retinendi et discomputandi plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem, mandantes dilectis filiis gentibus dicte camere, quatenus in reponenda per ||te|| ratione de huiusmodi collectorie officio, dictam duorum milium florenorum auri summam de computis per te reddendis discomputare et deducere libere studeant et procurent, ita quod de summa predicta tibi integre veniat satisfactum.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, Kalendas Ianuarii, pontificatus nostri anno tertio.

β-56

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Vat. 345, f. 16r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: L. de Aretio *mg. s.* De Curia *mg. d.* Στο τέλος της εγγραφής: Collata per me P. de Trilhia. Bassianno.

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

3 Μαρτίου 1413

Ο Ούγος Λουζινιανός ως αρχιεπίσκοπος Λευκωσίας καλείται σε Σύνοδο.

Iohannes *etc.* venerabili fratri Archiepiscopo Nicosiensi, salutem *etc.* Id regiment universalis ecclesie *etc.* [Ut] in precedens et sub eadem datam.

β-57

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Cam. Ap., Entr. et Ex. 377, f. 66v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Στην κεφαλίδα de mense Novembris. Docuit de mandato et de solutione per quittance receptam per magistrum. Jo Ludovicus et Petrum Fabri notarius *etc.*

16 Νοεμβρίου 1413

Πληρωμή στον Φίλιππο από τη Λευκωσία ενός σκούδου, ως φύλακα του αποστολικού παλατιού στην Αβινιόν.

Primo die XVI mensis Novembris solvi personis infrascriptis olim custodibus palatii apostolici Avinionensis in deductionem stipendiorum suorum, pro custodia palatii prefati eis debitorum de madanto, de mandato supradicti domini mei camerarii domini nostri eius manu propria michi [...] omnis et singulas summas post eorum nomina descriptas prout de solutione constat quittantiis per magistros Iohannem Ludovici et Petrum Fabri notis receptis, videlicet Angelo de Collealto castellano, decem florenos [currenti].

Item Iacobo Cantelmi duos florenos [currenti]. *Item* Philipo de Nicossia [1] scutum auri. *Item* Matheo de Pentacorba duos florenos [currenti]. *Item* ^a ||Neapolo|| de Catausaro duos florenos [currenti]. *Item* Iohanni de Medulano duos florenos [currenti]. *Item* Oliverio Porcerio quatuor florenos [currenti]. *Item* Colello de Rocha imperiali duos florenos [currenti]. *Item* Guillelmo de Volta duos florenos [currenti], qui sunt universaliter vigintiseptium florenos [currenti], V grossis cum [...], qui valent in florenos camere XXI florenos camere XIII grossi [...].

^aMatheo *del.* R

β-58

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Lat. 170, f. 292v-293r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Στο τέλος του κειμένου Stephanus, de mandato, de Prato.

Μπολόνια

23 Νοεμβρίου 1413

Ο Ιωάννης Petit του Τάγματος των Αυγουστινιανών, αρχιεπίσκοπος Ταρσού, αναλαμβάνει ως διαχειριστής την επισκοπή της Πάφου, λόγω της μετάθεσης του προηγούμενου επισκόπου Πάφου Βερτράνδου de Cadoent, του Τάγματος των

Βενεδικτίνων, στην επισκοπή του Saint Flour στη Γαλλία. Ο Ιωάννης Petit είναι εξομολόγος του βασιλιά Ιανού, ο οποίος μάλιστα αιτήθηκε τη θέση του επισκόπου Πάφου για τον Ιωάννη.

Iohannes *etc.* venerabili frater Iohanni Archiepiscopo Tersensis, salutem *etc.* Romani pontificis providentia circumspecta ecclesiis et monasteriis que vacationis incommoda deplorare noscuntur ut gubernatorum utilium fulciantur presidio prospicit diligenter, ac personis ecclesiasticis ei devote obsequentibus ut expensarum onera que ipsas oportet vigitur de necessitate subire facilius supportare valeant libenter, prout est decens ac congruum de subventionis auxilio providet opportuno.

Dudum siquidem, provisiones omnium cathedralium ecclesiarum tunc apud Sedem Apostolicam vacantium et inantea vacaturarum ordinationi et dispositioni nostre reservantes, decrevimus extunc irritum et inane si secus super hiis per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Postmodum vero, cum ecclesia Paphensis ex eo quod, nos, nuper venerabilem fratrem nostrum Bertrandum Sancti Flori tunc Paphensis episcopum, licet absentem, a vinculo quo ipsi ecclesie Paphensis, cui tunc preerat, tenebatur [et] fratrum nostrorum Sancte Romane Ecclesie cardinalium consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, ipsum ad ecclesiam Sancti Flori auctoritate apostolica transtulimus eumque eidem ecclesie Sancti Flori preficimus in episcopum et pastorem vacaverit et vacet ad presens nullusque de illa preter nos hac vice disponere potuerit sive possit reservatione et decreto obsistentibus supradictis. Nos, tam dicte ecclesie Paphensis de gubernatore, secundum cor nostrum, ydoneo per quem circumspecte regi et salubriter dirigi valeat, quam tibi pro quo etiam carissimus in Christo filius noster Ianus, rex Cipri illustris, super hoc pro te, confessore suo, nobis humiliter supplicavit de alicuius subventionis auxilio pro huiusmodi tuis supportandis oneribus providere, volentes prefatam ecclesiam Paphensem sic vacantem tibi quoad vixeris ||per te|| tenendam, regendam et etiam gubernandam auctoritate predicta, commendamus curam et administrationem ipsius ecclesie Paphensis tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie commitendo, firma spe fiduciaque conceptis quod, dirigente Domino actus tuos, prefata ecclesia Paphensis per tue industrie et circumspeditionis " studium fructuosum prospere dirigetur et grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa.

Volumus autem quod per commenda huiusmodi cultus divinus et solitus ministrorum numeris in eadem ecclesia Paphensis nullatenus minuatur quodque

debitis et consuetis ipsius ecclesie Paphensis oneribus supportatis, de residuis fructibus, redditibus et proventibus ad mensam episcopalem Paphensem spectantibus libere et licite disponere et ordinare valeas, sicut veri episcopi Paphenses, qui pro tempore fuerunt, de illis disponere et ordinare potuerunt seu etiam debuerunt alienatione tamen bonorum immobilium et pretiosorum mobilium dicte ecclesie Paphensis tibi penitus interdicta. Non obstantibus quibuscumque constitutinis et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus ecclesie Paphensis predictae contrariis iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis. Quocirca firmitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus curam regimine et administratione huiusmodi sic geras sollicite fideliter et prudenter quod ecclesiam ipsa Paphensis utili et fructuoso ^ß gubernatori gaudeat se commissam tuque preter eterne retributionis premium humane laudis preconium ac nostram et dicti sedis benedictionem ac gratiam exinde consequi merearis.

Datum Bononie, nono Kalendas Decembris, anno quarto.

//^{293r} *Simili modo* dilectis filiis capitulo ecclesie Paphensis, salutem *etc.* Romani pontificis *etc.*

Quocirca discretioni nostre per apostolica scripta mandamus quatinus eidem Iohanni archiepiscopo, tamquam patri et pastorem animarum nostrarum humiliter intendentes ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debita et devotam, eius salubria monita et mandata suscipiatis devote et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam quam idem Iohannes archiepiscopus rite tulerit in rebelles rata habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

Simili modo dilectis filiis clero, civitatis et diocesis Paphensis. Salutem *etc.* Romani pontificis *etc.*

Quocirca discretioni nostre per apostolica scripta mandamus quatinus eidem Iohannem archiepiscopum, tamquam patrem et pastorem animarum nostrarum grato admittentes honore ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitam et devotam, eius salubria et mandata suscipientes humiliter ea efficaciter adimplere curetis. Alioquin firmitatem quam idem Iohannes archiepiscopum rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

Simili modo dilectis filiis populo, civitatis et diocesis Paphensis, salutem *etc.* Romani pontificis *etc.* Quocirca universitatem nostram rogamus, monemus et

hortamur per apostolica scripta vobis mandantes, quatinus eundem Iohannem archiepiscopum tanquam patrem et pastorem animarum vestrarum devote suscipientes ac debita honorificentia prosequentes eius monitionibus et mandatis salubrius humiliter intendatis, ita quod ipsum in vobis devotionis filios et vos in eo per consequens patrem invenisse benivolum gaudeatis. Datum *ut supra*.

Simili modo dilectis filiis universis vassallis ecclesie Paphensis, salutem *etc.* Romani pontificis *etc.* Quocirca universitati nostre per apostolica scripta mandamus quatinus eundem Iohannem archiepiscopum devote suscipientes ac debita honorificentia prosequentes ei fidelitatem solitam necnon consueta servitia et iura a nobis sibi debita exhibere integre studeatis. Alioquin sententiam sive penam quam idem Iohannes archiepiscopum rite tulerit seu statuerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

Simili modo venerabili fratri archiepiscopum Nicosiensi, salutem *etc.* Ad cumulum *etc.* Quocirca firmitatem tuam rogamus, monemus et hortamur attente per apostolica pro tibi scripta mandantes quatinus eundem Iohannem archiepiscopum ac ecclesiam sibi commissam suffraganea tuam habens pro nostra et apostolica Sedis reverentia propensius commendatus in ampliandis et conservandis iuribus eiusdem ecclesie sit cum tui favoris presidio prosequaris quod ipse per tue auxilium gratie se possit in commisso sibi eius ecclesie regimine utilius exercere tuque divinam misericordiam ac nostram et dicte sedis benivolentiam valeas exinde uberius promereri. Datum *ut supra*.

Simili modo carissimo in Christo filio Iano regi Cipri illustri, salutem *etc.* Gratie divine *etc.* Cum itaque filii carissime, sit virtutis opus Dei ministros benigno favore prosequi ac eos urbis et operibus pro Regis eterni gloria venerari, serenitatem tuam regiam rogamus et hortamur attente quatinus eundem Iohannem archiepiscopum et //^{293v} prefatam ecclesiam Paphensem sue cure commissam habens pro nostra et apostolice reverentia propensius commendatos ipsos benigni favoris auxilio prosequaris, ita quod idem Iohannes archiepiscopus tue celsitudinis fultus presidio in commisso sibi cure pastoralis officio possit Deo propitio prosperari ac tibi exinde a Deo perhennis vite premium et a nobis condigna proveniat actio gratis. Datum *ut supra*.

^a industria *del.* R ^b administratori *del.* R

β-59

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 172, f. 139r-140v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: B. de Montis *mg. s. cassata de mandato quoad preceptoria Colossi. Stephanus de Prato.* Στο τέλος της εγγραφής: Stephanus, de mandato, de Prato.

Μπολόνια

23 Νοεμβρίου 1413

Ο πάπας Ιωάννης ΚΓ΄ υπόσχεται την παραχώρηση στον νόθο γιο του Ιανού, τον Αλοΐσιο, την κομανταρία της Κύπρου, αλλά και της μικρότερης κομανταρίας, αυτή της Ανώγυρας και του Φοίνικα, μετά τον θάνατο των επικεφαλής τους Raymundus Lescure και Δομήνικου de Alamania αντίστοιχα. Σημειώνεται επίσης ότι ο Αλοΐσιος έγινε δεκτός στο Τάγμα των Ιωαννιτών.

Iohannes *etc.*

Dilectis filiis magistro Hugoni de Lusignano administratori ecclesie Nicosiensi in spiritualibus et temporalibus per Sedem Apostolicam deputato notario nostro et Manauco Bigore ac Iohanni de Barreron fratribus Hospitalis Sancti Iohannis Ierosolimitani, salutem *etc.*

Religionis zelus ^a et laudabilia puerilitatis indicia quibus verosimiliter pefuint, quod dilectus filius Aloisius de Lusignano scholaris Nicosiensi se in virum debeat producere virtuosum^b nos inducunt ut sibi reddamur ad gratiam liberales.

Dudum siquidem intendentibus de Colosii, quam quondam Raymundus de Lescura ac de Finice et Naugere // ^{139v} Nemosiensi et Paphensi diocesis domorum preceptoribus hospitalis Sancti Iohannis Ierosolimitanis, quas quondam Dominicus de Alamania tunc obtinebant cum illas vacare contingeret per Apostolice Sedis providentiam ordinari preceptoribus, videlicet VI Kalendas Iunii pontificatus nostri anno primo ordinationi et dispositioni nostre duximus ea vice specialiter reservandam, decernentes extunc irritum et inane si secus super hiis a quoque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingerent attemptari.

Et subsequenter, videlicet hodie, per nos accepto quod prefatus Aloisius qui – ut asserebatur – in quinto sue etatis anno constitutus existebat, prout existit cupiebat cum

dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis predictorum sub regulari habitu virtutum domino famulari, nos nobis per alias nostras litteras deduimus in mandatis ut ipsum Aloisium si alias esset ydoneus et aliquod [aliud] canonicum non obstaret eum in dicto Hospitali in fratrem recipi faceretis sibi que iuxta ipsius Hospitalis consuetudinem regularem habitum exhiberetis ac regularem per fratres eiusdem Hospitalis professionem emitti consuetam ab eo si eam libere in manibus nostris [emittere voluissem recuperetis] et admittentis ac faceretis ei de communibus ipsius Hospitalis proventibus sicut uni ex aliis eiusdem Hospitalis fratribus integre responderi ipsiumque ibidem ⁷ sinceram in Domino caritate tractari prout in eisdem litteris plenius continetur.

Cum autem, Colosii per Raymundi ac Finice et Naugere preceptorie predictae per Dominici predictorum obitus, qui extra Romanam Curiam diem clauserit extremum, vacaverint ⁸ et vacent ad presens nullusque de illis propter nos ac vite disponere poterit sive possit reservatione et decreto obsistentibus supradictis. Nos, volentes eidem Aloisio premissorum per meritorum suorum intuitu necnon consideratione carissimi in Christo filii nostri Iani regis Cipri illustris pro dicto Aloisio dilecto nato suo vobis super hoc humiliter supplicantis gratiam facere specialem, discretioni nostre per apostolica scripta mandamus quatinus vos vel duo aut unus vestrum, per vos vel alium seu alios, preceptorias predictas quarum fructus, redditus et proventus viginti milium florenorum auri secundum comunem estimationem valorem annum – ut asseritur – non excedunt, sive ut presentium [sive] alius quibusvis modis vel ex aliorum quorumcumque // ^{140r} per suis [vacent] etiam si tanto tempore vacaverint, quod earum collatio vix Lateranensis statuta Concilii ad sedem predictam legitime devoluta vel ipso preceptore dispositione apostolice alius specialiter reservate existant et super eis inter aliquos [lis] cuius statum haberi [voluus] presentibus pro expreso pendeat seu [remanserit indecisa] dummodo tempore datum presentium non sit in eis alicui specialiter ius quesitum eidem Aloisio, postquam ipse in fratrem dicti hospitalis inceptus fuerit et huiusmodi [iregularem] professorem [emisiter] – ut prefertur – cum omnibus iuribus et pertinentiis suis conferre et assignare curetis, inducentes eundem Aloisium vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem preceptoriarum [iuribusque] et pertinentiis predictorum et defendentes inductum amotis quibuslibet detentoribus ab eisdem ac facientes dictum Aloisium vel prefatum procuratorem pro eo ad huiusmodi preceptorias, ut est moris [adiucti sibi que] de ipsarum preceptoriarum fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventibus

universis integre responderi. Non obstantibus quibuscumque concessionibus, privilegiis vel aliis indultis per dictam sedem vel felicis recordationis Alexandrum papam V immediatum predecessorem nostrum seu alios per nos eisdem magistro et fratribus seu quibusvis aliis de dictis preceptoribus seu earum fructibus, redditus, et proventibus etiam sub quacumque forma vel expressione verborum forsitan factis etiam si de illis seu eorum aliquo ipsarum que totis tenoribus in presentibus specialis et expressa ac de verbo ad verbum mentio foret habenda et tam felicis recordationis Bonifatii pape VIII predecessoris nostri et specialiter illa volente commissiones et mandata apostolica certis personis in ea expressis dirigi quam aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis acque nostris necnon statutis stabilimentis et consuetudinibus hospitalis et domorum predecessoris contrariis iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi preceptoribus vel aliis beneficiis ecclesiis in illis partibus generales vel speciales dicte sedis vel legationis eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alios quolibet sit processum, quibus omnibus dictum Aloisium in assecutione dictarum preceptoriarum volumus //^{140v} anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionibus preceptoriarum aut beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopo Nicosiensi et episcopo Paphensi et prefatis magistro et ^ε fratribus vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum quod ad interceptionem vel provisionem alicuius minime teneantur ||et ad id compelli|| aut quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de huiusmodi preceptoribus vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem communiter vel separatim spectantibus, nulli valeat providere per litteras apostolicas non faciens plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibus alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratie impedire valeat quomodolibet vel differi et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis; aut quod – ut asseritur – prefatus Aloisius defectum patitur etatis cum – ut refertur – in quinto etatis sue anno constitutus existit. Nos enim, cum eodem Aloisio ut huiusmodi preceptorias si sibi vigore presentium conferantur recipere et eas simul retinere libere et licite valeat huiusmodi etatis defectu et generalis concilii ac predictis et aliis constitutionibus apostolicis et

ordinationibus apostolicis necnon etiam supradictis acque aliis statutis et stabilimentis ac consuetudinibus hospitalis et domorum predictorum quibuscumque etiam contrariis iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis nequaquam obstantibus auctoritate apostolica de uberioris dono gratie tenore presentium dispensamus, proviso quod preceptorie predictae debitis non fraudentur obsequiis et [interim] quovisque ipse Aloisius ad etatem legitimam pervenerit per idoneos [necessita] ministrentur diligenter gubernentur et in earum statu debite quibus de earum fructibus conserventur, ac insuper prout est irritum decernimus et inane. Si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum est forsan hactenus vel imposteris contigerit attemptari.

Datum Bononie, nono Kalendas Decembris, anno quarto.

^a vite del. R ^b virtuosum] ex corr. virtuosum ^γ in del. R ^δ ad del. R ^ε [civibus] del. R

β-60

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 172, f. 138v-139r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: B. de Montis *mg. s.* Στο τέλος της εγγραφής: Stephanus, de mandato, de Prato.

Μπολόνια

23 Νοεμβρίου 1413

Το έγγραφο αφορά το ζήτημα σχετικά με την υπόθεση των κοσμημάτων του στέμματος, αξίας 75.000 δουκάτων, τα οποία είχαν δωθεί ως εγγύηση στο Τάγμα των Ιωαννιτών σχετικά με τη συμφωνία του 1403 με τη Γένοβα. Ο πάπας απαγορεύει τη συνέχεια της έρευνας του ζητήματος που είχε ανατεθεί στον νομικό πρεσβύτερο καρδινάλιο του Αγίου Μάρκου Γουλιέλμου Fillastre.

Iohannes *etc.* Ad futuram rei memoriam.

Dudum, pro parte carissimi in Christo filii nostri Iani regis Cipri illustris nobis exposito quod, licet olim ipse rex certa iocalia tunc expressa, ad valorem septuaginta quinque milium ducatorum auri boni et iusti ponderis extimata, penes dilectos filios

magistrum et conventum Rhodi Hospitalis Sancti Iohannis Ierosolimitani deposuisset et sibi realiter assignasset, ac prefati magister et conventus huiusmodi iocalia ad se recepissent, tamen iidem magister et conventus prelibato regi predicta iocalia restituere seu eorum verum valorem solvere contra iustitiam denegarunt, recusarunt et contradixerunt, ortaue inter eosdem regem, ex una, ac magistrum et conventum super dictis iocalibus et eorum occasione parte, ex altera, materia questionis, nos tamen huiusmodi //^{139r} dilecto filio nostro Guillermo tituli Sancti Marcii presbitero cardinali ad instantiam dicti regis audiendam commisimus et fine debito terminandam, non obstante quod causa ipsa de sui natura ad Romanam Curiam legitime devoluta et apud eam tractanda et finienda non esset, idemque cardinalis, ad instantiam dilecti filii magistri Iohannis Pynede procuratoris dicti regis, prefatum magistrum hospitalis per suas certi tenoris litteras citari fecit ad partes ut coram eo, certo termino peremptorio competenti tunc expresso, cum omnibus actis, iuribus et munimentis suis causam huiusmodi tangentibus compareret processurus in causa huiusmodi ad singulos actus necessarios usque ad diffinitivam sententiam inclusive prout existeret rationis, et alias in causa ipsa inter partes ipsas ad nonnullos alios actus dicitur processisse.

Nos autem, attendentes quod ob premissa inter prefatos regem ac magistrum Hospitalis et conventum possent quam magna dissensiones, depopulationes, interfectiones et pericula verisimiliter exoriri ex hiis et certis aliis rationabilibus causis animum nostrum ad hoc moventibus, statum cause huiusmodi habentes presentibus pro expresso, eamque ex certa scientia ad nos advocantes, tenore presentium inhibemus prefato cardinali ne de cetero in ea partes ipsas audiat neque procedat quoquo modo, decernentes exnunc irritum et inane quicquid contra inhibitionem nostram huiusmodi fieri contigerit seu etiam attemptari. Nulli ergo *etc.* nostre advocationis, inhibitionis et constitutionis infringere *etc.* Siquis *etc.*

Datum Bononie, nono Kalendas Decembris, anno quarto. Stephanus de mandato de Prato.

β-61

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 172, f. 180v-181r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: B. de Montis *mg. s.* Στο τέλος της εγγραφής: Stephanus, de mandato, de Prato.

Μπολόνια

23 Νοεμβρίου 1413

Άρση defectum natalium για τον Αλοΐσιο Λουζινιανό, νόθο γιο του βασιλιά Ιανού.

Iohannes *etc.* dilecto filio Aloisio de Lusignano scolari Nicosiensi, salutem *etc.*

Illegitime genitos quos morum decorat honestas nature vicium minime decolorat quia decus virtutum geniture, maculam abstergit in filiis et pudicitia morum pudor originis aboletur. Cum itaque – sicut accepimus – tu ascribi desideras militie clericali et defectum natalium pateris de soluto genitus et soluta, nos, attendentes quod sicut [habet] fidedignorum assertio defectum huiusmodi morum //^{181r} et vite honestate aliisque probitatis et virtutum meritis recompenses ac [redunas] favore virtutum quod vite ortus odiosus ademit, nos ob hoc volentes tecum misericorditer agere in hac parte et carissimi in Christo filii nostri Iani regis Cipri illustris pro te dilecto nato suo nobis super hoc factis ac tuis supplicationibus inclinati tecum ut huiusmodi defectu nequanquam obstante possis ad omnes etiam sacros ordines promoveri et beneficia ecclesiastica secularia et regularia cuicumque ordinis seu religionis se invicem compatentia etiam si dignitates pontificales vel principales seu alias capita ordinum seu religio[sum] fuerint et ad ea quis consuerunt pro electione [assud] si alias tibi canonice conferantur vel assumares ad illa recipere et [retinere] necnon huiusmodi beneficia [quocirces] volueris ex eam promotionis vel alias [semper] dimmittere et loco dimissorum alia beneficia ecclesiastica similia vel dissimilia invicem compatiblea si etiam alius tibi canonice conferentur etiam recipere et retinere libere et licite valeas predicto defectu ac Pictavensis concilii et nostris ac etiam aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon statutis et consuetudinibus ecclesiasticarum, monasticorum, domorum, et ordinum ||quorumcumque|| [tibi] vel in quibus beneficia huiusmodi forsan fuerint ||quibuscumque|| contrariis, iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis nequaquam obstantibus auctoritate apostolica tenore presentium de speciali gratia dispensamus [tibi] de uberiori dono gratie ^u concedentes quod in quibuscumque gratiis per te seu pro te a Sede apostolica de cetero impetrandis, nullam de defectu huiusmodi tenearis

facere mentionem. Nulli ergo *etc.* nostre dispensationis et concessionis infringere *etc.*
Siquis *etc.*

Datum Bononie nono Kalendas decembris anno quarto. Stephanus, de mandato, de Prato.

^a concedenden *del.* R

β-62

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 172, f. 181r-182r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: B. de Montis *mg. s.* Στο τέλος της εγγραφής: Stephanus, de mandato, de Prato.

Μπολόνια

23 Νοεμβρίου 1413

Ο Aloysius γίνεται δεκτός στο Τάγμα των Ιωαννιτών, δίνοντας τον απαραίτητο θρησκευτικό όρκο.

Iohannes *etc.* dilecto filio magistro Hugoni de Lusignano administratori ecclesie Nicosiensi in spiritualibus et temporalibus per Sedem apostolicam deputato notario nostro et Manauco Bighore ac Iohanni de Barreron fratribus hospitalis Sancti Iohannis Ierosolimitanis, salutem *etc.*

Cupientibus vitam ducere regularem apostolicam debet // ^{181v} ad esse presidium ac eorum pium prepositum possint ad laudem divini nominis adimplere. Cum itaque dilectus filius Aloisius de Lusignano scholaris Nicosiensis qui – ut asseritur – in quinto sue etatis anno constitutus ex istic cupiat – sicut accepimus – [...] dilectis filiis magistro et fratribus hospitalis Sancti Iohannis ||Ierosolimitanis|| sub regulari habitu virtutum Domino familiari. Nos volentes ipsum Aloisium pro quo dilecto nato suo etiam carissimus in Christo filius noster Ianus rex Cipri illustris nobis super hoc humiliter supplicantur in huiusmodi suo laudabili preposito [confavere] discretioni nostre pro apostolica scripta mandamus quatenus vos vel duo aut unus vestrum, per vos vel alium seu alios, eundem Aloisium si alias sit idoneus et aliud canonicum non obsistat ex nunc in eodem hospitali in fratrem recipi faciatis filiique [iuxta] ipsius hospitalis consuetudinibus regularem habitum exhibeatis ac regulare ^a pro fratres eiusdem hospitalis professione [emitti] consuetam ab eo si eam libere et [sponte] in

manibus nostris [...] voluerit recipiatis et [adiunctatis] ac faciatis ei de communibus ipsius hospitalis proventibus sicut [vel] ex aliis eiusdem hospitalis fratribus integre [runderi] ipsiusque ibidem [sincera] in dicto caritate tractari. Contradictores per censuram ecclesiasticam *etc.* Non obstantibus tam Bonifatii pape VIII predecessoris nostri volentes commissiones et mandata apostolica certis personis in ea expressis [dirigi] quam aliis consuetudinibus et ordinationibus apostolicis necnon statutis et consuetudinibus prefati hospitalis quibuscumque contrariis iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratus, aut si pro aliis scripta forsitan apostolica sint directa. Seu si eisdem magistro et fratribus vel quibusvis aliis communiter vel divisim a Sede apostolica sit indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, ^β aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicta sedis indulgentur generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, pro quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de quicunque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis; aut quod – ut asseritur – idem Aloysius defectum in etate patitur //^{182r} cum in prefertur in quinto etatis suo anno constitutus existat. Nos cum, eidem Aloisio, ut huiusmodi professionem omittere, valeat si id sponte voluerit predicto defectu necnon constitutionibus et ordinationibus ||apostolicis|| ac supradictis et aliis statutis et consuetudinibus dicti hospitalis quibuscumque etiam contrariis iuramenta confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis nequaquam obstantibus auctoritate apostolica tenore presentium licentiam impartimur.

Datum Bononie, Nona Kalendas Decembris, anno quarto. Stephanus, de mandato, de Prato.

^α hane *del.* R ^β non possint *del.* R

β-63

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 172, f. 182r-182v
Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: B. de Montis *mg. s.* Στο τέλος της εγγραφής: Stephanus, de mandato, de Prato.

Μπολόνια

23 Νοεμβρίου 1413

Ο πάπας Ιωάννης ΚΓ΄ παραχωρεί στον νόθο γιο του Αλοΐσιο την Κομανταρία της Κύπρου και τη μικρότερη κομανταρία της Ανώγυρας και του Φοίνικα, μετά τον θάνατο των μαγίστρων Δομίνικου de Alamania και Ραϋμόνδου Lescure.

Iohannes *etc.* dilecto filio Aloysio de Lusignano scolari Nicosiensi, salutem *etc.*

Sincere devotionis affectus, quem ad nos et Romanam gerit Ecclesiam, promeretur ut, ea que ad tue comoditatis augmentum cedere valeant, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus.

Hodie siquidem de Colosii quam quondam Raymundus de Lescura ac de Finice et Naugere Nemociensis et Paphensis diocesis domorum preceptoris hospitalis sed Iohannis Ierosolimitanis, quas quondam Dominicus de Alamania ultimu ipsarum preceptoris et domorus hospitalis prefati preceptores extra Romanam Curiam defuncti, obtinebant devotione ac intuitia carissimi in Christo filii nostri Iani regis Cipri illustris pro te nobis humiliter supplicantis per obitum Raymund et Dominici prefatorum – ut prefertur – vacantibus gloriose ||providere|| mandavimus prout in nostris super inde confectis litteris plenius continentur.

Cum vero sicut ex fidedigna relatione accepimus nonnulli fructus, redditus et proventuum ac obventiones, emolumenta et alia boni preceptoris prefatis spectantibus et pertinentibus a nonnullis tam clericis quam laicis occupantur et deterentur indebite occupata. Nos, volentes super [provisionem] salubriter providere tibi que intuitu dicti regis ampliorem et uberiolem gratiam cupientes facere ut aquibuscumque tam clericis quam laicis huiusmodi cuiuscumque status, gradibus, ordinis et conditionis existant, fructus, redditus et proventuum, emolumenta, obventiones et quecumque alia bona prefata a dato diei abitus ^a ||quolibet|| predecessoris Raymundi et Dominici preceptoris huiusmodi pertinentibus seu alias spectantibus auctoritate apostolica petendi, exigendi et recipiendi ac de preceptis generalem favore faciendi, liberandi et absolvendi ac ulterius non petendo promitendi //^{182v} et obbligandi auxiliumque brachii secularis si expediat implorandi stabilimentis necnon statutis et consuetudinibus ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis et dictorum ordinis et hospitalis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, plenam et liberam concedimus

tenore presentium facultate ac omnimodam presentationem. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis et voluntatum infringere *etc.* Siquis *etc.*

Datum Bononie, nono Kalendas Decembris, anno quarto.

Simili modo delicto filio magistro Hugoni de Lusignano notario nostro, salutem *etc.* Hodie dilecto filio Aloysio de Lusignano scolari Nicosiensis quasdam litteras apostolicas concessimus quarum tenor sequitur et est talis dilecto filio Aloysio de Lusignano scolari Nicosiensis, salutem ^β et apostolicam benedictionem. Sincere devotionis affectus *etc.* et fuit datum Bononie nono Kalendas Decembris pontificatus nostri anno quarto.

Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus eidem Aloysio vel procuratori suo ad hoc ab eo specialis constituto facias per te vel alium seu alios ab omnibus et singulis boni huiusmodi detinentibus seu alias quomodolibet occupantibus auctoritate nostra integre responderi fructusque, redditus et proventus et alia quecumque bona, iura et iurisdictiones preceptoriiis prefatis quomodolibet pertinentiam a die obitus Raymundi et Dominici prefatorum usque ad datum presentium facias auctoritate prefata cum integritate eidem Aloysio vel procuratori suo responderi. Invocatio ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis. Non obstante si eisdem decentoribus et occupatoribus a Sede apostolica indultum existat quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indultum huiusmodi mentionem. Contradictores quoslibet et rebelles pro censuram ecclesiasticam ^β *etc.* Datum *ut supra*. Stephanus, de mandato, de Prato.

^α prefatis *del. R* ^β *etc. del. R* ^γ *dat del. R*

β-64

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 172, f. 134r-138r

Έκδοση: Βλ. *Acta Johannis XXIII*, 2, αρ. 175

Σημειώσεις: B. de Montis *mg. s.* Στο τέλος της εγγραφής: Stephanus, de mandato, de Prato.

Ο Ιανός λαμβάνει την άδεια από τον πάπα Ιωάννη ΚΓ' να ψάλλεται η Θεία Λειτουργία που συνέγραψε για τον άγιο Ιλαρίωνα.

Iohannes *etc.* Ad perpetuam rei memoriam. Sic Deus omnipotens cuius inscrutabilis altitudo consilii ineffabili dispositione celestia simul et terrestria moderatur eius ministros magnificat et decorat ac in eos dona Sancti Spiritus ampla largitione diffundit, ut nonnunquam eis contra mundi illecebras vitam tribuit integerrimam fidem stabilem charitatem fervidam et spem firmam atque perfectam unde bonitas divina meritorum provida distributrix, digna dignis rependens, illos ex ministris huiusmodi potioribus attolit insigniis dignitatum et premiorum ampliori recompensatione prosequitur, quos magis munitos agnoscit et ingentorum commendat excellentia meritorum, ad cuiusquidem bonitatis instar sacrosancta mater et militans ecclesia universos in eterna premia collatos et inter ceteros pios et prudentes confessores virtutum insigniis decoratos, studiis honorare sollicitis et sonoris efferre preconiiis non desistit, propter quod Sedis Apostolice providentia circumspecta, ut ubi Sanctorum merita sunt Christifidelibus notiora, ibi etiam ||de|| illis celebrior memoria habeatur et merita huiusmodi solemniter recolantur, ad gloriam et honorem divini nominis, exaltationem catholice fidei salutemque fidelium de speciali gratia concedere consuevit. Cum itaque – sicut accepimus – carissimus in Christo filius noster Ianus rex Cypri illustris, ad Sanctum Ilarionem gloriosum confessorem sincere et specialis gessit prout et gerit devotionis affectum et ad eius gloriam et honorem quandam tenorem officii eiusdem Sancti studiose et laudabiliter composuit et cum nobis destinari fecit ac ex magna et ferventi devotione summo et intimo desiderio affectavit nobisque super hoc humiliter supplicavit, ut huiusmodi officium approbare et confirmare et in dicta ecclesia decantare de benignitate apostolica statuere et mandare dignaremur. Nos igitur tenorem dicti officii per dilectos filios nostros <vacat> ti Grisogoni presbyterum et Franciscum Sanctorum Cosme et Damiani diaconum Sancte Romane Ecclesie Cardinalem inspici et examinari fecimus diligenter et per fidedignam ipsorum Cardinalium relationem nobis super hoc factam, repperimus eundem tenorem veritate et facti evidentia comprobari et a rationis tramite non deviare, nosque propterea pio ducti consilio dignisque studiis excitati, ac ||ipsius|| huiusmodi etiam Regis in hac parte supplicationibus inclinati ex premissis certis aliis rationabilibus causis nostrum ad id animum ||inducuntibus||^α, dictum officium, cuius

exemplum in fine de verbo da verbum describitur, auctoritate apostolica tenore presentium approbamus et confirmamus ac presentis scripti patrocinio communimus ac insuper volumus et eadem auctoritate statuimus et mandamus huiusmodi officium in prefata ecclesia cum debitis reverentia, devotione et honore singulis annis perpetuis futuris temporibus celebriter decantari. Tenore vero dicti officii sequitur et est talis in //^{134v} festo Sancti Ilarionis abbatis in Primis Vesperis antiphona. Fulget sidus¹ ethereum Ilarion² in Cipro, qui super stratum terrenum³ occubuit in scirpo nam supra nudam iacuit humum et in sacco cum Deum sic excoluit celebris⁴ omni⁵ populo. Psalmo. Dixit Dominus. Antiphona. Gentes laudate Dominum, qui ornat suum famulum domo strato et veste arcta stricto et rustica [inttumente] aquatica Ieronimo⁶ hoc teste. Psalmus. Confitebor. Antiphona. Hic puer bone indolis prius despectis ydolis, gramaticam adeptus Antonii vestigiis abiectus mox fastigiis monachus est effectus. Psalmus. Beatus vir. Antiphona. Almus, pronus, obediens iustus, gratus et diligens heremum subintravit castus, vigil et fervidus dulcis, bonus sed rigidus, regulam ampliavit. Psalmus. Laudate pueri. Antiphona. Sex unciarum ordei et oleris non olei pane⁷ refocillatus⁸ ita stabat per triduum sive sic per quatrimum post [disim] satiatus. Psalmo. Laudate Dominum omnes gentes. Capitulum. Fratres, doctrinis variis et peregrinis nolite abduci. Optimum est enim gratia stabilire cor non escis que non profuerunt ambulatibus in eis.⁹ Responsorium. Deo gratias. Responsorium ad vespas. Letare, Cypus florida feta sanctis odoribus, es fertilis et rorida [alnus]¹⁰ compta corporibus, propter quod et Ilarion¹¹ fide sancte Matris Syon est tibi pater proprius. Versiculus. Nam inter tuos ceteros quos sacros genuisti huic isti solum regios custodes tribuisti. Propter. Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto. Propter ymnus ad vespas¹². Exultans in preconio, o felix regnum Ciprium,¹³ tono et semitono patronum lauda proprium. Puer, crescens, ingreditur¹⁴ sicut cedrus in Libano, nomen huic iudicatur¹⁵ angeli vaticinio. Dignis datur doctoribus hic imbuendus litteris probis ornatur moribus sub annis adhuc teneris. Ilarion¹⁶ catholicam fidem capit puerulus vitam gerit monasticam velut Christi discipulus. Annos per octodecies in corporis ergastulo vixit, sed denis septies¹⁷ sanctorum in collegio. Trino Deo et simplici sit laus eque per omnia Ilarionis¹⁸ supplici prece det celi gaudia amen. Versiculi et responsoria brevia¹⁹ tam ad diurnum quam²⁰ ad nocturnos dicuntur de comuni confessoris simplicium. Ad Magnificat. Antiphona. Sanctus pater Ilarion²¹ devicit formicaleon non metuens latrones excrevit plus Monte Syon torrente altior cedron expulit baratrones²² tres suscitavit mortuos curavit

energuminos, sanavit unam cecam medetur paraliticos violat brutos umbricos refecit Christi tecam holus²³ expurgat putridum et struprum²⁴ aufert luridum per Sanctam Christi Crucem salva nos, pater, sedulos et ortodoxos²⁵ populos perduc ad veram lucem. Psalmus. Magnificat. [Oratione]. // ^{135r} Deus, qui animam Beati Ilarionis²⁶ ab huius mundi turbinibus absolutam celum subintrare fecisti tribue quesumus, ut qui eius corpus sanctissimum veneramur in terris liberati a malis omnibus eius precibus et meritis, gloria et honore coronari mereamur in celis. Per Dominum. Ad matutinum. Invita totium. Confessorem cipricum²⁷ Ilarionem²⁸ monachum²⁹ devote rogemus. Jesum Christum Dominum, ut³⁰ salvatorem hominem, venite, adoremus. Psalmus. Venite ³¹ymnus ad nocturnum. Ordo sanctorum militum heremitarum humilis, Ilarion³² inclitum collaudet³³ turma³⁴ iubilis. Quesivit³⁵ hic Anthonium, quem Christus ei protulit, cuius sanctum commonium ad vitam sibi profuit. Hic sanctus it ad nemora non nictu leti³⁶ territus, nec fugit dira verbera, sed caritate fervidus. Hunc transitu mirabilem sanctorum in splendoribus, de celis honorabilem translatum celi civibus. Anthonii cuculula³⁷ hunc ornat atque sacculus, et monachorum regula scribit Sanctus Ieronimus³⁸. Honor virtutis inclite Patri prolique genite, Sacro spirato Flamini sit sine meta termini. Amen. In primo nocturno. Antiphona. De spinis ydolaticis divina rosa floruit, Ilarion tenaticis dum vir beatus micuit. Psalmus. Beatus vir cum reliquis de comuni confessare³⁹. Antiphona. Missus in Alexandriam annectitur gravitate, hic mores et industriam exercuit catholice. Antiphona⁴⁰. Quantum etas sustinuit brevissimo in tempore arte loquendi viguit et cum sancto opere.⁴¹ Omnes novem lectiones leguntur de istoria sine de vita ipsius sancti. Lectio prima. Ilarion⁴² ortus vico Thabata, qui circiter quindecummilia⁴³ a gara⁴⁴ urbe Palestine ad austrum situm est cum parentes haberet ydolis⁴⁵ deditos, rosa, ut dicitur, de spinis floruit. A quibus Alexandriam missus⁴⁶ gramatice⁴⁷ traditus est, ibique quantum illa patiebatur etas magna ingenii et morum documenta prebuit, ⁴⁸brevi carus⁴⁹ omnibus et loquendi arte gnarus. Tu autem Domine. Responsorium primum. Decennis adhuc iuvenis hic puer Christo credidit cuncta tradens indigenis et summum Deum coluit. Omni cum devotione et⁵⁰ sancta in oratione. [Versiculus]. Visitat oratoria, ut ei detur gloria⁵¹ perlustrabat ecclesias agendo Deo gratias. Omni cum devotione. Lectio II. Quodque hiis maius est omnibus credens in Dominum Ihesum non circi furoribus, non arene sanguine, non theatri luxuria delectabatur, sed tota illa voluntas in ecclesie congregatione erat⁵². Audiens autem tunc celebrem nomine Antonii ^β quod per omnes Egipti⁵³ populos ferebatur incensus⁵⁴ videndi⁵⁵ eum⁵⁶ studio perrexit ad heremum⁵⁷.

Cum autem responsorium. Audiens autem celebrem famam Antonii arripuit viam celerem mox gratia preconii, ut alumnus esset eius et vitaret //^{135v} quod esset⁵⁸ peius. Succensus causa studii profectus est ad heremum. Motus vita Antonii visitavit⁵⁹ veterulum⁶⁰. Ut lectio III. Et statim ut⁶¹ eum vidit. Mutato pristino⁶² habitu duobus fere mensibus iuxta eum mansit contemplanus ordinem vite eius morumque gravitatem, quam creber in oratione, quam humilis in suscipiendis fratribus severus in corripiendis alacer in exortandus⁶³ esset et ut⁶⁴ continentiam cibique eius asperitatem nulla umquam infirmitas frangeret.⁶⁵ Tamen autem responsorium. Statim ut sanctum comperit, suum mutavit habitum bimestris ei sub fuit se faciendo monachum⁶⁶ ut doctrina repletur et sic eum sequeretur. Versiculus. Videns morum gravedinem et eius legis ordinem, elegit cibos asperos a movit⁶⁷ rursus prosperos. Ut Gloria Patri et Filio et Spiritui Sanctis. In secundo nocturno.⁶⁸ Antiphona. Reversus cum comonachis⁶⁹ defunctis iam parentibus partem dedit pauperibus de rebus partem fratribus. Antiphona⁷⁰. Annorum adhuc quindecim nichil sibi de operibus⁷¹ reservans nec forniscim⁷² nec intus quicquam penitus.⁷³ Antiphona. Nudatus in duminibus vestivit Christum Dominum iniit nichilominus solitudinem nemorum.⁷⁴ Lectio IIII⁷⁵. Porro frequentiam eorum, qui ad⁷⁶ eum ob varias passiones et⁷⁷ impetus demonium concurrebant ultra non sufferens nec congruum esse dicens⁷⁸ pati in heremos⁷⁹ civitatum populos, sicque sibi magis incipiendum esse ut cepisset Antonius illum quasi [virum]⁸⁰ fortem victoriae premia accipere se autem necdum⁸¹ militare cepisse reversus est cum quibusdam monachis⁸² ad patriam.⁸³ Responsorium. Superindutus sacco⁸⁴ tantum mebra cooperuit, epidite pellicio quod sanctus ei prebuit, cum ab eo remearet ad propria perditando⁸⁵. Versiculus. Valedicens Ilarion⁸⁶ Sancto patri Antonio⁸⁷ invidit mirmicaleon de sacco⁸⁸ cilicico. Capitulum. Lectio V.⁸⁹ Et parentibus iam defunctis partem substantie fratribus partem pauperibus largitus est nichil sibi omnino reservans⁹⁰ timens illud de actibus apostolorum Ananie et Saphire⁹¹ vel exemplum, vel supplicium maximeque [dominice]⁹² sententie memor dicentis. Qui non renuntiaverit omnibus que habet non potest meus esse⁹³ discipulus grat autem tamen Amiorum quindecim sit nudus et armatus in Christo solitudinem que in septimo miliario est a gare impurio per litus [cuntibus] Egiptum ad levam flectitur ingressus est.⁹⁴ Responsorium. Carica pauca pascitur ut primus heremicola ieiuna caro geritur //^{136r} post solis occidicula, luxus carnis deprimitur pelluntur hostis spicula. [Versiculus]. Solis iam post crepusculum parvo cibo reficitur ad annum sextum decimum sic usque proficiscitur. Luxus. Lectio VI.⁹⁵ Cunque essent cruenta

latrocinii⁹⁶ loca et propinqui amicique eius ||imminens||^β periculum denunciarent, contempsit mortem, ut evaderet mortem.⁹⁷ Mirabantur omnes animum, mirabantur etatem quasim eo⁹⁸ nisi quod flama⁹⁹ quedam pectoris et scintilla¹⁰⁰ fidei in oculis relucebant leves erant gene delicatum corpus et tenue et ad omnem iniuriam impatiens quod levi vel frigore vel estu possit affligi. Cum autem rensponsorium.¹⁰¹ Anni moram vicesimam¹⁰² attigit in tugurio pellens estum et pluviam sub cellula in [invio]. Ex iuncis quam construxerat ne proruat alluvio. [Versiculus]. Cella quam sanctus edidit sepulcro erat similis, potiusquam hospicio cum esset multum humilis. Ex iuncis. Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto. Ne proruat. In tertio nocturno. Antiphona. Semel in anno abscidit capillos sui capitis die Pasche¹⁰³ nec iacuit nisi in stratis iunceis. Antiphona.¹⁰⁴ Nunquam mutavit tunicam nec lavit postquam induit, in laviaret¹⁰⁵ unicam tunc aliam applicuit.¹⁰⁶ Antiphona. Scripturas sanctas coluit operibus has adimplens, psalmos legit et docuit ut Dominus esset presens.¹⁰⁷ Lectio VII.¹⁰⁸ Igitur sacco tantum membra coopertus et pellicio¹⁰⁹ se habente¹¹⁰ pedetenus¹¹¹ quem illi beatus¹¹² Antonius proficiscenti dederat saccoque rustico¹¹³ inter mare et palludem¹¹⁴ vastam¹¹⁵ terribili solitudine fruebatur, quindecim tantum caricas post solis occasum comedens, et quia regio latrocinii¹¹⁶ erat infamis numquam in eodem loco mansitans¹¹⁷. Cum autem Responsorium. Hic anno a vicesimo¹¹⁸ usque in quintum tricesimum¹¹⁹ lentem in fonte frigendo¹²⁰ et panem ordeatemus, sal herbas cum radicibus mixtas crudas agrestibus. Versiculus. Holera¹²¹ sine oleo commedit¹²² pro cibariis vel¹²³ posuit in orreo¹²⁴ nec quicquam in cellariis. Sal. Lectio VIII.¹²⁵ Quid faceret diabolus¹²⁶, quo se verteret, qui gloriabatur antea¹²⁷, dicens: in celum ascendam, super sidera¹²⁸ poli¹²⁹ ponam thronum meum et ero similis altissimo,¹³⁰ cernebat se vinci a puero et prius fuisse ab eo calcatum, quam per etatem peccare potuisset. Titillabat itaque sensus eius [naturali]¹³¹ carnis ardore et pubescenti corpori solita voluptatum incendia suggerebat. Cogebatur tirunculus Christi cogitare quod nesciebat et eius rei animo pompam volvere //^{136v} cuius experimenta non noverat. Tu autem rensponsorium. Cum caligarent oculi et corpus impetigine admirabantur populi quod vivat in scrabedine¹³². Tunc in refrigerium adiunxit cibis olera¹³³. [Versiculus]. Nil sumpsit hic extrinsecus nec poma nec legumina nec rei quid alterius sed cum ferret lecugimina¹³⁴. Tunc ad. Lectio VIII.¹³⁵ Iratus itaque sibimet¹³⁶ pectus pugnis verberat¹³⁷ quasi cogitationes cede manus posset excludere. Ego te¹³⁸ inquit aselle faciam, ut non recalcitres¹³⁹ nec te alam ordeo¹⁴⁰ sed paleis fameque¹⁴¹ conficiam et siti gravique¹⁴² onerabo pondere per estus et frigora indagabo¹⁴³ ut cibum potius

quam¹⁴⁴ lasciviam cogites. Herbarum ergo succo¹⁴⁵ et paucis caricis post triduum vel
 quatrimum deficientem animam sustentabat, orans frequenter et psallens et raustro¹⁴⁶
 humum fodiens ut ieiuniorum laborem labor operis duplicaret simulque fiscellas iunco
 texens emulabatur monachorum Egipti¹⁴⁷ disciplinam et Apostoli sententiam dicentis:
 qui autem non operatur, non manducet.¹⁴⁸ Tu autem divine rensponsorium. Cum
 fatigato corpore mortem propinquam horruit, farinam tunc olere hic coniuncto sorbuit
 sic usque octogesimum a panibus abstinuit spiritum exalando. Versiculo. Cum ad huc
 calor modicus palpicaret¹⁴⁹ in pectore vi testamenti deditus maluit relinquere tunicam
 evangelium cuculam¹⁵⁰ atque palium. Spiritum. Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto.
¹⁵¹Spiritum. Post ultimum responsorium cantare Te Deum laudamus. Ad laudes et per
 horas. Antiphona. Prepotens in miraculis sublimis sanctitate vir iustus, sanctus,
 humilis nudatus pravitate coniungitur celestibus divina pietate. Psalmos. Dominus
 regnavit cum reliquis. Antiphona. Egredere quid dubitas? nam annis septagenis
 solvisti Deo gratias in huius mundi penis. Anima quid hic hesitas? nunc [unies]¹⁵² in
 amenis.¹⁵³ Antiphona. Obrutus humo propere ut sanctus exalavit nam cunctos ita
 facere presentes adiuravit, sed statim hunc ab ethere salvator visitavit. Antiphona.¹⁵⁴
 Castrum Sancti Ilarion¹⁵⁵ est thorus penitentie, confusus ubi est demon stat corpus
 refragantie hic sicut mons sanctus Syon est locus indulgentie. Antiphona.¹⁵⁶ In castro
 montis altulo est sanctus collocatus in paterno¹⁵⁷ quodam ortulo quo fuit subterratus
 dans lucem omni seculo in Cipro¹⁵⁸ laureatus.¹⁵⁹ [Capitulum]. Fratres doctrinis variis
etc. ymnus. In vasta solitudine ut adipe pinguedine vixit sacrato Flamine Ilarion¹⁶⁰
 cum olere. Carica pauca pascitur caro ieiuna geritur sed spiritus // ^{137r} erigitur fraus
 hostis multa pellitur. Latex arentem reficit non ^δ vini luxus inficit sophia¹⁶¹ patris
 afficit sanctum virtute perficit. Membra sacrata acribus iuncis herent rigoribus operata
 carismatibus¹⁶² contemptis pulvinaribus. Novit orare sedulus fidelis Dei famulus nos
 meritis et precibus iungat sanctorum civibus. Prestet pater per filium, prestet per
 alium Spiritum, cui laus sit et imperium nunc et per omne seculum. Amen. Autem ad
 benedictus. Benedictus sit Dominus Israel qui¹⁶³ salvavit. Nam post agones fervidos
 bravia qui donavit sancto suo perinclito celum cui reseravit, et Cipriano¹⁶⁴ populo
 gaudia cumulavit. Psalmus. Benedictus. Oratione. Deus qui animam beati Ilarionis¹⁶⁵.
 Ad missam introitus. Ego autem cum michi molesti essent induebar cilicio
 humiliabam in ieiunio animam meam. Psalmus. Convertisti planctum meum in
 gaudium michi, concidisti saccum meum et circumdedisti me ^ε letitia. Kyrieleyson
etc. Gloria in excelsis Deo. Oratione. Deus qui animam *etc.* ut supra. Ad Hebreos:¹⁶⁶

fratres doctrinis variis et peregrinis nolite abduci, optimum est enim gratia stabiliri cor, non escis, que non profuerunt ambulanti in eis. Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, qui in tabernaculo deserviunt, quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra, propter quod et Ihesus ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus ergo ad eum extra castra inproperium eius portantes. Nos enim hic habemus manentem civitatem sed futuram inquirimus, per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo id est fructum labiorum confitentium nomini eius, beneficentur autem et communitationibus nolite oblivisci, talibus enim hostiis promeretur Deus. Deo gratias. Dominus adiutor meus et protector meus et in ipso speravit cor meum et adiutus sum. Versicolo. Et refluuit caro mea et ex voluntate mea confitebor illi. Alleluia. Versicolo. Ave sancte Ilarion,¹⁶⁷ qui tot letatus filiis ora sanctum Aelion, ut lauremur liliis et ^ξ fer nos per Achatheon ab mundi hiis¹⁶⁸ exiliis. Nam cordis diatesseron¹⁶⁹ laudamus te et cimbali¹⁷⁰ Dei almus tetegramaton¹⁷¹ in seculorum seculis. Ymnus sine sequentia. Exultantes collaudemus mira sancti personemus eiusque solemnia. Hic vocatur Ilarion¹⁷² quem duxit tetragramaton¹⁷³ regna in perhenia¹⁷⁴. //^{137v} Paternis ab erroribus ne pravaretur sordibus destitit ab ydolis. Audiens hic Antonium¹⁷⁵ reliquit patrimonium, puer bone indolis. Hic descendit a prophanis flevit puer non inanis pro baptisimi. Gloria. Artem hausit scripturarum querens lumen doctrinarum mox in Alexandria. Mox ut se fecit monachum¹⁷⁶ hic tempus post bimensium ad propria meavit. Defunctis tunc¹⁷⁷ parentibus datis rebus pauperibus monachos¹⁷⁸ cumulavit. Primus hic in Palestina fulsit in quo ||lux||ⁿ divina monachus¹⁷⁹ in Syria. Duodenum hic agebat Christum scire cum querebat quadam in cemeria. Cella stratus et vestitus¹⁸⁰ [victus manus]¹⁸¹ sal et ficus huius sunt delitie. Elibantes¹⁸² facit vivos sanat dentes haurit rivos eius sunt divitie. Regia fit hic camuca, qui vult nobis et tunica sancti Ilarionis¹⁸³. Qui sanat energuminos depellit spiritus malos proficit in donis. Abicit mulierculam dicit oratiunculam dando Deo gratias. Accensis quinque digitis et ait cum iniuriis cede retro sathanas. Cella huius fuit bustum lentes aqua scedant bustum semper post crepusculum. Panis, radix, ficus, holus sextuus¹⁸⁴ illi fuit bolus sepe post quadrimum. Cecam curam struprum¹⁸⁵ fugat pauper durat, celum mirat vivis ex lapidibus. Deum orat, Cyprum rorat, quando plorat tunc honorat Christum cum virtutibus. Extraxit ortum parvulum quo suum stat corpusculum alma continetia. Quod flagrat in odoribus cum toga fert Ieronimus¹⁸⁶ sanctaque constantia. Sancte pater, tende manum salva

cetum Ciprianum in pace prospera. Regni fructus da fecundos aufer pestes et iocundos omnes duc ad supera. Evangelium secundum Matheum.¹⁸⁷ In illo tempore dixit Symon Petrus ad Ihesum ecce nos relinquimus omnia et secuti firmus te *etc.* Offerimus. Illustra faciem tuam super servum tuum Domine salvum me fac in misericordia tua non confundar quoniam invocavi te. Secreta Secretorum cognitor Deus da ut intercessione beati Ilarionis¹⁸⁸ tui acceptissimi confessoris quicquod inste [petimus] hic in terris et id quod propiciis reatibus impediri non [...] tua misericordia preveniente gratiose consequi valeamus. [Con.]. Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.¹⁸⁹ Post [con.]. Spiritualis alimonie refecti quesumus omnipotens Deus ut pro nobis interveniente beato Ilarione¹⁹⁰ //^{138r} tuo glorioso confessore et ab omnibus periculis absoluti et deliciis perfrui mereamur eternis. Per Dominum. In secundis vesperis. Antiphona. Ilarion¹⁹¹ de tenebris assurgit Dei gratia effectus mundo celebris parentum fugit vitia.¹⁹² Psalmi, capitula, ymnus et versicula divini sicut in primis vesperis. Antiphona. Hic vitam heremitam elegit ut angelicam doctrinam per monasticam fidem doceret catholicam.¹⁹³ Antiphona. Scandit sanctus alta celi Ilarion¹⁹⁴ palacia e parentis morte primi sublatus occidua.¹⁹⁵ Antiphona. Exultet Cyprus¹⁹⁶ fertilis de tam benigno munere quod tenet sub custodibus tamen vivit in ethere. Antiphona.¹⁹⁷ Post labores fructiferos merita cumulavit, migrans sanctus ad superos mox celum subintravit.¹⁹⁸ Capitulum, ymnus et versiculus ut supra. Ad Magnificat antiphona. Cum corpus hoc examine propter salutem anime constantia rogaret [tunica cum] corpusculo cucula¹⁹⁹ atque palio odoribus flagaret²⁰⁰ tunc sanctus is aperuit, orare cum invaluit sicut si esset presens, alloquiis miraculis, altissimis piaculis, si adhuc foret recens.²⁰¹ Psalmos, Magnificat, oratione ut supra. Nulli ergo *etc.* nostre approbationis confirmationis, communitiois voluntatis statute et mandate infringere *etc.* Siquis autem *etc.*

Datum Bononie, nono Kalendas Decembris, anno quarto. Stephanus de mandato de Prato.

^a induentibus *del.* R ^β [...] *del.* R ^γ insitavit veterubum ut lectio III *del.* R ^δ umi *del.* R michi *del.* R ^ε immittis *del.* R ^σ uni *del.* R ^ζ fcr *del.* R ^η lex *del.* R

¹ sedus *J.II.9* | ² Ylarion *J.II.9* | ³ Iunceum *J.II.9* | ⁴ Celebrior *J.II.9* | ⁵ In *J.II.9* | ⁶ Hieronimo *J.II.9* | ⁷ Prius *J.II.9* | ⁸ Refocilatus *J.II.9* | ⁹ *Προς Εβραίους* 13,9 | ¹⁰ R | ¹¹ Ylarion *J.II.9* | ¹² R | ¹³ Cyprium *J.II.9* | ¹⁴ progreditur *J.II.9* | ¹⁵ Dicitur *J.II.9* | ¹⁶ Ylarion

J.II.9 | ¹⁷ Sexdenis septies *J.II.9* | ¹⁸ Ylarionis *J.II.9* | ¹⁹ ad brevia *J.II.9* | ²⁰ quia *J.II.9* |
²¹ Ylarion *J.II.9* | ²² Baratones *J.II.9* | ²³ Olus *J.II.9* | ²⁴ Stuprum *J.II.9* | ²⁵ Orthodoxos
J.II.9 | ²⁶ Ylarionis *J.II.9* | ²⁷ Cyprium *J.II.9* | ²⁸ Ylarionem *J.II.9* | ²⁹ Monacum *J.II.9* |
³⁰ R | ³¹ exultamus *J.II.9* | ³² Ylarionem *J.II.9* | ³³ collaudat *J.II.9* | ³⁴ Turba *J.II.9* | ³⁵
velunt *J.II.9* | ³⁶ non leti metu *J.II.9* | ³⁷ cucullula *J.II.9* | ³⁸ Hieronimus *J.II.9* | ³⁹ de
communi ut unius confessor *J.II.9* | ⁴⁰ E vo va e *J.II.9* | ⁴¹ E vo va e *J.II.9* | ⁴² Ylarion
J.II.9 | ⁴³ Ilarion [...] quinque millia *Vita S. Hilarionis Migne* Hieronymus 2, 1-2 | ⁴⁴
Gaza *Vita S. Hilarionis Migne* | ⁴⁵ Idolia *Vita S. Hilarionis Migne* | ⁴⁶ missus
Alexandriam *Vita S. Hilarionis Migne* | ⁴⁷ Grammatico *Vita S. Hilarionis Migne* | ⁴⁸ In
Vita S. Hilarionis Migne | ⁴⁹ Charus *Vita S. Hilarionis Migne* | ⁵⁰ R | ⁵¹ R | ⁵² Quodque
maius [...] erat congregatione *Vita S. Hilarionis Migne* 2, 3-4 | ⁵³ Egypti *Vita S.*
Hilarionis Migne | ⁵⁴ incensas *J.II.9* | ⁵⁵ Visendi *Vita S. Hilarionis Migne* | ⁵⁶ Eius *Vita*
S. Hilarionis Migne | ⁵⁷ Eremum *Vita S. Hilarionis Migne* | ⁵⁸ Est *J.II.9* | ⁵⁹ Insivitavi |
⁶⁰ R | ⁶¹ ac *J.II.9* | ⁶² statu *J.II.9* | ⁶³ exhortandis *J.II.9* et *Vita S. Hilarionis Migne* | ⁶⁴
aut *J.II.9* | ⁶⁵ Et statim [...] frangeret *Vita S. Hilarionis Migne* | ⁶⁶ monacum *J.II.9* | ⁶⁷
admovit *J.II.9* | ⁶⁸ sequitur *J.II.9* | ⁶⁹ commonacis *J.II.9* | ⁷⁰ E vo vie *J.II.9* | ⁷¹ Dapibus
J.II.9 | ⁷² Forinsecim *J.II.9* | ⁷³ E vo vie *J.II.9* | ⁷⁴ E vo vae *J.II.9* | ⁷⁵ Porro [...]
patriam, *Vita S. Hilarionis Migne* 2,6 | ⁷⁶ Ex corr. | ⁷⁷ Aut *Vita S. Hilarionis Migne* | ⁷⁸
Ducens *Vita S. Hilarionis Migne* | ⁷⁹ Eremo *Vita S. Hilarionis Migne* | ⁸⁰ unum *J.II.9* |
⁸¹ Se necdum *Vita S. Hilarionis Migne* | ⁸² monacis *J.II.9* | ⁸³ Tu autem Domine *J.II.9* |
⁸⁴ saculo *J.II.9* | ⁸⁵ Peditando *J.II.9* | ⁸⁶ Ylarion *J.II.9* | ⁸⁷ Anthonio *J.II.9* | ⁸⁸ saculo
J.II.9 | ⁸⁹ et parentibus [...] discipulus *Vita S. Hilarionis Migne* 2,6-7 | ⁹⁰ et *Vita S.*
Hilarionis Migne | ⁹¹ Sapphirae *Vita S. Hilarionis Migne* | ⁹² Domini memor *Vita S.*
Hilarionis Migne | ⁹³ *Luc. XIV, 33* | ⁹⁴ Tu autem Domine *J.II.9* | ⁹⁵ Cumque [...] affligi
Vita S. Hilarionis Migne 2,8-10 | ⁹⁶ Latrociniis *Vita S. Hilarionis Migne* | ⁹⁷ evaderet
mortem *Vita S. Hilarionis Migne* | ⁹⁸ Quasim eo R | ⁹⁹ Flamma *Vita S. Hilarionis*
Migne | ¹⁰⁰ scintila *J.II.9* scintile *Vita S. Hilarionis Migne* | ¹⁰¹ Tu autem Domine *J.II.9*
| ¹⁰² Vigessimam *J.II.9* | ¹⁰³ Pasce *J.II.9* | ¹⁰⁴ E vovae *J.II.9* | ¹⁰⁵ in laviaret *J.II.9* | ¹⁰⁶ E
vovae *J.II.9* | ¹⁰⁷ E vovae *J.II.9* | ¹⁰⁸ Igitur [...] consueverat *Vita S. Hilarionis Migne* /
ελλείπει από J.II.9; | ¹⁰⁹ pelliceum habens *Vita S. Hilarionis Migne* | ¹¹⁰ habente se
J.II.9 | ¹¹¹ Ependyten *Vita S. Hilarionis Migne* | ¹¹² [levam] *J.II.9* | ¹¹³ sagumque
rusticum *Vita S. Hilarionis Migne* | ¹¹⁴ paludem *Vita S. Hilarionis Migne* | ¹¹⁵ vasta et
Vita S. Hilarionis Migne | ¹¹⁶ latrociniis *Vita S. Hilarionis Migne* | ¹¹⁷ Loco habitare
consueverat *Vita S. Hilarionis Migne* | ¹¹⁸ vigesimo *J.II.9* | ¹¹⁹ trigesimum *J.II.9* | ¹²⁰

frigido *J.II.9* | ¹²¹ Olera *J.II.9* | ¹²² comedit *J.II.9* | ¹²³ R | ¹²⁴ horreo *J.II.9* | ¹²⁵ Quis [...] noverat *Vita S. Hilarionis Migne 3,2-3* | ¹²⁶ dyabolus *J.II.9* | ¹²⁷ Ante *Vita S. Hilarionis Migne* | ¹²⁸ sydera *J.II.9* | ¹²⁹ celi *Vita S. Hilarionis Migne* | ¹³⁰ *Isa. XIV, 14* | ¹³¹ naturali *J.II.9* | ¹³² Scabredine *J.II.9* | ¹³³ oleum *J.II.9* | ¹³⁴ Legumina *J.II.9* | ¹³⁵ iratus [...] manducet *Vita S. Hilarionis Migne 3,4-6* | ¹³⁶ [sibique] *J.II.9* et *sibi et Vita S. Hilarionis Migne 3,4-6* | ¹³⁷ verberans *Vita S. Hilarionis Migne* | ¹³⁸ te R | ¹³⁹ recalcitres *Vita S. Hilarionis Migne* | ¹⁴⁰ hordeo alam *Vita S. Hilarionis Migne* | ¹⁴¹ fame te *Vita S. Hilarionis Migne* | ¹⁴² gravi onerabo *Vita S. Hilarionis Migne* | ¹⁴³ indagabo et frigora *Vita S. Hilarionis Migne* | ¹⁴⁴ que R | ¹⁴⁵ 1^[1] suco *J.II.9* | ¹⁴⁶ Rastro *Vita S. Hilarionis Migne* | ¹⁴⁷ Egypti *J.II.9* Aegyptiorum monachorum *Vita S. Hilarionis Migne* | ¹⁴⁸ *B' Θεσσ.. III, 10* 149 Palparet *J.II.9* | ¹⁵⁰ cucullam *J.II.9* | ¹⁵¹ Et post horis [diel...] *J.II.9* | ¹⁵² vivis *J.II.9* | ¹⁵³ Evovae *J.II.9* | ¹⁵⁴ Evovae *J.II.9* | ¹⁵⁵ Ylarion *J.II.9* | ¹⁵⁶ Evovae *J.II.9* | ¹⁵⁷ patrio *J.II.9* | ¹⁵⁸ Cypro *J.II.9* | ¹⁵⁹ Evovae *J.II.9* | ¹⁶⁰ Ylarion *J.II.9* | ¹⁶¹ Sophya *J.II.9* | ¹⁶² karismatibus *J.II.9* | ¹⁶³ Ei *J.II.9* | ¹⁶⁴ Cypriano *J.II.9* | ¹⁶⁵ Ylarionis *J.II.9* | ¹⁶⁶ *Προς Εβραίους Επιστολή 13, 9-16* | ¹⁶⁷ Ylarion *J.II.9* | ¹⁶⁸ his *J.II.9* | ¹⁶⁹ Dyathessaron *J.II.9* | ¹⁷⁰ cymbalis *J.II.9* | ¹⁷¹ tethagramaton *J.II.9* | ¹⁷² Ylarion *J.II.9* | ¹⁷³ tethagramaton *J.II.9* | ¹⁷⁴ perennia *J.II.9* | ¹⁷⁵ Anthonium *J.II.9* | ¹⁷⁶ monacum *J.II.9* | ¹⁷⁷ Iam *J.II.9* | ¹⁷⁸ monacas *J.II.9* | ¹⁷⁹ monacus *J.II.9* | ¹⁸⁰ Vestitus *J.II.9* | ¹⁸¹ R | ¹⁸² Delibantes *J.II.9* | ¹⁸³ Ylarionis *J.II.9* | ¹⁸⁴ olus sextus *J.II.9* | ¹⁸⁵ stuprum *J.II.9* | ¹⁸⁶ Hieronimus *J.II.9* | ¹⁸⁷ *Κατά Ματθαίον 19, 27-29* | ¹⁸⁸ Ylarionis *J.II.9* | ¹⁸⁹ *Ψαλμός 83 (84)* | ¹⁹⁰ Ylarione *J.II.9* | ¹⁹¹ Ylarion *J.II.9* | ¹⁹² Evovae *J.II.9* | ¹⁹³ Evovae *J.II.9* | ¹⁹⁴ Ylarion *J.II.9* | ¹⁹⁵ Evovae *J.II.9* | ¹⁹⁶ Cyprus *J.II.9* | ¹⁹⁷ Evovae *J.II.9* | ¹⁹⁸ Evovae *J.II.9* | ¹⁹⁹ Cuculla *J.II.9* | ²⁰⁰ flagraret *J.II.9* | ²⁰¹ Evovae *J.II.9*

β-65

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Lat. 161, f. 293v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Job *mg. s.* Στο τέλος της εγγραφής: Franciscus, XX, de Angelo

Κωνσταντία

19 Φεβρουαρίου 1414

Παραχώρηση πλήρους άφεσης αμαρτιών στην Αγνή de Lusignano, κόρη του βασιλιά της Κύπρου Ιακώβου.

Iohannes *etc.* dilecte in Christo filie nobili mulieri Agnesie de Lusignano nate clare memorie Iacobi quondam Cipri et Armenie regis, salutem *etc.* Provenit *etc.*

Datum Constantie, undecimo Kalendas Martii, anno quinto.

β-66

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Lat. 172, f. 138r-v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: B. de Montis *mg. s.* Στο τέλος της εγγραφής: Stephanus, de mandato, de Prato.

Μπολόνια

23 Νοεμβρίου 1413

Ο πάπας παραχωρεί τη δεκάτη ορισμένων χωριών, έπειτα από αίτημα του βασιλικού ζεύγους. Ωστόσο, τα χωριά αυτά θα πρέπει να καταβάλουν συγκεκριμένο ποσό, 1500 χρυσά βυζαντινά για τη Λευκωσία, 1000 για την Πάφο και 500 για τη Λεμεσό.

Iohannes *etc.* carissimo in Christo filio Iano regi Cipri illustri, salutem *etc.*

Meruit tue sinceritatis preclara devocio, qua nos et Romanam Ecclesiam intentis studiis revereris, necnon grata celsitudinis tue obsequia, que nobis et eidem ecclesie hactenus impendisti et adhuc sollicitis studiis impendere non desistis, ut personam tuam nostris amicabilem affectibus specialibus, favoribus et gratiis decoremus et illa eidem celsitudini, presertim per que hostium catholice fidei protervia <conteratur>^a et eorum exterminium ac eiusdem fidei defensio procurentur, liberaliter concedamus.

Exhibita siquidem nobis nuper, pro parte tua petitione continebat, quod tu et carissima in Christo filia nostra Karlota consors tua regina Cipri illustris, in decimarum ex vestris casalibus que in vestro regno Cipri possidetis debitarum solutionibus, multipliciter aggravamini et ipsum regnum ab infidelibus circumiacentibus undique molestatur, ac te et regnum ipsum pro dictorum //^{138v} hostium protervia conterenda ac eorum exterminio et ipsius fidei defensione huiusmodi procurandis intollerabilia expensarum profluvia oporteat sustinere ac earum onera supportare, pro parte tua, ut ipsum regnum ab huiusmodi infidelium

insultibus eo fortius defensare ac melius manutenere valeas, nobis fuit humiliter supplicatum ut tibi tuoque et dicti Regni statui super hoc de oportuno remedio providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, casalia predicta et homines in eis habitantes ab omni solutione personalium et predialium decimarum vita tua et tui immediati successoris primi regis Cipri in humanis durante auctoritate apostolica, tenore presentium totaliter eximimus et etiam liberamus, decernentes ex nunc irritos et inanes quoscumque processus et sententias quos et quas contra exemptionem et ||libertatem||^β huiusmodi forsitan haberi contigerit seu etiam promulgari.

Volumus autem quod prefati habitantes interim loco solutionis decimarum huiusmodi Nicosiensi millequingenta et Paphensi mille ac Nimosiensi ecclesiis quingenta bissantia annis singulis solvere teneantur et ad id dumtaxat valeant coherceri. Nulli ergo etc. nostre exemptionis, liberationis, constitutionis et voluntatis infringere etc. Siquis etc.

Datum Bononie, nono Kalendas Decembris, anno quarto. Stephanus, de mandato, de Prato.

^α conterantur] *ad corr.* R ^β liberationem *del.* R

β-67

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαική σειρά: Reg. Lat. 161, f. 300v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Job *mg. s.* Στο τέλος της εγγραφής: Franciscus, XII, De Agello.

Κωνσταντία

19 Φεβρουαρίου 1414

Παραχώρηση άφεσης αμαρτιών προ του θανάτου (*in articulo mortis*) στον Πέτρο de Juvenis και στη σύζυγό του Ισαβέλλα.

Iohannes etc. dilecto filio nobili viro Petro Juvenis militi regni Cipri admirato et dilecte in Christo filie nobili mulieri Isabelli eius uxori, salutem etc. Sincere etc.

Datum Constantie, undecimo Kalendas Martii, anno quinto.

β-68

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 174, ff. 227v-229r

Έκδοση: Μερικώς εκδεδομένο *Acta Johannis XXIII*, τ. 2, αρ. 188

Σημειώσεις: Στο τέλος της εγγραφής Franciscus, XXXXXXXX, de Agello.

Μπολόνια

14 Μαΐου 1414

Ο Ιωακείμ de Torsellis, καθηγητής Θεολογίας, του Τάγματος των Σερβιτών, εκλέγεται επίσκοπος Αμμοχώστου, μετά τον θάνατο του Ιωάννη.

Iohannes etc. dilecto filio Ioachim de Torsellis de Ianua electo Famagustano, salutem etc.

Apostolatus officium quamquam insufficientibus meritis nobis ex alto commissum, quo ecclesiarum omnium regimini presidemus, utiliter exequi coadiuvante Domino cupientes solliciti corde ^a reddimur et solertes, ut, cum de ipsarum regiminibus agitur committendis, tales eis in pastores preficere studeamus, qui commissum sibi gregem dominicum sciant non solum doctrina verbi sed exemplo boni operis informare, commissasque sibi ecclesias in statu pacifico et tranquillo velint et valeant duce Domino salubriter regere et feliciter gubernare.

Dudum siquidem, bone memorie Iohanni episcopo Famagustano regimini Famagustane ecclesie presidente, nos, cupientes eidem ecclesie cum eam vacare contingeret per operationis nostre ministerium utilem et ydoneam presidere personam, provisionem ipsius ecclesie ordinationi et dispositione nostre duximus ea vice specialiter reservandam, decernentes extunc irritum et inane si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari.

Postmodum vero, prefata ecclesia per obitum dicti Iohannis episcopi, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, pastoris solatio destituta, nos, vacatione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta, ad provisionem ipsius ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit sive potest, reservationem et decreto obsistentibus supradictis ne ecclesiam ipsam longe vacationis exponeretur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de preficiendo eidem ecclesie personam utilem et etiam

fructuosam cum fructibus nostris habuimus diligentem, demum ad te Ordinis Fratrum Servorum Sancte Marie ordinis Augustini in sacerdotio constitutum, cui de religionis zelo, litterarum scientiam, vite munditia, honestate morum, spiritualium providentia et temporalium circumspectione ac aliis multiplicum virtutum donis apud nos fidedigna testimonia perhibentur, direximus oculos nostre mentis, quibus omnibus attendita meditatione pensatis, de persona tua vobis et dictis fratribus nostris ob tuorum exigentiam meritorum accepta eidem ecclesie de dictorum fratris nostris consilio auctoritate apostolica providemus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, //^{228r} curam et administrationem ipsius, tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie commitendo, firma spe fiduciaque conceptis, quod, dirigente Domino actus tuos, prefata ecclesiam per tue circumspectionis industriam et studium fructuosum regetur utiliter et prospere dirigetur ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Quocircum discretam tue per apostolica scripta mandamus quatenus impositum tibi a Domino onus regiminis dicte ecclesie suscipiens reverenter curam et administratione predictas sic exercere studeas solícite fideliter et provideatur quod dictam ecclesiam pro circumspectionis industriam et studium fructuosum gubernatori provideo et fructuoso administratori gaudeat se commissam tuque propter eterne retributionis premium nostram et dicte sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis. Datum Bononie, secundo Idus Maii, anno quarto.

Simili modo dilectis filiis capitulo ecclesie Famagustane, salutem etc. Apostolicatus officium etc.

Quocirca discretioni nostre per apostolica scripta mandamus quatenus eidem electo tamquam patri et pastori animarum vestrarum humiliter intendentes ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitam et devotam, eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam quam idem electus rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

Simili modo dilectis filiis clero civitarum et diocesis Famagustane, salutem etc. Apostolicatus officium etc.

Quocirca discretioni nostre per apostolica scripta mandamus quatenus eidem electo tamquam patri et pastori animarum nostrarum humiliter intendentes ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitam et devotam, eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam quam idem

electus rite tulerit in rebelles ratam habebibus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

Simili modo dilectum filii populo civitatis et diocesis Famagustane, salutem *etc.* ||Apostolatus officium|| *etc.* //^{228v} quocirca universitatem vestram rogamus et hortamur attente per apostolica nobis scripta mandantes, quatinus eundem electum tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato admittentes honore ex libeantis eidem obedientiam et reverentiam debitas et devotas, ita quod ipse in vobis devotionis filios et vos in eo per consequens patrem invenisse benivolum gaudeatis. Datum *ut supra*.

Simili modo dilecto filiis universis vasallis ecclesie Famagustane, salutem *etc.* Apostolatus officium *etc.* quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eiundem electum tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum devote suscipientes et debita honorificentia pertractantes ei fidelitatem solitam necnon consueta servitia et iura sibi a nobis debita exhibere integre studeatis. Alioquin sententiam sine penam, quam idem electus rite tulerit seu statuerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctoritate usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

Simili modo venerabili fratri archiepiscopo Nicosiensi, salutem *etc.* Ad cumulum *etc.* Cum igitur, ut idem electus in commissa sibi cura dicte ecclesie facilius proficere valeat, tuis favor ei noscatur fore plurimum opportunus, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente per apostolica scripta mandantes quatinus eiundem electum et prefatam ecclesiam suffraganeam tuam habeas pro nostra et Apostolice Sedis reverentia propensius commendatos, in ampliandis et conservandis iuribus suis, sic eos tui favoris presidio prosequaris, quod idem electus in commisso sibi dicte ecclesie regimine se possit utiliter exercere, tuque divinam misericordiam ac nostram et dicte sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequari merearis. Datum *ut supra*.

Simili modo carissimo in Christo filio Iano regi Cipri illustri, salutem *etc.* Gratie divine *etc.* Cum itaque fili carissime sit virtutis opus Dei ministros benigno favorem prosequi ac eos verbis et operibus pro Regis eterni gloriam venerari, serenitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus eiundem electum et prefatam ecclesiam sue cure comissam habens pro nostra //^{229r} et dicte sedis reverentia propensius commendatos et ampliandis et conservandis iuribus suis sit eos tui favoris presidio prosequaris quod ipse electus in commisso sibi dicte regimine possit Deo propitio prosperari ac tibi exinde a Deo perhenus vite premium et a nobis condigna proveniat actio gratiis. Datum *ut supra*.

^a et del. R

β-69

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Arm. XII 121A, f. 43r
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: Famagustan. *mg. s.*

<Μπολόνια>

14 Μαΐου 1414

Σημείωση για την ανάληψη της επισκοπής Αμμοχώστου από τον Ιωακείμ de Torsellis.

Die Lune pridie Idus Maii ecclesie Famagustane in insula Cypri vacanti [providetur] de persona fratris Ioachimi de Torcelli, ordinum Servorum, bacallarii in Theologia.

β-70

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 167, f. 210v
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: Petri de Trilhia *mg. s.* Στο τέλος της εγγραφής Stephano, XVI, de Prato

Μπολόνια

18 Μαΐου 1414

Παραχώρηση προνομίων στον Ancianus de Nevilles και στη σύζυγό του.

Iohannes *etc.* dilecto filio nobili viro Anciano de Novilles militi et dilecte in Christo filie, eius uxori, Nicosiensibus, salutem *etc.* Sincere *etc.*

Datum Bononie, quintodecimo Kalendas Iunii anno quarto.

β-71

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Lat. 167, f. 240r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Petri de Trilhia *mg. s.* Στο τέλος της εγγραφής Stephano XVI de Prato

Μπολόνια

18 Μαΐου 1414

Παραχώρηση προνομίων στον Ancianus de Nevilles και στη σύζυγό του.

Iohannes *etc.* dilecto filio nobili viro Anciano de Novilles militi et dilecte in Christo filie [...] eius uxori, Nicosiensibus, salutem *etc.* Provenit *etc.*

Datum Bononie, quintodecimo Kalendas Iunii, anno quarto.

β-72

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Vat. 346, f. 158r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: De Curia *mg. d.* Στο τέλος της εγγραφής: Collata per me P. de Trilhia. C. Vecher.

Μπολόνια

27 Ιουλίου 1414

Ο Νικόλαος Γ΄ de Este πλήρωσε στο Αποστολικό Ταμείο το ποσό των 2000 χρυσών φλορινιών για λογαριασμό του βασιλιά Ιανού, για χρέος του *ex certis causis* προς το Αποστολικό Ταμείο. Ο Νικόλας τον προηγούμενο χρόνο (1413) είχε ταξιδέψει προς τους Αγίους Τόπους, περνώντας και από την Κύπρο.

Iohannes *etc.* Universis et singulis presentes litteras inspecturis, salutem *etc.*

Universitati vestre ^a notum facimus per presentes quod dilectus filius nobilis vir Nicolaus marchio Estensis in civitate nostra Ferrariensi pro nobis et Romana Ecclesia in temporalibus vicarius apostolice camere solvit realiter cum effectum summam duorum milium florenorum auri de camera, quam summam duorum milium florenorum prefatus marchio pro carissimo in Christo filio Iano, rege Cipri illustri, prefate camere ex certis causis debitore dicte camere promiserat [de] qua quidem

summa, nos regem et marchionem prefatos tenore presentium quitamus et plenarie liberamus ac pro indemnitate eiusdem marchionis servanda omnia et singula actiones et iura, que prefate camere apostolice contra dictum regem competebant eidem marchioni cedimus atque damus.

Datum Bononie, VI Kalendas Augusti, anno quinto.

^a *votivam del. R*

β-73

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Vat. 346, ff. 248v-250v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Στα φύλλα 195r-196v η ίδια πράξη με ελαφρές διαφορές στο λεκτικό

Μπολόνια

27 Ιουλίου 1414

Ο Angelino de Sancte Cruce είναι παπικός απεσταλμένος του πάπα Ιωάννη ΚΓ΄ στην Ανατολή και του ανατίθενται διάφορες αποστολές σε εκείνα τα μέρη.

Iohannes *etc.* dilecto filio nobili viro Angelino de Sancte Cruce domicello Barulensis scutifero honoris ac familiari necnon in Regno Cipro, in Colocensis, Amoreorum, Cefaludensis, Cretensis et Chiensis civitatibus, provinciis ac diocesis et quibuscumque aliis provinciis, civitatibus, diocesis, terris ac locis que in partibus orientalibus per dilectos filios dominia Venetorum ac etiam Ianuensis reguntur et gubernantur communiter vel divisim depositario comissarioque nostro, salutem *etc.*

De tuis fide diligentia nobilitate generis //^{249r} providentia ac gerendarum rerum experientia familiari notitia per longa iam tempora nobis notis summentes in Domino fiduciam singularem quod illa que eidem tue diligentie commitenda duxerimus exequeris fideliter et prudenter et nuper pro defensione status Sancte matris Ecclesie et pro urgentissimis necessitatibus omnisque ecclesie et apostolice camere et maxime ut civitates, terras, castra, loca et provincias necnon iura et bona ad nos et dictam Romanam Ecclesiam spectantia, que per nonnullos tyrannos prefate Romane Ecclesie hostes atque rebelles detinetur hostili malignitate contra Deum et iustitiam occupata

recuperare possimus ac pro defensione fidelium subditorum, necnon pro nonnullis tractandis et peragendis super reformationem [salube...] status eiusdem ecclesie et ex certis aliis arduis causis ad diversa regna et mundi partes nobis et ecclesie prelibate devota ad instar felicis recordationis summorum pontificum predecessorum nostrorum in maximis necessitatibus eiusdem ecclesie ad implorando presidia undequaque nuntios nostros provideremus destinandos, nos, optantes, ut commissa, tibi negotia feliciter et votive peragere valeas et attendentes quod quanto maioribus fueris facultatibus et procuratibus commitimus tanto felicius ac brevius illa exequi et efficere poteas te in regno Cipri, in Colocensis, Amoreorum, Cefaludensis, [Reconsis] et Chiensis civitatibus, provinciis ac diocesis et quibuscumque aliis provinciis, civitatibus, diocesis, terris ac locis, que in partibus orientalibus per dilectos filios dominia Venetorum ac etiam Ianuensis reguntur et gubernantur communiter vel divisim depositarium commissarumque [nostrum] necnon receptorem et collectorem pecuniarum fructuum, reddituum et proventuum rerum et bonorum quorumlibet penes quoscumque [existentium], que ex predicatione verbi crucis necnon subsidiis et aliis quibuscumque causis in regno, provinciis, civitatibus, terris et locis et partibus supradictis hactenus provenerunt vel huiusmodi tuo depositariatu durante provenient in futurum usque ad nostrum beneplacitum tenore presentium facimus, constituimus et etiam deputamus tibi per te vel alios fide et facultatibus idoneos, quos duxeris deputandos a quibuscumque regibus et regnis prelatibus et principibus ac tam ecclesiasticis quam secularibus et quibusvis potentatibus seu dignitatibus constitutis universitatibus et cleris ac singularibus personis cuiuscumque status, gradus, habitus, sexus aut conditionis fuerint pro recuperationem defensione ac resistentia predictis et aliis urgentissimis causis statum et reformationem sancte Romane Ecclesie concernentibus auctore Domino faciendis pro nobis ^u ecclesia et camera prefata in tantis [imminentibus] opportunitatibus auxilia et subsidia caritativa ac subventiones manus petendi et implorandi //^{249v} necnon nostre Romane Ecclesie et camere apostolice nominibus a quibuslibet patriarchis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, aliisque prelatibus et prioribus, archidiaconis, plebanis, archipresbiteris, presbiteris et aliis ecclesiasticis secularibus et regularibus exemptis et non exemptis ordinum quorumlibet et etiam laicalibus personis ac locorum, terrarum, civitarum et comituum universitatibus in quibusvis terris et dominiis predictis constitutis necnon collectoribus, succollectoribus, inquisitoribus heretice pravitatis, predicatoribus verbi crucis et aliis quibuscumque officialibus et commissariis in illis partibus pro dicta

camera hactenus deputatis ac aliis universis et singulis dicte camere debitoribus ubicumque in locis supradictis constitutis omnes et singulas peccuniarum summas ac rerum et bonorum quantitates in quibus tam pro censibus primis annatis fructuum seu mediis fructibus quorumcumque benefiorum predictis vel quibusuis aliis personis collatorum et in antea conferendorum ac procurationum decimarum subsidiorum etiam [caritatorum] vel usurarum et male ablatorum seu extortorum aut alia quacumque ratione vel tam nobis ecclesie et camere predictis communiter vel divisim tenenter aut huiusmodi tuo depositariatu durante [tenebuntur] necnon illa, que predicti vel aliquis predictorum virtute cuiuscumque comissionis ipsis quavis auctoritate. Dudum forsitan [...] recuperaverunt et eos recuperari continget. Necnon legata ad pias causas et incertas relicta [mundum] tamen distributa et extra annum primum decessis [legatariorum experientia], que pro necessitatibus eiusdem camere facilius supportandis ex nunc reservamus et eidem camere apostolice applicamus per te vel alium seu alios fide et facultatibus – ut prefertur – ydoneos [quibus] id duxeris commitendum, petendum, exigendum, levandum recipiendum et recuperandi ac de receptis dumtaxat quietandi, liberandi et absolvendi ipsosque patriarchas, archiepiscopos, episcopos, abbatis, prelatos, collectores et alios [pre...] debitores et personas etiam usuarias et eorum quemlibet, que – ut prefertur – tenentur vel tenebuntur necnon legatariorum heredes et successores seu ipsorum tutores et bonorum [...] ad tibi tradendum, solvendum et exhibendum ipsosque collectores, succollectores, inquisitores, predicatores verbi crucis usurarios et commissarios ipsorumque heredes successores, tutores et [curatis] coniunctim et divisim ad tibi etiam reddendi et exhibendi computa et rationes eaque videndi, audendi, discutendi, examinandi et calculandi ipsorumque reliqua prestandum pro censuram ecclesiasticam per dignitatem ecclesiasticam obtinentem exercendam, quem deputandis ac fructuum suorum ecclesiasticorum sequestrationem ac collectorum //^{250r} succollectorum, commissariorum, inquisitorum, predicatorum verbi crucis ac usurariorum personarum arrestationem et alia iuria remedia oportuna compellendi et coercendi invocato ad hoc si opus sunt auxilio brachii secularis. Necnon collectores, <su>collectores, inquisitores et predicatores verbi crucis deponendi, revocandi et destituendi, ac loco eorum alium seu alios ponendi, creandi, instituendi ac super quibuscumque annatarum, decimarum procurationum et subsidiorum arreragiis per prelatos et personas predictos coniunctim vel divisim debitis, necnon quibuscumque usuris per quoscumque ubicumque locorum predictorum contractis et male ablatis seu extortis

ubi non sit aliquis cui sit restitutio facienda ac legatis predictis componendi, concordandi et transigendi ac huiusmodi concordia, compositione et transactione reali inde solutione secutura, mediantibus illa de quibus tibi de eisdem arreragiis et usuris ac legatis videbuntur arbitrio boni viri remmitendi, dandi et concedendi, necnon de remissis, datis, concessis ac receptis, levatis et exactis ac recuperatis nostro et dicte camere minime quietandi, liberandi et absolvendi et remittendi ab ipsis quoque prelatis, collectoribus et succollectoribus, receptoribus et personis ecclesiasticis predictis quascumque peccuniarum summas mutuo dicte camere nomine recipiendi ac quelibet mutua contrahendi ac pro ipsorum restitutione bona et iura ipsius camere obligandi et quelibet cautellas litteras et iustitiam cum [renuntiationibus] et aliis clausis necessariis et opportunis faciendi et concedendi, in super quorum prefatos prelatos et personas ecclesiasticas et seculares etiam usurarias coniunctim et divisim a quibuscumque excommunicationis, suspensionis et interdicti sententiis, aliisque penis et censuris, quas occasione premissorum incurrerint et incurrunt dicto depositariatu durante [ecclesia] in foro penitentiae per quemcumque prelatum aut alium in dignitatibus spiritualibus constitutum, quem duxeris deputandi, absolvendi et super irregularitate, si quam persone ecclesiastice huiusmodi sententiis ligate celebrando divina vel immiscendo se illis non tamen in contemptum clarium contraxerint dispensandi et alia quecumque in predictis et cura ea gerendi faciendi et exercendi, que pro statu et honore nostro in prefate ecclesie atque utilitate [...] predictae ac prosecutionem negotiorum huiusmodi utilia vel oportuna cognoveris plenam et liberam auctoritate apostolica concedimus tenore presentium facultatem ac etiam potestatem, ratum et gratum habituri quicquid per te factum fuerit in premissis, volumus autem quod [pecunias] res bona fructuosus, redditus et proventus huiusmodi que ad manus tuas seu deputandorum a te pervenerint per litteras cambii vel alium tutum modum ad nos et cameram prefatam sint tarditate aliqua transmittere non postpones, quodque ultia unum collectorem seu succollectorem in aliqua civitatem et diocesis non [deputates] ullo modo nec multitudo in commoda [pariat] //^{250v} vel [iactam] et ad hoc, ut permissa, celerius atque efficacius contra debitores dicte camere suum sortiantur [effectum] tibi per quemcumque prelatum aut alium in dignitatibus spiritualibus constitutum, quem – ut prefertur – duxeris deputandum contradictores quoslibet et rebelles per censuram ecclesiasticam appellatione postposita invocato etiam auxilio brachii secularis totiens quotiens opus [esse] prospexeris compescendi auctoritate nostra ac huiusmodi censuram exerceri, faciendi plenam et liberam etiam

concedimus facultatem. Non obstantibus si predictis vel quibusuis aliisque communiter vel divisim a Sede apostolica sit indultum quod interdicti, suspendi vel excommunicari aut extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem necnon de duabus dietis in concilio generali editis et aliis constitutionibus apostolicis necnon monasteriorum et beneficiorum aliorum statutis et ^β consuetudinibus etiam iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis et aliis contrariis quibuscumque. Tu igitur iuxta traditam tibi ab altissimo facultatem sit prout de tua fidelitate et industria singulari confidimus circa premissa studia tue diligentie [vitaris] extendere, ut sperati fructus ex inde proveniant et ultra nostra et Apostolice Sedis benedictionem et gratiam a largitore supernorum munerum per remissionem peccaminum indulgentiam ac premia consequaris.

Datum Bononie XVIII Kalendas Octobris, anno quinto.

^α et *del.* R ^β conditionibus *del.* R

β-74

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Cam. Ap., Oblig. et Sol. 56, f. 162r-162v

Αναφορά: Hoberg, *Taxae*, σ. 53

Έκδοση: *Acta Johannis XXIII*, τ. 2, αρ. 189

<Μπολόνια>

9 Αυγούστου 1414

Υπόσχεση πληρωμής συνήθων οικονομικών υποχρεώσεων στο Αποστολικό Ταμείο από τον επίσκοπο Αμμοχώστου Ιωακείμ de Torsellis, μέσω του Stephanus de Burgo.

Die IX, mensis Augusti, anno a nativitate Domini MCCCCXIII, pontificatus anno quinto, venerabilis patri dominus Stephanus de Burgo prior generalis fratrum Servorum Sancte Marie Ordinis Sancti Augustini procurator reverendi in Christo patris domini Ioachini de Torcellis de Ianua, electi Famagustano, obtulit pro communi servitio per ipsum dominum electum camere et collegio debito ducentos florenorum

auri de camera, quibus pro hac vice camera et collegium voluerunt contentare et quinque minuta servitia pro familiaribus et officiariis domini nostri pape et dicti collegii consueta et recognita in forma. Eorundem autem communis et minorum servitiorum medietatem in festo Sancti Iohannis Baptiste proxime futuro et aliam medietatem in alio festo simili anno revoluto. Recognita ^a //162^v solvere et ratificationem presentis obligationis aut sufficiens procuratorium *etc.* hinc ad dictum primum festum Sancte Iohannis producere promisit, convenit, submitit, obligavit, iuravit et renunciavit in forma et dominus episcopus Senensis thesaurarius et regens tulit sententias in forma presentibus dominis Francisco de Pizolpassis et Iohanne Ponceti sacri collegii clerico, Galerto de Acasolis et pluribus aliis.

^a in alio *del.* R

β-75

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Cam. Ap., Oblig. et Sol. 61, f. 59r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Episcopus Famagustanus *mg. s.* Συνεχίζει με ονόματα διαφόρων επισκοπών.

Μπολόνια

10 Αυγούστου 1414

Πλήρης αποπληρωμή των συνήθων υποχρεώσεων του επισκόπου Αμμοχώστου Ιωάννη.

Bononie, indictione VII de X mensis Augusti [pontificatum] Domini nostri dominum Iohannis pape XXIII anno quinto. Reverendus pater dominus Iohannes episcopus Famagustanum solvit pro parte partis sui communis servitii florenorum XLII auri de camera [solidum] XXI et denari IIII monete Romane et pro totale solutione sui minuti servitii florenorum V, solidum XLV et denaris IIII monete predictae. Fuit promotus Bononie predictae Idum Martii. Fuerunt in eius promotione cardinalium XVI V^m.

β-76

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχαιακή σειρά: Cam. Ap., Oblig. et Sol. 55, f. 59v
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: Famagustan. *mg. s.*

Μπολόνια

10 Αυγούστου 1414

Πληρωμή μέρους των συνήθων υποχρεώσεων του επισκόπου Αμμοχώστου Ioachinus. Το ποσό που όφειλε να πληρώσει ήταν αρχικά 1500 χρυσά φλορίνια, ωστόσο, αυτό μειώθηκε, λόγω της εμπερίστατης κατάστασης της επισκοπής του, σε 200 φλορίνια.

Franciscus *etc.* De reverendus in Christo pater dominus ^a Ioachinus episcopus Famagustanus licet eius commune servitium in libris camere ratione ecclesie sue reperiatur taxatum ad mille quingentos florenorum [camere] tamen pro hac vice certis informationibus de paupertate ecclesie sue prehabitis reductum est ad summam ducentontorum de quibus pro parte partis dicti sui communis servitii in quo *etc.* quadraginta duos florenos auri de camera ||solidi XXI, denarios IIII monete Romane|| et pro totali soliciter sui minuti servitii in quo *etc.* quinque florenorum similes quadragintaquinque solidum IIII de monete predictae nobis *etc.* pro manus venerabilis et religiosi viri fratris Stephani de Burgo ordinis fratrum Servorum Beate Marie prioris generalis tempore debito solvi fecit realiter et cum effectu de quibus *etc.* In quorum *etc.*

Datum Bononie, anno, indictioni et pontificatus predictis et die decima, mensis Augusti.

Florenos [...], grossis II.

^a Iohannes *del. R*

β-77

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχαιακή σειρά: Arm. LIII 8, f. 185r-186r
Έκδοση: Ανέκδοτο.

Ανάκληση της παραχώρησης της διοίκησης της κομανταρίας της Κύπρου στον νόθο γιο του βασιλιά Ιανού Αλοΐζιο Λουζινιανό, αλλά και ένωση της κομανταρίας της Κύπρου με αυτή της Ρόδου.

Revocatio concessionis fratre A. de preceptoria Colosii Nemansensis diocesis et nova incorporatio [etc.]

Ad facte Christi militum hospitalis Sancti Iohannis Iherosolimitanum religionis perseverantiam, tanto nos decet paterni zeli sinceritatem propensius extendere, quanto ipsi pro defensione fidei catholice et repressione perfidorum, veluti fideles athlete et constantes pugiles, variis et [presenalidis] periculis non dubitant iugiter exponere se et sua unde interdum siqua per nos gesta versari comperimus in orthodoxe fidei defensionis, ac ipsorum dispendium ea promptis satagibus studiis de medio summovere.

Sane dudum, intendere de preceptoria domus Colosii hospitalis sancti Iohannis Ierhosolimitani Nemansenensis diocesis, quam quondam Raymundus de Lescura, [tuem] ipsius domus preceptor^a obtinebat, cum illam vacare, contingeret, per Apostolice Sedis providentiam, ordinari preceptoriam ipsam, videlicet VI Kalendas Maii pontificatus nostri anno primo, ordinationi et dispositioni nostre duxerimus ea vice specialiter reservandam, decernentes extunc irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Et deinde, videlicet VIII Kalendas Decembris //^{185v} pontificatus eiusdem anno quarto, per nos accepto quod preceptoria ipsa per obitum Raymundi, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacaret [quodque] dilectus filius Aloisius de^b Lusignano scholaris Nicosiensis, qui – ut asserebatur – in V sue etatis anno constitutus existebat, cuperet cum dilectis filiis magistro et fratribus prefati hospitalis virtutum domino [famulari], nos, ipsum Aloisium in dicto hospitali in fratrem recipi, sibi que iuxta illius consuetudinem regularem habitum exhiberi, necnon regularem professionem per fratres hospitalis eiusdem emitti consueta admitti, eique domum de preceptoria ipsa, sive – ut premittitur – sive alios quovismodo aut ex alterius cuiuscumque persona vacaret, etiam si^γ tanto tempore vacavisset quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad Sedem Apostolicam legitime devoluta [vel]

preceptoria ipsa dispositioni apostolice specialiter reservata existeret, provideri mandavimus et nihilominus eidem Aloisio a quibuscumque tam clericis quam laicis cuiuscumque status, gradus, ordinis et conditionis existerent fructus, redditus, proventus, emolumenta, obventiones et quecumque alia bona ad prefatam preceptoriam spectantia, que a tempore obitus huiusmodi predicti Raymundi pervenerant auctoritate apostolica petendi, liberandi et absolvendi ac de ulterius non petendo, promittendo et obligando facultatem et omnimodam potestatem concessimus certis sibi super his executoribus deputatis, prout in diversis nostris inde confectis litteris plenius continetur.

Verum sicut nuper, ex supplici dilectorum filiorum Philiberti de Naylliaco magistri et conventus hospitalis eiusdem, nobis exhibitis serie petitionis accepimus, in idem magister pridem licet post reservationem et decretum [proinde] considerans quod bona dicti hospitalis per universum orbem dispersa, que etiam inde et non beneficiales administrationes existunt, adeo forent – proch dolor – guerrarum, mortalitatum, scismatis temporum ac homini malicia causantibus exitiis, diminuta, quod nedum ad catholice fidei defensionem ac Christi pauperum hospitalitem ad eiusmodi usus utique dedicata fuerunt, quin et ad ipsorum conventus sustentationem pene sufficere nequirent matura super his deliberatione prehabita preceptoriam ipsam etiam tunc per huiusmodi obitum dicti Raymundi vacantem eisdem conventui in perpetuum annexerat et etiam univerat, unde si unione ipsa infecta prefate littere suos sortirentur effectus defensio prefate fidei ac hospitale predictum non modico verosimiliter exponerentur detrimento.

Quare pro parte dicti magistri et conventus nobis sint humiliter supplicatum in premissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque ne quod absit ex prefatis nostris litteris eisdem defensioni catholice fidei ac hospitali et conventui cuiuspian dispendii fomentum, quod utique a re procul fieri putamus, immineat providere ipsorum quomodo defensionis fidei ac hospitalis et conventus statum ad quem feliciter prosperandum totis precordiis afficureri nostrarum litterarum huiusmodi effectu congruo iudicio preponere volentes ac in eo quod reservationis et litterarum nostrarum huiusmodi concessionis temporibus preceptoriam ipsam, non administrationem seu commendam admitum magistri pro tempore existentis hospitalis eiusdem revocabile sed perpetuum beneficium per fratres eiusdem regi, credidimus mentem nostram utique rei veritatis ignaram reputantes, huiusmodi supplicatione inclinati ex premissis et certis aliis rationabilibus causis ad id animum nostrum

moventibus huiusmodi litteras nostras per quas eidem Aloisio de dicta preceptoria provideri mandavimus quarum tenores per singula presentibus haberi volumus pro expressis, quatinus videlicet preceptoriam ipsam contingent, etiam si iam per eas ad collationem et provisionem ac possessionem etiam pacificis adeptionem dicte //^{186r} preceptorie vel alias quomodolibet processum fuerit, collatione quomodo et provisionem huiusmodi si facta fuerunt necnon etiam supplicationes super quibus littere ipse manaverunt cum omnibus contentis in eas ac ex his omnibus secutis, necnon etiam quascumque gratias et concessionem alias de ipsa preceptoria sic aut alias quovismodo vacari cuicumque alteri per nos hactenus forsitan factas, quatinus preceptoria ipsa ex regularibus institutis ac stabilimentis hospitalis eiusdem perpetuum beneficium non existit auctoritate apostolica et ex nostra certa scientia nullius existere roboris vel momenti nullumque fuisse per eas eidem Aloisio seu alteri in preceptoria ipsa seu ad eam quomodolibet ius quesitum tenore presentium decernimus et etiam declaramus [ipsasque] litteras collationem, provisionem processis supplicationis et alia premissa pro infectis habentes ea omnia ex nunc cassamus, revocamus et etiam annullamus ac tam litteras [quod] supplicationes huiusmodi etiam in registris nostris ac alibi ubicumque etiam in iudicio appareant cassari, volumus et iubemus, decernentes in super unionem et annexionem de dicta preceptoria per prefatum Philibertum magistrum, ut premittitur, factas perinde valuisse et valere vimque perpetue et apostolice unionis in corporationis et annexionis obtinere, suumque sortiri effectum debuissent et debere, ac si decretum interpositum et littere huiusmodi confecte, alieque gratie et concessionem huiusmodi obtente, ceteraque premissa secuta minime extitissent et nihilominus tam hospitalis et conventis, quam etiam preceptorie predictorum fructuum, reddituum et proventuum veros valores secundum communem estimationem, presentibus habentes pro expressis preceptoriam ipsam, quatinus unio et annexio predictae, iuris vel facti, aut alium quem quempiam defectum patiuntur eidem conventui de novo auctoritate apostolica in perpetuum cum omnibus iuribus et pertinentiis suis incorporamus, annectimus, unimus et etiam applicamus ipsis conventui, liberam licentiam et potestatem omnimodam tam a prefato Aloisio quam etiam a quibuscumque aliis, tam ecclesiasticis quam laicis personis cuiuscumque status, gradus, ordinis et conditionis existent, omnes et singulos fructus, redditus, proventus et alia quecumque emolumenta, obventiones et bona ad prefatam preceptoriam spectantia, ubicumque et in quibuscumque rebus consistant et quam a tempore huiusmodi obitus prefati Raymundi provenerunt, etiamsi occasione

ipsarum lis, cuius statum presentibus haberi volumus pro expresso inter quoscumque et ubicumque pendeat indecisa, petendi, exigendi et recuperandi, nec non de receptis et recuperatis absolvendi, et de ulterius recuperata non petendo paciscendi auxiliumque brachii secularis si opus fuerit invocandi, tenore presentium concedentes, ac decernentes ex nunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attentari. Non obstantibus nostris et aliis constitutionis apostolicis necnon institutis et stabilimentis eiusdem hospitalis ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo, si quis *etc.* datum *etc.*

^a preceptor] precertor *R.* ^β de] ex corr. *R.* ^γ sit] si ex corr. *R.*

β-78

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 182, f. 10v-11r

Περίληψεις: Μερικώς εκδεδομένο *Acta Johannis XXIII*, αρ. 210· J. Richard, *Les Livres des remembrances*, αρ. 167, αρ. 219.

Έκδοση: Schabel-Duba, *A documentary of St. Theodore Abbey*

Σημειώσεις: *Job mg. s.* Έχει διαγραφεί Jo. De Nursia. Στο τέλος της εγγραφής Franciscus, XXX, De Agello. Οι παρασελίδες προσθήκες φέρουν την υπογραφή του αξιωματούχου της γραμματείας, Franciscus.

Κωνσταντία

19 Φεβρουαρίου 1415

Δίνεται η άδεια για μεταφορά των δικαιωμάτων που έχει ο Ιάκωβος Solonani επί του χωρίου Malandes (Μαλούντα), στον γιο του Ιωάννη.

Iohannes etc. ad futuram rei memoriam.

Que locorum ac personarum religioni dicatorum commodis pro futura provide gesta fuisse comperimus, libenter cum a nobis petitur //^{11r} apostolico robore comunimus.

Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Iohannis Solonani,^a civis^β Nicossiensis, petitio continebat quod olim dilecte filie ||in Christo|| abbatissa^γ et conventus monasterii Sancti Theodori, etiam Nicossiensis Cisterciensis Ordinis considerantes quod quoddam casale prestoria ‘de Malandes’^ε nuncupatum in diocesi Nicossiensi consistens et ad monasterium ipsum pleno iure pertinens nullum vel modicum eidem monasterio commodum afferret, volentesque casale ipsum

monasterio lucrificere memorato, matura super hiis inter se deliberatione previa, ac requisitis et accedentibus etiam ad id dilecti filii abbatis monasterii Belliloci dictorum ordinis et diocesis, patrisabbatis prefati monasterii Sancti Theodori, consilio et assensu, casale predictum cum iuribus et pertinentiis suis tunc expressis quondam Iacobo Solonani, genitoris prefati Iohannis, pro ||se suisque successoribus et heredibus ex eo et uxore sua quam tunc habebat procreandis^{σr} sub centum et septuaginta bisanciorum monete usualis illarum partium annuo censu|| abbatisse et conventui predictis singulis annis certis tunc statutis terminis exsolvendo, tradiderunt et etiam assignaverunt, confectis exinde patentibus sub ipsarum abbatisse et conventus sigillis litteris, adhibitis condicionibus, cautelis et penis ac ||factis|| renunviacionibus sub certa tunc data forma, prout in litteris eisdem dicitur plenius contineri.

Quare pro parte dicti Iohannis nobis fuit humiliter supplicatum ut tradicioni et assignacioni huiusmodi cet<e>risque in dictis litteris contentis robur apostolice confirmationis adiicere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos itaque, de abbatis ac abbatisse et conventus predictorum in permissis adhibita providentia confisi, ac huiusmodi supplicationibus inclinati, tradicionem et assignacionem predictas cet<e>raque premissa et in dictis litteris contenta, quatinus in preiudicium monasterii predicti non redundant, auctoritate apostolica tenore presencium confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, suppletes omnes defectus si qui forsitan intervenerint in premissis.

Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam^ς nostre confirmacionis //^{11v} comunicionis et supplecionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursum.

Datum Constantie undecimo Kalendas Martii, anno quinto.

^a Solonani] Soulouan R ^b civis] cuius ^γ abbatisa] abbatisse R ^δ malondes] Malandes R
^ε procreandis] precreandis R ^ς paginam] paginem R

β-79

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 181, f. 208r

Περιλήψεις: Wipertus H. Rudt de Collenberg, «Les dispenses matrimoniales accordées à l'Orient Latin selon les Registres du Vatican d'Honorius III à Clément VII (1283-1385)», *MEFR*, τ. 89 (1977), σ. 56.

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Job *mg. s.* Στο τέλος της εγγραφής S<tephanu>s, CCCOC, de Prato

Κωνσταντία

19 Φεβρουαρίου 1415

Άρση κωλύματος γάμου (2^ο, 3^ο και 4^ο βαθμό εξ αίματος συγγένειας) στους Πέτρο Λουζινιάν και Μπέλλα Λουζινιάν προκειμένου να τελέσουν το μυστήριο του γάμου.

Iohannes *etc.* dilecto filio nobili viro Petro de Lusignano militi Nicossiensi Regni Ierosolimitani contestabili ac dilecte in Christo filie nobili mulieri Belle de Lusignano nate clare memorie Iacobi quondam Cipri et Armenie regis, salutem et apostolicam benedictionem.

Et si inter illos, qui consanguinitatis ||vel|| ^a affinitatis linea invicem sunt connexi, sacrorum canonum instituta matrimonialem copulam interdicant, summus tamen Pontifex ex plenitudine potestatis, quam non ab homine obtinet sed a Deo, considerata personarum et temporum qualitate prospiciens nonnunquam eorundem canonum rigorem, maxime circa sublimes personas, mansuetudine temperat et quod negat iuris severitas indulget provide dispensando de gratia speciali.

Sane pro parte carissimi in Christo filii Iani Cipri et Armenie regis illustris cuius tu, Bella, soror existis ac vestram nobis nuper oblate petitionis series continebat quod nos^b ex certis rationabilibus causis desideratis invicem matrimonialiter copulari sed quia ab uno secundo et tertio ab alio tertio et quarto necnon ab aliis lateribus quarto consanguinitatis gradibus invicem coniuncti ^γ estis huiusmodi desiderium vestrum adimplere non valetis dispensatione super hoc apostolica non obtenta.

Quare pro parte prefati regis ac vestra nobis fuit humiliter supplicatum ut providere vobis super hoc de oportune dispensationis gratia dignaremur. Nos igitur ex certis causis nobis expositis huiusmodi supplicationibus inclinati nobiscum dummodo, tu, filia Bella, proper hoc rapta non fueris, ut impedimentis que ex consanguinitate huiusmodi proveniunt non obstantibus matrimonium insimul contrahere et in eo, postquam contractum fuerit, remanere libere et licite valeatis auctoritate apostolica de speciali gratia tenore presentium dispensamus prolem ex huiusmodi matrimonio suscipiendam legitimam nuntiantes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noster dispensationis infringere vel ei ausu temerario ^δ contraire. Siquis autem *etc.*

Datum Constantie undecimo Kalendas Martii anno quinto.

^a et del. R ^β ex corr. vos ^γ ex del. R ^δ contrahir del. R

β-80

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 182, f. 10r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Job *mg. s.* Στο τέλος της εγγραφής Franciscus, XX, de Agello

Κωνσταντία

19 Φεβρουαρίου 1415

Άδεια επίσκεψης στους Αγίους Τόπους για τον Βενέδικτο από την Εύβοια, ψάλτη της Λευκωσίας, και για τρία ακόμη άτομα.

Iohannes *etc.* dilecto filio Benedicto de Nigroponto cantori ecclesie Nicossiensis, salutem *etc.*

Tue devotionis exigentibus meritis, libenter annuimus et petitiones tuas in hiis que honeste postulas, quantum cum Deo possumus, favorabiliter exaudimus. Cum itaque, sicut oblate nobis nuper petitionis tue series continebat, tu, zelo devotionis accensus sepulcrum Dominicum et alia oratoria Terre Sancte desideres personaliter visitare, nos, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, quod cum tribus personis quas ad hoc duxeris eligendas, sepulcrum et alia oratoria predicta – quibuscumque prohibitionibus, constitutionibus et processibus Sedis Apostolice in contrarium ^a factis, habitis seu etiam promulgatis penas et sententias spirituales et temporales continentibusque nequaquam obstantibus – ex causa predicta valeas visitare illaque nichilominus pro huiusmodi visitatione deferre et etiam exhibere sine quibus tu et persone predictae peregrinationem huiusmodi commode adimplere non possetis, dummodo ad partes illas nulla alia deferatis que in profectum vel favorem hostium fidei christiane redundare valeant, tibi auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis auctoritate hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Constantie, ||undecimo|| Kalendas Martii, anno quinto.

^a tractis *del.* R

β-81

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 182, f. 10r-v

Έκδοση: *Acta Johannis XXIII*, τ. 2, αρ. 209

Σημειώσεις: *Job mg. s.* Στο τέλος της εγγραφής Franciscus, XX, de Agello.

Κωνσταντία

19 Φεβρουαρίου 1415

Επικύρωση συμφωνίας μεταξύ του ηγουμένου του μοναστηριού της Παναγίας Lagrotimothéo και του Νικόλαου Orry, πολίτη της Λευκωσίας, ο οποίος διεκδικεί κληρονομικά δικαιώματα επί της περιουσίας του μοναστηριού.

Iohannes *etc.* venerabili fratri archiepiscopo Nicossiensis, salutem *etc.*

Humilibus supplicum votis libenter annuimus illaque favoribus prosequimur oportunis.

E<x>hibita siquidem nobis pro parte dilecti filii Nicolai Orry civis Nicossiensis petitio continebat quod olim dilecti filii abbas et conventus monasterii Beate Marie de Lagrothimo/^{10v}teo provincie Nicossiensis, ex certis ^a rationabilibus tunc expressis causis de concensu etiam et voluntate carissimi in Christo filii nostri Iani regis Cipri illustris sub cuius temporalis domin<i>o dictum monasterium consistit, quondam Iohanni Orry, ipsius Nicolai genitori, pro se suisque heredibus et successoribus imperpetuum certas vineas, videlicet de Triphilli Trapezundia ac Attalion Tonchidessi et Tempoliti nuncupatas et tunc ad monasterium ipsum legitime pertinentes sub quarte partis annui valoris earundem necnon pro arboribus dictarum vinearum, sub decem rotularum cere, censibus annuis abbati et conventui predictis anno quolibet certis statutis terminis persolvendis concesserunt, tradiderunt et etiam assignaverunt datis exinde litteris confectis, publicis instrumentis, pactis et conventionibus ac in talibus oportunis cautelis adhibitis, prout in litteris et instrumentis eisdem dicitur plenius contineri. Quare <ex> parte dicti Nicholai nobis fuit humiliter supplicatum ut eisdem concessionem, traditionem et assignationem cet<e>risque in litteris et instrumentis

huiusmodi contentis robur apostolice confirmationis adiacere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur, huiusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus ^b si concessionem, traditionem et assignationem predictas in evidentem utilitatem prefati monasteri factas fuisse reppereris, super quo tuam conscientiam oneramus, eas necnon in dictis litteris et instrumentis contenta huiusmodi auctoritate nostra ratifices, approbes et confirmes, supplendo nichilominus omnes defectus si qui forsitan intervenerint in eisdem.

Datum Constantie, undecimo Kalendas Martii, anno quinto.

^a rationibus *del. R* ^b *supp del. R.*

β-82

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 175, f. 47v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Job *mg. s.* Στο τέλος της εγγραφής Franciscus, XX, de Agello

Κωνσταντία

19 Μαρτίου 1415

Παραχωρείται άδεια στον Πέτρο Iuvenis και τη σύζυγό του Καρλόττα να επισκεφθούν με ακόμη τέσσερα άτομα τους Αγίους Τόπους.

Iohannes *etc.* dilecto filio nobili viro Petro Iuvenis militi regni Cipri admirato et dilecte in Christo filie nobili mulier Isabelli eius uxori, salutem *etc.*

Devotionis vestre suffragantibus meritis personas nostras paterna benignitate prosequimur et petitiones annuamus in hiis, que honeste postulatis, quantum cum Deo possumus, favorabiliter exaudimus. Cum itaque, sicut oblate nobis nuper petitiones vestre series continebat, vos, zelo devotionis accensi, sepulcrum Dominicum et alia oratoria Terre Sancte desideretis personaliter visitare, nos vestris in hac parte supplicationibus inclinati quecum aliis quattor personis, quas ad hoc duxeritis eligendas sepulcrum et alia oratoria supra dictam quibuscumque prohibitionibus, constitutionibus et processibus Sedis Apostolice in contrarium factis, habitis seu etiam promulgatis penas et sententias spirituales et temporales continentibus, nequaquam obstantibus ex causa predicta visitare valeatis, illaque nichilominus pro huiusmodi

visitatione deferre et etiam exhibere sine quibus vos et persone predictem peregrinationem huiusmodi commode adimplere non possetis, dummodo ad partes ipsas nulla alia deferatis que in profectum vel favorem hostium fidei christiane redundare valeant, vobis auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere *etc.* Siquis autem *etc.*

Datum Constantie, undecimo Kalendas Martii, anno quinto.

β-83

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχιακή σειρά: Reg. Lat. 175, f. 207r

Έκδοση: Μερικώς εκδεδομένο *Acta Johannis XXIII*, τ. 2, αρ. 213

Σημειώσεις: Στο τέλος της εγγραφής Franciscus XII de Agello.

Μπολόνια

26 Μαΐου 1415

Ο νεοκλεγεΐς επίσκοπος Αμμοχώστου Joachino λαμβάνει το δικαίωμα να επιλέξει τον επίσκοπο που θα τελέσει τη χειροτονία του.

Iohannes *etc.* dilecto filio Ioachino electo Famagustano, salutem *etc.*

Cum nuper ecclesie Famagustane, tunc pastoris regimine destitute, de persona tua nobis et fratribus nostris ob tuorum exigentiam meritorum accepta de fratorum eorumdem consilio auctoritate apostolica duxerimus, preficiendo te illi in episcopum et pastorem, prout in nostris inde confectis litteris plenius continentur, nos ad ea que tue ad commoditatis augmentum cedere valeant favorabiliter intendentes, tuis supplicationibus inclinati, tibi ut a quacumque malueris catholico antistite, gratiam et commissionem Apostolice Sedis habentem, ascitis et in hoc sibi assientibus duobus vel tribus aliis catholicis episcopis similem gratiam et commissionem habentibus munus consecrationis recipere valeas, ac eudem antistiti ut munus predictum auctoritate nostram impendere libere tibi possit plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem.

Volumus autem quod idem antistes, qui tibi prefatum munus impendet, postquam illud tibi impenderit, a te nostro et Romane Ecclesia nomine, fidelitatis debite solitum recipiat iuramentum, iuxta formam quam sub bulla nostra mittimus interclusam ac forma iuramenti quod te prestare contigerit, nobis de verbo ad verbum per tuas

patentes litteras tuo sigillo signatas per proprioum nuntium quantotius destinere procuret, quodque hoc venerabili fratri nostro archiepiscopo Nicosiensi, cui prefata ecclesia metropolitico iure subesse dinoscitur, nullum imposterium preiudicium generetur.

Datum Bononie, septimo Kalendas Iunii, anno quinto.

Addenda

Addenda 1

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 325, f. 27r-v
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: Jo. De Loba *mg. s. De Curia mg. d.*

Σαβόνα

25 Μαρτίου 1406

Ο κανονικός Ρόδου και διπλωματούχος νομικής Ανδρέας d'Orsano αναφέρεται ως παπικός φοροεισπράκτορας Ρόδου και Κύπρου.

Dilecto filio Andree de Orsano canonico ecclesie Colocensis, bacallario in decretis, Sedis Apostolice nuntio, salutem.

Ex fideli ||et sollicita|| diligenti providentia, probitate, prudentia quoque circumspecta aliisque virtutibus pluribus quibus te Dominus insignaverit presumimus evidentur, quod ea qua tibi exequenda commisserimus solerti ac salubri studio gubernabis et fideliter exequeris. Hinc est quod nos de huiusmodi probitate et virtutibus plurimum

in Domino confidentes te in civitatis et diocesis ^a ac provincia Colocensis totaque insula Rodi ac in singulis in dicta provincia consistentibus, civitatis et diocesis extra tamen regnum, terras et dominium ditioni carissimi in Christo filii nostri ^b Iani regis Cipri illustris subiecta Apostolice Sedis nuntium nostrumque collectorem et receptorem usque ad nostrum et eiusdem sedis beneplacitum auctoritate apostolica facimus constituimus et etiam deputamus omnis et singulos nuntios et collectores, receptores ac succollectores apostolicos inibi hactenus per nos seu sedis ipsam aut eius auctoritate deputatos penitus removendo, ipsosque a collectorie, receptorie, succollectorie ac nunciationis officiis eis commissis totaliter amovendo, tibi parte vel alium seu alios fide et facultatibus idoneos, a quibuscumque personis ecclesiasticis et regularibus exemptis et non exemptis quorumcumque ordinum fuerint necnon a principibus ac ^c aliis nobilibus laycis et comunitatibus et universitatibus castrorum, villarum et aliorum locorum quorumcumque ||petendi et exhibendi, recuperandi et recipiendi nostro et camere apostolice ac Ecclesie Romane nominibus omnes et singulos fructus, redditus, proventus, census et iura ac omnia alia universa et singula res et bona|| nos et eisdem Ecclesie Romane ac camere apostolice in civitatis et diocesis insula ac ^d provincia predictis extra tamen regnum, terras et dominium predicta quacumque [...] vel tam debita et debenda in antea vel ad nos seu easdem ecclesiam et cameram nunc et imposterum pertinentes quicumque quotcumque et qualicumque fuerint et quocumque nomine censeantur in super quoque omnibus et singulis commissionibus mandatis et litteris apostolicis tibi ac aliis quibuscumque predecessoribus tuis auctoritate apostolica missis concessis seu alias destinatis ac dictam cameram nostram seu eius ^e iura quomodolibet concernentibus ceptis et non ceptis utendi easque exequendi et ad effectum ^{gr} ||plenarios duducendi|| ac si tibi foret specialiter destinate necnon contradictores quoslibet et rebelles cuiuscumque status, gradus, conditionis eadem preminentie vel dignitatis fuerint etiam si pontificali aut alia quamlibet prefulgeant dignitate auctoritate apostolica per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendi et etiam si opus fuerit auxilium brachii secularis invocandi, necnon de receptis, levatis et exactis quitandi, liberandi et etiam absolvendi, ac illos, qui propter [non] solutionem seu alia ex officio excommunicatis seu quasi alias sententias iam incurrerint vel incurrerent imposterum ab huiusmodi sententiis iniuncta eis pro modo culpe penitentia salutari ac aliis quandam de iure fuerint iniungenda, auctoritate nostra in forma ecclesie absolvendi et cum eis et eorum singulis super irregularitate, si quam huiusmodi ligati sententiis

celebrando divina vel immiscendo se illis, non tamen in contemptum clavium contraxerint eis ad tempus de quo videris expedire a suorum executione ordinum suspensis dispendandi. Non obstantibus constitutionibus apostolicis de una et de duabus dietis et aliis contrariis quibuscumque etiam si de ipsis et totis earum tenoribus ac de verbo ad verbum esset presentibus habenda mentio specialis, seu si aliquibus communiter vel divisim a predictam sit sedis indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari aut vel ultra certa loca //^{27v} ad iudicium evocari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum indulto huiusmodi mentione auctoritate predicta facultatem plenariam concedentes. Ita tamen quos de fructis, redditus, proventus ac aliis bonis quibuscumque ad nostram cameram pertinentibus [ultra] duorum annorum dilationem dare nequeas et in singulis civitatibus et diocesis si ample sint vel diffuse unum si vero parve fuerint in duabus unum dumtaxat succollectorem constituas et etiam deputes ac omnium et singulorum succollectorum quos te deputare contingeret, nomina et cognomina contraria nostro clare et distincte transmittere et de receptis levatis et exactis ac alias in huiusmodi officio gestis seu quomodolibet administratis dicto camerario et aliis dicte camere gentibus rationem et computa singulis terminis reddere non postponas sit in premissis ^ζ diligenter sollicite et fideliter te habeas, quod apud nos merito commendari valeas nostramque et dicte sedis benedictionem et gratiam uberius consequi ^η merearis.

Volumus autem quod de huiusmodi fideliter exercendo officio in manibus dicti camerarii prestes solitum fidelitatis nostra.

Datum Saone VIII Kalendas Aprilis, anno quodecimo.

^α et del. R ^β regis del. R ^γ et del. R ^δ et del. R ^ε iuta del. R ^{στ} plenaru reducendi del. R ^ζ impremissis] ex corr. in premissis ^η nostra del. R

Addenda 2

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Aven. 331, f. 525r-526v
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: De Loba *mg. s.*

<Σαβόνα>

20 Σεπτεμβρίου 1408

Ο Φραγκίσκος Virgili αναφέρεται ως παπικός φοροεισπράκτορας Ρόδου και Κύπρου.

Eidem et cetera. Salutem *etc.* Ex tuis religione solertia ac fidelitatem et prudentia circumspecta, aliisque virtutibus pluribus, quibus prout fidedignorum relatione “innotuit” nobis te dominus insignivit, evidenter presumimus, quod ea, que tibi exequenda commiserimus, solerti et salubri studio gubernabis et fideliter exequeris. Hinc est quod nos de huiusmodi probitatem et virtutibus plurimum in Domino confidentes, te in provincii ac civitatibus et diocesis insularum Cipri et Rodi Apostolice Sedis nuntium ac collectorem et receptorem omnium iurium et emolumentorum camere nostre apostolice debitorum et in antea quomodolibet debendorum usque ad Apostolice Sedis beneplacitum |[augere] apostolica| facimus constituimus //^{525v} et etiam deputamus omnes et singulos nuntios ac collectoris et receptoris, succollectoresque apostolicos inhibi hactenus per sedem ipsam vel eius auctoritate deputatos penitus revocando, ipsosque a collectoria et subcollectorie officiis eis commissis totaliter amovendo, tibi per te vel alium seu alios fide et facultatibus ydoneos petendi, exhigendi et recipiendi nostre et ipsius camere et ecclesie Romane nomine omnes et singulos fructus, redditus et proventus decimas emolumenta et iura et alia universa et singula res et bona et eisdem ecclesie Romane et camere apostolice in prefatis provinciis, civitatibus et diocesis quacumque ratione vel causa hactenus debita |[et]| debenda inantea, vel ad nos seu ad eas nunc et imposterum pertinentia, quecumque, quotcumque et qualiacumque fuerint, in super quoque omnibus et singulis commissionibus ac litteris apostolicis tibi vel aliis quibuscumque predecessoribus tuis in dictis collectoris auctoritate apostolica missis, concessis seu alias destinatis ac dictam cameram nostram seu eius iura quomodolibet concernentibus, ceptis, non ceptis, utendi easque exequendi et ad effectum plenarium deducendi ac si tibi specialiter forent per nos destinate, necnon contradictores quosque et rebelles, cuiuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, preeminentie vel dignitatis fuerint, etiam si pontificali vel alia quavis dignitate prefulgeant aut Cisterciensis, Cluniacensis, Cartusiensis, Beate Marie Teutonicorum Sanctorum Augustini, Benedicti, Anthoni, Hospitalis Sancti Iohannis Ierosolimitanis, Sancti Iacobi de Sparta de Calatrava de Alquantara aut aliorum quorumcumque ordinum exemptorum et non exemptorum proffessoris existat auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam appellatione postponita compescendi et, etiam si opus fuerit auxilium “

brachii secularis invocandi, necnon et de receptis quitandi, liberandi ac etiam absolvendi ac illo qui propterea non solutionem excommunicationis seu quasius alias sententias iam incurrerunt vel incurrent imposterum ab huiusmodi sententiis iniunctis eis pro modo culpe penitentia salutari ac aliis que de iure fuerint iniungenda //^{526r} auctoritate nostra in forma ecclesie absolvendi et cum eis et eorum singulis super irregularitate si quam huiusmodi ligati [summis] celebrando divinam ab immiscendo se illis, non tamen in contemptum clavium contraxerint eis ad tempus de ||quo|| videris expedire a suorum executionem ordinum suspensis dispensandi. Non obstantibus constitutionibus apostolicis de una et duabus dietis ac quibuscumque privilegiis exemptoribus et indulgentiis, ordinibus, locis ac personis predictis vel aliis a Sede apostolicam concessis et concedendum sub quacumque forma verborum et aliis contrariis quibuscumque etiam si de illis et totis eorum tenoribus ac de verbo ad verbum esset presentibus habenda ^β mentio specialis. Seu aliquibus communiter vel divisim a predictam sit Sede indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem auctoritate predicta facultatem plenariam concedentes, ita tamen quod de persolvendis fructibus, redditibus et proventibus ac aliis bonis quibuscumque ad dictam cameram nostram pertinentibus ultra [dominorum animarum] dilatione dare ne queas et in singulis civitatibus et diocesis si ample sint vel diffuse [unum] dumtaxat subcollectorem constituas et deputes ac omnium et singulorum subcollectorum pios te deputare continget nomina et cognomina camerario nostro clare et distincte transmittere et de receptis, levatis et exactis [aliis] in huiusmodi officio gestis seu quomodolibet administratis dicto camerario rationem et computa singulis bienniis reddere non postponas prestitisti enim de exercendo huiusmodi officio fideliter et diligenter in manibus ^γ dilecti filii Iohannis abbatibus monasterii [Montis Aragonensis], Oscensis diocesis vice gerentis camerarii nostri corporaliter iuramentum in forma consueta sic in premissis diligenter sollicite et fideliter te habeas, quod apud nos merito comendari valeas nostramque et dicte sedem benedictionem et gratiam uberius consequi merearis. Datum *ut supra*.

^α bh del. R ^β sic del. R ^γ da filii del. R

ΥΠΟΤΑΓΗ ΡΩΜΗΣ

ΟΥΡΒΑΝΟΣ ΣΤ΄

Bartholomeus Prignano, επίσκοπος Μπάρι
8 Απριλίου 1378 (ενθρόνιση 18 Απρ.), † Ρώμη 15 Οκτωβρίου 1389

α-1

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Cam. Apost., Oblig. et Sol. 43, f. 53r

Αναφορά: Hoberg, *Taxae*, σ. 93

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: *Servitium episcopi Paphensis mg. d. XXIII Cardinales. mg. s.*

23 Οκτωβρίου 1378

Πληρωμή συνήθων οικονομικών υποχρεώσεων στο Αποστολικό Ταμείο από τον επίσκοπο Πάφου Ραϋμόνδο.

Dominus Raymundus episcopus Paphensis in Chipro promisit pro suo communi servitio camere apostolice et collegio per magistrum Petrum de Solerio thesaurarium et canonicum Nicossiense et Petrum Delseti castellanum castris civitatis Smirnarum [con protostationem], quod nisi infra primum terminum sibi datum inseruit ratiffica communem predictorum in bona forma, quod ipsi remaneant liberi Im infra florenos auri et quinque servitia consueta solvendo medietatem a festo Nativitatis Dominum proxime venturis in unum annum et aliam medietatem in simili termino anno revoluto. Alioquin *etc.*

α-2

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Cam. Apost., Oblig. et Sol. 43, f. 69v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: XXI card. XVIII card. XVII card. *mg. d. Servitium episcopi Nimociensis. Recognitio episcopi Nimociensis, Recognitio eiusdem mg. s.*

4 Απριλίου 1380

Υπόσχεση πληρωμής συνήθων οικονομικών υποχρεώσεων στο Αποστολικό Ταμείο από τον επίσκοπο Λεμεσού Ιωάννη, καθώς και για λογαριασμό των προκατόχων του Θωμά, κατόπιν αρχιεπίσκοπο Νεάπολης Ιταλίας και Αντεμάριο.

Dominus frater Iohannes episcopus Nimociensis promisit pro suo communi servitio camere apostolice et collegio mille florenos auri et quinque servitia consueta.

Item ricognovit pro communi servitio domini Thome nunc archiepiscopi Neapolitanum immediato predecessorum collegio V^e florenos auri et Vm servitium integrum cuius predecessorum obligatio facta sint die XIII Aprilis de anno *etc.* LXXVo.

Item recognovit pro communi servitio dominum Ademarii alterius predecessori sui collegio Ve florenos auri et Vm servitium integrum omnis predecessoris obligatio facta sint die XIII Decembris de anno *etc.* LVIIo solvendo ut supra. Alioquin *etc.*

α-3

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Cam. Apost., Oblig. et Sol. 43, f. 104r

Αναφορά: Hoberg, *Taxae*, σ. 53

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Servitium episcopi Famagustani *mg.* s. XXVI cardinales, XX cardinals,

16 Αυγούστου 1385

Υπόσχεση πληρωμής συνήθων οικονομικών υποχρεώσεων στο Αποστολικό Ταμείο από τον επίσκοπο Αμμοχώστου Γοδεφρίγο για τον ίδιο και τον προκάτοχό του Φραγκίσκο.

Dominus Gaufridus episcopus Famagustanus promisit pro suo communi servitio mille V florenos et V servitiis consuetis.

Item recognovit pro communi servitio domini Francisci predecessori sui mille V florenos et V servitiis consuetis cuius predictum obligatio facta fuit die XLIII Septembris de anno LXXIX^o, solvendo medietatem promissi a festo Resurrectionis domini Christo in unum annum et aliam medietatem in simili termino anno revoluto et recognovit in similibus duobus terminus annus revolutis alicquin *etc.*

α-4

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Cam. Ap., Oblig. et Sol. 47, f. 33v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Episcopus Paphensis *mg. s. V florenos V grossis mg. d.*

Γένοβα

24 Αυγούστου 1386

Παράταση πληρωμής συνήθων οικονομικών υποχρεώσεων στο Αποστολικό Ταμείο από τον επίσκοπο Πάφου Πίνο. Σημειώνεται ότι πληρώθηκε μέρος της οφειλής.

Nos Franciscus *etc.* Quod intellecta mole gravaminum pro parte reverendi in Christo patris domini Pini Dei gratia episcopi Paphensis coram nobis exposita *etc.* terminum faciende solutionis dictorum communis et unius minuti servitiorum usque ad festum Assumptionis Beate Marie Virginis proximum futururum prorogamus et de novo assignamus eidem. Ita tamen *etc.* Ipsumque ab excommunicationis *etc.* Secum super irregularitate *etc.* In quorum *etc.*

Datum Ianue, sub anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo octuagesimo sexto indictione nona die vicesimaquarta, mensis Augusti, pontificatus sacrissimi in Christo patris et domini nostri domini Urbani divina providentia pape sexti [anno nono].

α-5

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Cam. Ap., Oblig. et Sol. 48, f. 79v

Αναφορά: Hoberg, *Taxae*, σ. 54

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Feretranensis *mg. s. Cardinales XII mg. d.*

12 Δεκεμβρίου 1386

Υπόσχεση πληρωμής συνήθων οικονομικών υποχρεώσεων στο Αποστολικό Ταμείο από τον επίσκοπο Πάφου Πίνο, ως διαχειριστής της Εκκλησίας του Μοντεφέλτρο.

Anno, Indictione, pontificatu, loco coram et presentibus quibus supra die vero Mercurii duodecima die mensis dicembris reverendus in Christo pater dominus Pinus episcopus Pafensis, commendatarius ecclesiam Feretranensem, personaliter promisit camere et collegio pro communi servitio dicte ecclesia Feretranensis centum florenos auri de camera et quinque servitia consueta.

Solvendo medietatem in festo Assumptionis Beate Marie Verginis proximum futuro et aliam medietatem in festo Nativitatis Domini nostri Ihesum Christi ex nunc proximum secuturo. Alioquin *etc.* Iuravit *etc.*

α-6

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Cam. Ap., Oblig. et Sol. 48, f. 82v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Abbatis monasterii Sancti Stephani de Bosco *mg. s. XVI cardinales mg.*

d. Στην κεφαλίδα: LXXXVII. VIII

20 Φεβρουαρίου 1387

Υπόσχεση πληρωμής συνήθων οικονομικών υποχρεώσεων στο Αποστολικό Ταμείο από τον αρχιεπίσκοπο Λευκωσίας Λουκίνο, ως διαχειριστής της μονής του Αγίου Στεφάνου στην επισκοπή του Squillace, καθώς και για τους προκατόχους του Ιωάννη και Πλάκιδο.

Anno, indictione, pontifiatu, loco coram et presentibus quibus supra, die vero Mercurii vigesima die mensis Februarii reverendus in Christo pater dominus Luchinus Dei gratia archiepiscopus Nicosiensis comendatarius monasterii Sancti Stephani de Bosco, ordinem Cisterciensis, Squillacensis diocesis, personaliter promisit camere et collegio pro ratione dicte comende dictum monasterium pro suo commune servitio septuaginta quinque florenos auri de camera et quinque servitia consueta.

Item recognovit camere et collegio pro communi servitio dominum Iohannis predecessoris sui alterius septuagintaquinque florenos auri de camera et quinque servitia consueta.

Item recognovit camere et collegio pro communi servitio domini Placidi antepredecessoris sui alterius septuagintaquinque florenos auri de camera et quinque servitia consueta.

Solvendo totum promissit in festo Nativitatis Domini nostri Ihesum Christi proximum futuro et recognita in similibus terminis successive, videlicet in qualibus simili festo successive unium recognitum. Alioquin *etc.* Iuravit *etc.*

α-7

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Cam. Ap., Oblig. et Sol. 47, f. 23v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Archiepiscopi Nicosiensis *mg. s.*

Λούκκα

2 Μαΐου 1387

Παράταση πληρωμής συνήθων οικονομικών υποχρεώσεων στο Αποστολικό Ταμείο στον αρχιεπίσκοπο Λευκωσίας Λουκίνο.

Nos Franciscus *etc.* Quod intellecta mole gravaminum pro parte reverendi in Christo patris domini Luchini Dei gratia archiepiscopi Nicosiensi coram nobis exposita, que ipsius *etc.* terminum faciende solvere dictorum communi et unius servitiorum usque ad festum Resurrectionis Domini nostri Ihesum Christi proximus futurum prorogamus et de novo assignamus eidem. Ita tamen *etc.* Ipsumque *etc.* Secum super irregularitate *etc.* In quorum *etc.*

Datum Luce sub anno Na<tivitatis> Domini millesimo trecentesimo octuagesimo septimo indictioni decima die secunda mensis Maii pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Urbani divina providentia pape sexti anno decimo. Gratis pro sigillo et littera.

α-8

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Cam. Ap., Oblig. et Sol. 47, f. 43v
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: Episcopi Paphensis *mg. s.*

Λούκκα

3 [Ιουνίου] 1387

Πληρωμή μέρους συνήθων οικονομικών υποχρεώσεων στο Αποστολικό Ταμείο από τον επίσκοπο Πάφου Πίνο, διαχειριστή της Εκκλησίας του Μοντεφέλτρο στην Ιταλία.

Nos Franciscus *etc.* Quod reverendus in Christo pater dominus Pinus Dei gratia episcopus Paphensis comendatarius ecclesie Feretranensis pro parte sui communi servitii in quo camere collegio *etc.* vigintiquinque florenos auri de camera et pro parte unius minuti servitii *etc.* duos florenos similes, solidos quatuor, denarios duos monete Romane, nobis et familiaribus et officialibus dicti collegii per manus domini Andrioli de Beatus Martino provincie [Massetrebane] die date presentium debitorum temporum solvi fecit realiter et cum effectu, de quibus *etc.* In quorum *etc.*

Datum Luce sub anno a Nativitate Domini milesimo trecentesimo octuagesimo septimo, indictione decima, die tertia mensis in [Iunii], pontificatis anno decimo.

α-9

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Cam. Ap. Div. Cam. 1, f. 61v
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: Quitantia X floreorum canonicis Famagustana

Ρώμη

21 Μαρτίου 1389

Πληρωμή από τον κανονικό Λεονάρδο Cordentius της καταβολής της ετήσιας εισφοράς του για την κατοχή του κανονικάτου της επισκοπής Τορτόζας και Αμμοχώστου, ύψους 10 φλορινιών στον Damiano de Captaneis.

Universis *etc.* Augustinus *etc.* salutem etc universitati *etc.* Quod honorabilis vir dominus Leonardus Cordentius Anteradenses et Famagustana ecclesiarum canonicatus pro annata seu mediis fructibus primi anni, in quibus apostolice camere sub certis penis et singulis ratione canonicatus et prebenda famagustana extitit efficaciter obligatus decem florenorum auri de camera per manus egregii militis et

legum doctoris dominum Damiani de Captaneis de Ianua curie domini nostri pape marescalli. Die datum presentium nobis solvi fecit realiter cum effectu. De quibus decem florenorum de camera sit nobis datum et solutis dictum dominum Leonardum canonicatum eiusque heredes et successores et dictum suum canonicatum Famagustanum tenore presentium quitamus *etc.* Mandantes insuper viris dominis in civitate ed diocesis Famagustana collectori et succollectori quatenus pro dicta annata seu mediis fructibus dicti primi anni dictorum canonicatus et prebenda Famagustana de cetero non molestant neque faciant per alios molestari. In quorum *etc.*

Datum ut supra per totum in proximo *etc.* Pontificatus anno XI. A. Pennen. Thesaurarius receptum. Visa Salvator.

α-10

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Cam. Ap. Div. Cam. 1, f. 61r-v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: f. 61r Quitantia X florenorum canonicis Anteradensi et Famagustano *mg. s.*

Ρώμη

27 Μαρτίου 1389

Πληρωμή από τον κανονικό Ιωάννη Αμει της καταβολής της ετήσιας εισφοράς του για την κατοχή του κανονικάτου της επισκοπής Ταρτούς και Αμμοχώστου, ύψους 10 φλορινιών, στον Damiano de Captaneis.

Universis *etc.* Augustinus *etc.* salutem *etc.* Universitati *etc.* Eorum honore vir dominus Iohannes Amei canonicus Anterredensis et Famagustane ecclesiarum, pro annata seu mediis fructibus primi anni, in quibus apostolice camere sub ceteris penis et singulis ratione canonicatus et prebende famagustana extitit efficaciter obligatus decem florenorum auri de camera per manus egregii militis et legum doctoris domini Damiani de Captaneis de Ianua curie domini nostri pape marescalli. Die date presentium nobis solvi fecit realiter cum effectu. De quibus decem florenorum de camera //^{61v} sit nobis datis et solutis dictum dominum Iohannem canonicum eiusque heredes et successores et dictum suum canonicatum famagustanum tenore presentium quitamus, absolvimus et etiam liberamus. Mandantes insuper venerabilibus viris

dominis in civitate et diocesis Famagustana collectori et succollectori quatenus pro dictis annata seu mediis fructibus dicti primi anni dictorum canonicatus et prebenda famagustana de cetero non molestant neque faciant per alios molestari. In quorum *etc.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, sub anno domini millesimo trecentesimo octagesimonono indictione duodecima die vicesimaseptima mensis Martii pontificatus etc, anno undecimo. A Pennen. Thesaurarius receptum. Visa Salvator.

α-11

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Cam. Ap., Oblig. et Sol. 48, f. 118v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Abbatis monasterii Sancti Stephani de Bosco *mg. s.* XIII cardinales, XVI cardinales, XV cardinales *mg. d.*

4 Ιουνίου 1389

Υπόσχεση πληρωμής συνήθων υποχρεώσεων στο Αποστολικό Ταμείο από τον διαχειριστή της μονής του Αγίου Στεφάνου de Bosco, Alamanus, για λογαριασμό και του αρχιεπισκόπου Λευκωσίας Λουκίνου.

Anno, indictione, pontificatu, loco coram presentibus quibus supra, die vero quarta mensis Iunii venerabile pater [fratrem] Alamanus abbas monasterii Sancti Stephani de Bosco ordinem Cisterciensis Squilatensis diocesis personaliter promisit pro suo commune servitio et collegio septuagintaquinque florenos auri de camera et quinque servitia consueta.

Item recognovit camere et collegio pro domino Luchino archiepiscopo Nicosiensi commendatario dicte abbacie [totumdem].

Item recognovit camere et collegio pro suo comune servitio domino Iohannis predecessoris archiepiscopu predicti alios LXXV florenos camere et quinque servitia consueta.

Item recognovit camere et collegio pro commune servitio domino Placidi predecessoris dominum Iohannis alios LXXV similes florenos et quinque servitia consueta.

Solvendo ^a totum in festo Resurrectione Domini nostri Ihesu Christi proximum futurum et recoginta in similibus terminis successive videlicet in qualibus simili festo successoribus unium recognitum. Alioquin *etc.* Iuravit *etc.*

^a medietatem *del.* R

α-12

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Cam. Ap., Oblig. et Sol. 47, f. 70r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Archiepiscopi Nicosiensis *mg. s.*

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

18 Αυγούστου 1389

Παράταση πληρωμής συνήθων υποχρεώσεων στο Αποστολικό Ταμείο από τον αρχιεπίσκοπο Λευκωσίας Λουκίνο. Σημειώνεται ότι έχει πληρωθεί μέρος της οφειλής.

Franciscus *etc.* Quod intellecta mole gravaminum pro parte reverendi in Christo patris domini Luchini Dei gratia archiepiscopo Nicosiensi eorum nobis exposita que ipsum *etc.* pro suo communi et uno minuto servitiis consueto debitorum terminum usque festum Penthecostes proxime futurum prorogamus *etc.* Ita tamen *etc.* Ipsum *etc.* Secum *etc.* In quorum *etc.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo nono. Indictioni duodecima die decimaottanta Augusti pontificatus *etc.* anno duodecimo. Florenos III, grossis III

ΒΟΝΙΦΑΤΙΟΣ Θ΄

Perinus ή Petrus Tomacellus, αρχιεπίσκοπος Νεάπολης, πρεσβύτερος καρδινάλιος της Αγίας Αναστασίας 2 Νοεμβρίου 1389 (ενηθρόνιση 9 Νοεμβρ.),
† Ρώμη 1 Οκτωβρίου 1404

β-1

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Lat. 2, f. 95r-96v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Στο τέλος της εγγραφής: Iac. XVII XIX de Theramo.

Ρώμη

23 Νοεμβρίου 1389

Ο αρχιεπίσκοπος Λευκωσίας Λουκίνος λαμβάνει τη διαχείριση του αβαείου του Poverano στη Γένοβα μετά τον θάνατο του προηγούμενου ηγουμένου Matheus de Collis.

Bonifatius *etc.* venerabili fratri Luchino archiepiscopo Nicosiensi, salutem *etc.*

Personam tuam nobis et Apostolice Sedi devotam paterna benivolentia prosequentes, illam tibi gratiam libenter impendimus, quam tibi fore conspicimus oportunam.

Dudum siquidem, felicitis recordationis Urbanus pape VI, predecessor noster, dum ageret in humanis, intendens de prioratu de Poverano, Ordinis Sancti Augustini, Ianuensis diocesis, quem quondam Matheus de Collis ultimus prior eiusdem prioratus tunc temporis obtinebat, cum illum vacare contingeret per Apostolice Sedis providentiam ordinari, prioratum ipsum dum adhuc etiam idem Matheus ageret in humanis, videlicet XIII kalendas Ianuarii pontificatus ipsius predecessor anno undecimo, collationi et dispositioni sue duxit ea vice specialiter reservandum, decernens extunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigeret attemptare.

Postmodum vero, predicto prioratu, per ipsius Mathei obitum, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacante, idem predecessor accedens, quod nullus de illo preter eum ea vice disponere potuerat sive poterat, reservatione et decreto obsistentibus supradictis ac volens te qui – ut asserebatur – possessionem administrationis bonorum Nicosiensis ecclesie nondum potueras adipisci, dono prosequi gratie specialis, tibi que, pro archiepiscopali statu decenter tenendo de alicuius subventionis auxilio providere, prioratum predictum a monastero Sancte Crucis Mortariensis dicti ordinis, Papiensis diocesis, dependentem et per canonicos

dicti monasterii solitum gubernari, sic vacantem per te tenendum, regendum et etiam gubernandum usque ad eiusdem predecessoris beneplacitum auctoritate apostolica, concessit in commendam, prout in eiusdem predecessorum litteris inde confectis plenius continetur. //^{95v}

Postmodum vero, predicto predeessore per eum de dicto prioratu alias non disposito, sicut Domino placuit, sublato de medio, nos, divina favente clementia ad apicem summi apostolatus assumpti, cum a nonnullis revocaretur in dubium, an post dicti predecessoris obitum aliquis preter Romanum pontificem de prioratibus dignitatibus personatibus officiis ac aliis beneficiis ecclesiasticis, secularibus et regularibus, per ipsum predecessorem dispositio sue reservaris et tempore obitus predecessoris eiusdem vacantibus disponere potuisset sive possit ad huiusmodi ambiguitatis tollendi dubium per nostras litteras declaramus, prioratus dignitates personatus, officia ceteraque beneficia ecclesiastica supradicta, que tempore obitus dicti predecessoris sic reservata vacabant remansisse et remanere per huiusmodi reservationem et decretum affecta, nulliunque de illis preter Romanum pontificem ea vice potuisse vel posse disponere, quoquomodo ac decrevimus, irritum et inane quidquid in contrarium aquoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsitan erat tunc vel imposterum contingerit attemptari. Cum itaque Sedem promissa prioratus ipse adhuc – ut premittitur – vacante noscatur, nullusque de illo preter Romanum pontificem hac vice disponere potuerit neque possit, reservatione, declaratione et decretis obsistentibus supradictis, nos, tuis qui – ut asseritur – adhuc huiusmodi possessionem administrationis pacificam non habes neque te posse adipisci speras in [urem] in hac parte supplicationibus inclinati eundem prioratum, qui conventualis est et cuius fructus, redditus et proventus quadringentorum et quinquaginta florenorum auri secundum comunem extimationem valorem annum – ut asseris – non excedunt, sic vacantem, etiamsi dictus prioratus dignitas vel personatus aut officium seu perpetua administratio existat cum omnibus iuribus et pertinentiis suis apostolica tibi auctoritate, conferimus //^{96r} et de illo etiam providemus, decernentes prout est irritum et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit imposterum attemptari. Non obstantibus quod non predicti sed Sancti Benedicti Ordinis professor existis ac felicis recordationis Bonifatii papa VIII predecessorum nostri et quibuscumque aliis constitutionibus apostolicis necnon statutis et consuetudinibus monasterii et ordinum predictorum contrariis iuramenti confirmationem apostolica vel quacumque firmitate

alia roboratis. Seu si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi prioratibus aut dignitatibus, personatibus vel officiis seu perpetuis administrationibus specialiter aut aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiamsi per eas inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus te in assecutione dicti prioratus volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem prioratum ac dignitatione personatum vel officiorum aut perpetuarum administrationum seu beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si dilectis filiis [preposito] monasterii per [prepositum] solitum gubernari et eiusdem ac prioratus predictorum conventibus vel quibusuis aliis communiter vel divisim a dicta sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli non possint, quodque de huiusmodi prioratibus ac dignitatibus personatibus vel officiis seu perpetuis administrationibus aut aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu quavis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non faciens plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratie impediri valeat, quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nos enim, tecum ut dictum prioratum libere recipere et unacum //^{96v} archiepiscopatu Nicosiensis retinere libere et licite possis, generalis concilli necnon predictis constitutionibus ac statutis et consuetudinibus contrariis nequaquam obstans de uberioris dono gratie, dispensamus, proviso quod predictus prioratus debitis obsequiis non fraudetur et animarum cura in eo nullatenus negligatur. Nulli ergo et cetera nostre collationis, provisionis, constitutionis, voluntatis et dispensationis et cetera. Si quis autem et cetera.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, nono Kalendas decembris, anno primo.

Simili modo venerabili fratri episcopo Saonensi et dilectis filiis abbati monasterii Sancti Stephani ac preposito ecclesie Ianuensis, salutem *etc.* Personam venerabilis fratris Luchini archiepiscopi Nicosiensis nos et Apostolice Sedi et cetera.

Quocirca discretionis nostre per apostolica scripta mandamus quatinus vos, vel duo, aut unus vestrum, per vos, vel alium seu alios, eundem Luchinum archiepiscopum vel procuratorem suum eius nomine, in corporalem possessionem prioratus, iurisque et pertinentiarum predictorum inducatis auctoritate nostra et defendatis inductum, amoto

exinde quolibet decentore facientes ipsum Luchinum archiepiscopum vel dictum procuratorem pro eo ad eundem prioratum ut est moris admitti de ipsius prioratus, fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi. Non obstantibus omnibus supradictis, seu si eisdem preposito et conventibus vel quibuscuis aliis communiter vel divisim a predicta Sede indultum existat quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non faciens plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum *ut supra*.

β-2

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Cam. Ap., Oblig. et Sol. 48, f. 133r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Ecclesie Cerviensis *mg. s. XX cardinales, XVII cardinales mg. d.* Στην

κεφαλίδα: LXXXX

18 Μαρτίου 1390

Υπόσχεση πληρωμής συνήθων υποχρεώσεων στο Αποστολικό Ταμείο από τον επίσκοπο Πάφου Πίνο, ως διαχειριστή της επισκοπής του Cervi.

Anno, indictione, pontificatu, loco quibus antea, die vero Veneris decimaoctava dicti mensis Martii, coram prefato reverendissimo in Christo patre et domino Marino miseratione divina Sancte Marie Nove dyacono cardinali, domini pape camerario, presentibus reverendo in Christo patre domino Augustino Dei gratia episcopo Perusino, domini nostri pape thesaurario, ⁷ et venerabilibus viris dominis Francisco, Paulo, Salvatore et Baylardino apostolice camere et Iacobo collegii clericis, reverendus pater dominus Pinus episcopus Pafensis, commendatarius ecclesie Cerviensis per dominum Antonium de Novaria procuratorem suum ad hoc legitime constitutum, promisit camere et collegio pro ^u suo communi servitio per ecclesia Cerviensi ducentos florenos auri de camera, et quinque servitia consueta.

Item recognovit camere et collegio pro communi servitio domini Menendi commendatarii prout supra predecessoris sui alios ducentos similes florenos et quinque servitia consueta.

Item recognovit camere tantummodo pro communi servitio domini Astorgii antepredecessoris sui centumquinque [...] (exp.?)...] similes florenos de camera et pro quinque servitiis vigintiduos similes florenos ^β, solidos vigintiquatuor, denarios sex monete Romane.

Solvendo medietatem promissi in festo Nativitatis Domini nostri Ihesu Christi proxime futuro, aliam medietatem in festo Rexurrectionis Domini nostri Ihesu Christi extunc proxime secuturo, et recognita in similibus modis et terminis proxime successive. Alioquin *etc.* Iuravit *etc.*

^a cond *del.* R ^β sol *del.* R ^γ penn *del.* R

β-3

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 17, f. 84v-85r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Στο τέλος της εγγραφής N. XX de Benevento

Ρώμη

18 Μαΐου 1390

Ο Ουρβανός ΣΤ΄ είχε ζητήσει να διερευνηθεί εάν ο αρχιδιάκονος της επισκοπής Αμμοχώστου Ιωάννης de Cosentia είχε προσχωρήσει στον πάπα Κλήμη Ζ΄ και αν τον είχε υποστηρίξει τότε θα έπρεπε να του αφαιρεθεί το αξίωμα του αρχidiaκόνου και να δοθεί στον Λουκίνο de Cigalo. Ο Ουρβανός πέθανε πριν προλάβει να επικυρώσει την παραχώρηση στον Λουκίνο, ο οποίος παρουσίασε στον Βονιφάτιο αίτηση με τα σχετικά. Ο *officialis* της επισκοπής Αμμοχώστου εντέλλεται να παραχωρήσει το αξίωμα στον Λουκίνο, συμφώνως με τα όσα είχαν συμφωνηθεί στο παρελθόν.

Bonifacius *etc.* dilecto filio officiali Famagustano, salutem *etc.*

Iustis et honestis supplicium vocis libenter annuimus illasque favoribus prosequimur oportunis.

Dudum siquidem, audienciam felicitis recordationis Urbani pape VI, predecessoris nostri deducto quod Iohannes de Consentia, olim archidiaconus ecclesie Famagustane, perditionis alumno Roberto olim Basilice Duodecim Apostolorum presbitero

Cardinali tunc et nunc antipapa, qui se Clementem VII ausu sacrilego nominare presumit, etiam post et contra processus eiusdem predecessoris contra eundem Robertum et eius fautores ac sequaces et adherentes eidem factos et solemniter publicatos per quos eiundem Robertum velut hereticum et scismaticum puniendum sententialiter condemnavit notorie adherere et favere presumpserat et presumebat, idem predecessor attendens quod veris existentibus supradictis, prefatus Iohannes archidiaconatu dicte ecclesie quem tunc temporis obtinebat, ipso iure privatus extiterat per quasdam, ut vocatis, dicto Iohanne et aliis, qui forent evocandi, super premissis inquireres, auctoritate apostolica, diligentius veritatem et si per inquisitionem //^{85r} huiusmodi invenires ita esse, dictum Iohannem prefato archidiaconatu auctoritate predicta sententialiter declarares fuisse et esse privatum, eumque realiter amoveres ab eodem et per alias suas litteras || tibi || mandavit quod si eundem Iohannem predicto archidiaconatu privatum fore declaratur, et ab eo amoveri per te contingere – ut perfertur – eundem archidiaconatum dilecto filio Luchinio de Cigalo, clerico Ianuensi si subiectis modo et forma eum ad hoc ydoneum esse reppereris, auctoritate apostolica conferires et etiam assignares prout in ipsis litteris plenius continentur.

Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte dicti Luchini petitione continebat, ^a licet in tempore quo idem predecessor adhuc ageret in humanis ad executionem predictorum litterarum procedere inceperis, tamen pro eo quod antequam sententiam seu declarationem huiusmodi promulgares predictus predecessor – sicut Domino placuit – fuerat vita functus, ad promulgationem [fuerit] seu declarationis huiusmodi huiusque distuleris et differas procedere contra Iohannem antedictum pro parte dicti Luchini nobis qui, postea divina favente clementia fuimus ad apicem summi apostolatus assumpti, fuit humiliter supplicamus ut providere sibi super hoc de oportuni remedio dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tue, per apostolica scripta mandamus quatenus negotium sine causa^b huiusmodi in eo statu in quo ultimo coram te remansit resumere ad declarationem sine sententiam huiusmodi necnon executionem plenariam dictarum litterarum in omnibus et persona iuxta ipsarum concurrentiam et tenorem precedente auctoritate nostra procures.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, decimoquinto Kalendas Iunii anno secundo.

^a quod antequam sententiam seu declarationem huiusmodi promulgares predictus predecessor sicut dicto placuit fuerat vita fructus *del. R^b causam*] ex corr.

β-4

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 2, f. 260r-261r

Έκδοση: K. Eubel, *Bullarium Franciscanum*, τ. 7, αρ. 37

Ρώμη

15 Οκτωβρίου 1390

Ο επίσκοπος Λεμεσού Στέφανος μετατίθεται στην αρχιεπισκοπή Κορίνθου και στη θέση του εκλέγεται ο Βαρθολομαίος Guy, του τάγματος των Φραγκισκανών.

Bonifatius *etc.* dilecto filio Bartholomeo Gay, electo Nimocienis, salutem *etc.*

Apostolatus officium quamquam insufficientibus meritis nobis ex alto commissum, quo ecclesiarum omnium regimini presidemus, utiliter exequi coadiuvante Domino cupientes solliciti corde reddimur, et solertes ut, omni de ipsarum regiminibus agitur commitendis, tales eis in pastores preficere studeamus, qui commissum sibi gregem dominicum sciant non solum doctrina verbi sed exemplo boni operis informare, commissasque sibi ecclesias in statu pacifico et tranquillo velint et valeant ducere Domino salubriter regere et feliciter gubernare.

Dudum siquidem, provisiones omnium cathedralium ecclesiarum de prelatibus eorum ubilibet constitutis aliis ecclesiis per nos faciendas tunc vacantibus et in antea vacaturis collationi et dispositioni nostre reservantes, decrevimus extunc irritum et inane si secus super hiis a ^a ||quoscumque|| quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Postmodum vero Nimociensis ecclesia ex eo vacante quod, nos, pridie venerabilem fratrem nostrum Stephanum olim episcopum Nimociensis in archiepiscopum Corinthiensem electum a vinculo, quo ecclesie Nimociensis cui tunc preerat tenebatur de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, ipsum ad ecclesiam Corinthiensem tunc pastore carentem auctoritate apostolica duximus transferendum, preficiendo eum dicte Corinthiensis ecclesie in archiepiscopum et pastorem, nos ad provisionem //^{260v} eiusdem Nimociensis ecclesie celerem et felicem,

de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit neque potest, reservatione et decreto obsistentibus supradictis paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de preficiendo eidem Nimociensis ecclesie personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te Ordinis Fratrum Minorum professorem et in sacerdotio constitutum, cui de religionis zelo, litterarum scientia, vite munditia, honestate morum, spiritualium providentia et temporalium circumspectione et aliis multiplicium virtutum donis apud nos fidedigna testimonia perhibentur, direximus oculos nostre mentis, quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua, nobis et eisdem fratribus nostris ob dictorum tuorum exigentiam meritorum accepta eidem Nimociensi ecclesie de dictorum nostrorum consilio auctoritate apostolica providemus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius Nimociensis ecclesie, tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie commitendo, in Illo Qui dat gratias et largitur premia confidentes quod dicta Nimociensis ecclesia sub tuo felici regimine, gratia tibi assistente divina, prospere dirigetur et salubria in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa.

Quocirca discretioni ^β tue per apostolica scripta mandamus quatenus, impositum tibi a Domino onus regiminis dicte Nimociensis ecclesie suscipiens reverentur, sic te in eius cura salubriter exercenda diligentem exhibeas et etiam studiosum quod ecclesia ipsam gubernatori provido et etiam fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque preter eterne retributionis premium nostram et Apostolice Sedis benedictionem et gratiam uberius consequi merearis.

Datum, apud, Rome, Sanctum Petrum, [Kalendas] octobris anno primo.

Simili modo dilectis filiis capitulo ecclesie Nimociensis, salutem *etc.* Apostolatus officium *etc.*

Quocirca discretioni nostre per apostolica scripta mandamus quatinus eidem Bartholomeo electo tamquam patri et pastori animarum nostrorum humiliter intendentes ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitam et devotam, eius salubria monita et mandata suscipiatis devote et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam quam idem electus rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

*Simili modo dilectis filiis populo, civitatis et diocesis Nimociensis, salutem etc. Apostolatus officium etc. Quocirca universitatem nostram rogamus, monemus et hortamus attente per apostolica scripta vobis mandantes eundem Bartholomeum electum tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum devote suscipientes ac debita honorificentia prosequentes eius monitis et mandatis salubribus humiliter intendatus, ita quod ipse in vobis devotionis filios et vos in eo per consequens patrem invenisse //^{261r} benivolum gaudeatis. Datum *ut supra*.*

Simili modo dilectis filiis clero, civitatis et diocesis Nimociensis, salutem etc. Apostolatus officium etc.

Quocirca discretioni nostre per apostolica scripta mandamus quatenus eundem Bartholomeum electum tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato admittentes honore ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitam et devotam eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis. Aliaquin sententiam quam idem electus rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

Simili modo carissimo in Christo filio Iacobo regi Cipri illustri, salutem etc. Gratie divine premium et humane laudis preconium acquiritur si per seculares principes prelati ecclesiarum cathedralibus regimini presidentibus, oportuni favoris presidium et honor debitus impendatur.

Dudum siquidem *etc.* Cum itaque tibi filii carissime, sit virtutis opus Dei ministros benigno favore prosequi ac eos verbis et operibus pro Regis eterni gloria venerari, serenitatem regiam rogamus et hortamur attente, quatenus eundem Bartholomeum electum et prefatam ecclesiam sue cure commissam habens pro nostra et Apostolice Sedis reverentia propensius commendatos ipsos benigni favoris auxilio prosequaris, ita quod idem electus tue celsitudinis fultus presidio in commisso sibi cure pastoralis officio possit Deo propitio prosperari ac tibi exinde a Deo perennis vite premium et a nobis condigna proveniat actio gratiarum. Datum *ut supra*.

Simili modo venerabili fratri archiepiscopo Nicosiensi, salutem etc. Ad cumulum tue cedit salutis et fame, si personas ecclesiasticas, presertim pontificali dignitate preditas divine propiciationis intuitu, oportuni presidii ac favoris gratia prosequaris. Dudum siquidem etc. Cum igitur ut idem electus in commisso sibi eiusdem Nimociensis ecclesie cura facilius perficere valeat cuius favor filii noscatur esse plurimum opportunus fraternitatem tuam rogamus, monemus et hortamur attente per apostolica

scripta mandantes, quatenus eundem electum ac ecclesiam sibi commissam suffraganeam tuam habens pro nostra et Apostolice Sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis eiusdem Nimociensem ecclesie iuribus sit enim tui favoris presidio prosequaris quod ipse per tue auxilium gratie se possit in commisso sibi eiundem Nimociensem ecclesiam regimine utilius exercere tuque preter divinam misericordiam et nostram et eiusdem sedis benivolentiam valeas exinde uberius promereri. Datum *ut supra*.

^a quolqua *del. R* ^b nostre *del. R*

β-5

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 17, f. 85r-86r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Στο τέλος της εγγραφής: N. XX de Benevento

Ρώμη

2 Ιουνίου 1391

Προς τον αρχιεπίσκοπο Γένοβας από τον πάπα Βονιφάτιο Θ'. Πριν από λίγο καιρό εκ μέρους του ποτέ Eliani de Camilio λαϊκού και εκτελεστή της διαθήκης είχε επιδειχθεί στον πάπα Ουρβανό η διαθήκη των αδελφών Νικόλα και Φραγκίσκου Mussi από τη Γένοβα, οι οποίοι διέμεναν από καιρό στην Αμμόχωστο, και είχε δοθεί η άδεια τότε να ανεγερθεί το παρεκκλήσι στη Γένοβα αντί στη Λευκωσία, αφού ο βασιλιάς στην Κύπρο (ο Πέτρος Β') είχε προσχωρήσει στον πάπα της Αβινιόν. Ο Αντώνιος Cancellο ζητά επιβεβαίωση εκείνης της απόφασης, που στο μεταξύ ο Eliani de Camilio έχει πεθάνει. οι οποίοι έμεναν για πολλά χρόνια στην πόλη και επιθυμούσαν να ανεγείρουν παρεκκλήσι στη Λευκωσία.

Bonifatius *etc.* venerabili fratri Archiepiscopo Ianuensi, salutem *etc.*

Iustis et honestis supplicum votis libenter annuimus //^{85v} illaque favoribus prosequimur oportunis.

Dudum siquidem, pro parte quondam Eliani de Camilio laici exposito felicis recordationis Urbano pape VI predecessori nostro, quod quondam Nicolaus et quondam Franciscus Mussi de Ianua fratres ^a laici, qui in regno Cipri longo tempore residerant et habitabant condenter successive de bonis suis in eorum voluntatibus ultima testamenta, quilibet videlicet eorum in suo testamento inter cetera voluerat et

mandaverat, quod de bonis suis huiusmodi pro anima sua in civitate Nicosiensi dicti regni construeretur una capella, quam etiam quilibet eorum sufficient dotaverat dicto Eliano et dilecto filio Antonio Canello cive Ianuensi super hiis in eisdem testamentis executoribus deputatis et pro eo quod ille, qui dominum temporale tunc tenuerat in civitate predicta perditionis alumno Roberto olim basilice Duodecim Apostolorum presbitero cardinali tunc et nunc antipape, qui se Clementem VII ausu sacrilego nominare tunc presumebat – ut presumit – notorie adherebat, et etiam prefatus Antonius tunc agebat in remotis dictusque Elianus debebat se ad remota loca in brevi transferre quapropter nonnulla alia impedimenta que tunc occurrebant dicti executores huiusmodi capellas in dicta civitate construi facere et aliter voluntatem dictorum testatorum non potuerant necque poterant adimplere et pro parte dicti Eliani eidem predecessori humiliter supplicato ut, quod huiusmodi capelle in civitate vel districtu Ianuensi construi et eaque de bonis dictorum testatorum ultra sumptus ipsarum capellanorum penes, eosdem executores remanere contingent in ipsa civitate Ianuensi in pios usus dispensari valerent concedere dignaretur idem predecessor de premissis et certam notitiam non habens tibi per suas litteras commisit, quod dictis executoribus votatis et aliis, qui forent evocandi de premissis et allis circumstantiis universis auctoritate apostolica te diligentur informares et si per informationem huiusmodi reperires, quod huiusmodi voluntates dictorum testatorum circa constructionem predictarum capellarum et alias in predicta civitate Nicosiensis commode servari non possent tu capellas huiusmodi in civitate //^{86r} Ianuensi predicta per eosdem executores in locis ad hoc congruis et honestis edificari et dotari sufficienter de supradictis bonis eadem auctoritate cum effectu. In aliis vero voluntates huiusmodi prefatorum testatorum inviolabiliter faceres observari, prout in ipsis litteris plenius continetur. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte dicti Antonii petitio continebat antiquam ad executionem dictarum litterarum procedere inceperis predecessor et successive Elianus predictis fuerunt sicut Domino placuerit vita functi, pro parte dicti Antonii nobis fuit humiliter supplicatum, ut ne propterea executio premissorum retardetur, premissa iuxta litteras predictas adimpleri mandare de speciali gratia dignaremur. Nos itaque huiusmodi supplicationibus ||alius|| inclinati fraternitati tue de qua in hiis et aliis specialem in Domino fiduciam obtinemus per apostolica scripta mandamus quatinus ad executorem predictarum litterarum in omnibus et per omnia iuxta ipsarum continentiam et tenorem procedere auctoritate nostra procures premissis

et etiam non obstantibus omnibus que idem predecessor in dictis litteris voluit non obstare.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio Nonas Iunii anno secundo.

^a voluerat et mandaverat ad de bonis *del. R*

β-6

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Lat. 17, f. 129r-130v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Στο τέλος της εγγραφής: N. XXX de Benevento.

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

3 Ιουνίου 1391

Ο Enrico και ο Eliani de Camilia εκτελεστές της διαθήκης του Iosep Zaffet από την Αμμόχωστο, ο οποίος στη διαθήκη του όριζε να ανεγερθεί στην Αμμόχωστο, στην περιοχή της Area, δίπλα από το Νοσοκομείο, ναός επ' ονόματι της Αγίας Τριάδας με τρεις βωμούς (Αγία Τριάδα, Παρθένο Μαρία και Αγίων Πάντων), καθώς και ένα νοσοκομείο για φτωχούς και προσκυνητών και για τα δύο φύλα, αλλά και μισθοδοσία κληρικών όπως ορίζει η διαθήκη του. Η εκτέλεση της διαθήκης δεν πρέπει να καθυστερήσει.

Bonifatius *etc.* venerabili fratri archiepiscopo Ianuensi, salutem *etc.* Justis et honestis supplicum votis hiis presertim per que defunctorum ultime voluntates uberius adimpleri valeant volumus favorabiles inveniri.

Dudum pro parte dilecti filii Enrici de Camilia civis Ianuensis et quondam Eliani laici executorum testamenti seu ultime voluntatis quondam Iosep Zaffet de Famagusta laici, felicis recordationis Urbano papa VI predecessore nostro exposito, quod olim dictus Iosep dum ageret in humanis, de propria salute recogitans et cupiens bona temporalia sibi divina largitione concessa in eterna felici commercio committare, in dicto testamento disposuerat ac etiam ordinaverat quod in platea Area nuncupata ipsius testatoris in civitate Famagustana ante magnum hospitium eiusdem testatoris consistente fieret per dictos executores de bonis predictis una ecclesia seu capella ad reverentiam et honorem ac sub vocabulo sancte et individue Trinitatis longitudinis et

latitudinis platee predicte cum uno sub sancte Trinitatis et alio sub ^a Beate Marie Virginis et alio sub Omnium Sanctorum vocabulis altaribus et ipsa ecclesia seu capella per eos muniretur paramentis, vestimentis et aliis ornamentis necessariis et etiam oportunis, quodque in eadem ecclesia instituerentur et essent continue tres presbiteri et duo clerici bone fame, qui populo missarum solemnias et alia diurna et nocturna divina officia inibi celebrarent et quorum unus ipsius ecclesie seu capelle rector aut minister esset legaverant. In super idem testator pro mansione rectoris presbiterorum et clericorum predictorum duas alias domos suas contiguas dicte platee mandaverat, etiam predictos ^b executores de pecuniis ipsius testatoris in dicto testamento descriptis tot loca //^{129v} super introitibus communis civitatis Ianuensis, comparis nuncupatis, ^γ et tot alios redditus sive census et proventus annuos bonos sufficientes securos et perpetuos in civitate Ianuensi predicta et in introitibus dictorum communis, comparis nuncupatis, que ascenderent usque ad valorem et summam sex milium florenorum auri puri et iusti ponderis de quibus mandavit solum singulis annis dictis presbiteris et clericis pro eorum victu florenos auri de Ianua boni et iusti ponderis pro quolibet presbitero quinquaginta et pro quolibet clericorum predictorum decem et octo et quod ||de|| eisdem pecuniis construerentur et fierent in maiori suo hospicio dicte civitatis Famagustane in quo ipse testator dum viveret habitabat ac in parva domo ipsi hospicio adiacenti duo hospitalia pauperorum cum lectis et aliis necessariis ad honorem et sub vocabulo Sancti Spiritus pro uso pauperum et peregrinorum et aliorum qui Sanctum Sepulcrum Dominicum in Ierusalem eundo vel redeundo pro tempore peregre proponerent visitare, ita quod mares in dicto maiori hospicio et femine seorsim in domo sibi adiacenti prefata reciperentur et foverentur de bonis emendis ex pecuniis supradictis et quod ipsi executores iuxta ecclesiam seu capellam predictam parari facerent cimiterium per sepultura peregrinorum decedentium pro tempore in hospitali predicto et quod ecclesia seu capella ipsa collegiata non esset sed tantum curata foret, quo ad huiusmodi presbiteros, clericos et peregrinos et rectores dicte ecclesie seu capelle qui pro tempore forent tam presbiterorum et clericorum quam pauperum huiusmodi curam gererent animarum ordinaverat, etiam ac instituerat et voluerat idem testator quod patroni ecclesie seu capelle ac hospitalis predictorum essent et esse deberent prefati Elianus et Enricus et eis deficientibus eorum primogeniti mares tantum etate et discretione habiles et ydonei et ipsis primogenitis deficientibus duo antiquiores et probiores de Albergo et cognome ipsorum Eliam et Enrici de domo de Camilia Ianuensis et uno ex dictis

primogenitis deficiente loco illius esset cum altero superstite unus antiquior de Albergo seu de domo predicta, ita si dicti primogeniti vel alter ex eis in cuius seu quorum locum electi fuissent, dicti antiquiores defectu etatis seu ydoneitatis efficerentur postea habiles et ydonei ipsi primogeniti extunc assumerent huiusmodi ius patronatus ac si semper ydonei extitissent. Et in super voluerat quod ad regimen sine gubernationem dicti hospitalis eligi deberet //^{130r} hospitalarius aliquis homo bone conditionis et fame clericus vel laicus per electionem patronorum huiusmodi qui essent pro tempore, illud tamen non in titulum beneficii assignaretur, sed ad modum simpliciter hospitalis pauperum gubernaretur. Mandaverat etiam ipse testator quod omnis dissensio que pro tempore oriri contingeret inter dictos primogenitos et descedentes ipsorum ac alios de Albergo huiusmodi occasione dicti iuris patronatus super ydoneitate vel alia occasione terminaretur et sopiretur iudicio canonicorum, qui essent pro tempore et capituli ecclesie Ianuensis ad quod quidem capitulum devolui voluit dictum ius patronatus deficientibus primogenitis ac decedentibus supradictis ac omnibus aliis de dicto Albergo. Subiunxerat quoque idem testator quod predictis patronis exhiberetur honor debitus cum debita reverentia et omnia iura patronatus observarentur eisdem per rectorem capelle et hospitalis ac presbiteros et clericos supradictos, alioquin privarentur et alii loco eorum surrogarentur et per ipsos patronos presentarentur prout in dicto testamento dicebatur plenius contineri et pro parte dictorum executorum eidem predecessori humiliter supplicato, ut ipsi cum intenderent premissa realiter adimplere eis fundandi et construendi ecclesiam seu capellam cum cimiterio ac hospitalia huiusmodi et alias voluntatem prefati testatoris per se vel alios adimplendi licentiam concedere dignaretur, idem predecessor de premissis, certam notitiam non habens tibi, commisit et mandavit, ut viso per te testamento predicto ipsius testatoris voluntatem huiusmodi auctoritate apostolica faceres inviolabiliter observari, si et prout de iure foret faciendum. Iuris tamen diocesani loci et matricis parochialis ecclesie et cuiuslibet alterius in omnibus semper salvo. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte dicti Enrici petitio continebat antequam ad ^δ executionem dictarum litterarum procedere inceperis predecessor et successive Elianus predicti sicut Domino placuit fuerint vita functi, pro parte dicti Enrici nobis fuit humiliter supplicatum, ut ne propterea executio premissorum retardetur promissa iuxta litteras predictas adimpleri mandare de speciali gratia dignaremur. Nos itaque huiusmodi supplicationibus inclinati fraternitatem de qua in hiis et aliis specialem in Domino fiduciam obtinemus per apostolica scripta mandamus, quatinus ad

executionem predictarum litterarum in omnibus //^{130v} et per omnia iuxta ipsarum constitutionem et tenorem procedere auctoritate nostra procures premissis et etiam non obstantibus omnibus que idem predecessor in dictis litteris voluit non obstare.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio None Iunii pontificatus nostri anno secundi. N. XXX de Benevento.

^a eas *del.* R ^β testes *del.* R ^γ nuncupatis *ex corr. nuncupatios* ^δ executionem *ex corr.* esse executionem

β-7

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Arm. XXXIII, 12, f. 151r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: *Collectoria civitatis, diocesis et provincie Nicosiensis et Regno Cypri mg. s.* Στο τέλος της εγγραφής: *De Curia. R. de Laus. Io de Canevariis.*

Ρώμη

6 Ιουνίου 1391

Ο αρχιδιάκονος της επισκοπής Αμμοχώστου Λουκίνος Cigala ονομάζεται παπικός φοροσυλλέκτης για την επαρχία Λευκωσίας και ολόκληρου του Βασιλείου.

Bonifatius *etc.* dilecto filio Luchino Cigala de Ianua archidiacono Famagustano fructuum et proventuum camere apostolice in civitate diocesis et provincia Nicosiensis ac regno Cypri debitorum collectori, salutem *etc.*

Ex fideli, sollicita ac diligenti prudentia, providentia quoque et probitate circumspecta, ac aliis virtutibus quibus fulgere dinosceris presumimus evidentem, quod ea, que tibi, exequenda, commiseremus, solerti et diligenti studio fideliter exequaris.

Hinc est, quod nos te de cuius circumspectione plurimum confidimus, in civitate, diocesis et provincia Nicosiensi ac regno Cypri generalem collectorem et receptorem fructuum, iurium et proventuum camere apostolice in predicta provincia debitorum, usque ad vestrum beneplacitum auctoritate apostolica tenore presentium facimus, constituimus et etiam deputamus, omnes alios et singulos huiusmodi fructuum, iurium et proventuum collectores et succollectores in eisdem civitate, diocesis, provincia et regno per nos aut Sedem Apostolicam seu per alios collectores hactenus deputatos

penitus revocantes ac tibi per te vel alium seu alios fide et facultatibus ydoneos nostro et dicte camere ac ecclesie romane nomine, omnes et singulos fructus, redditus et proventus [primi] anni [universorum] ecclesiasticorum in predictis civitate, diocesis, provincia atque Regno vacantium per nos seu auctoritate nostra collatorum et in antea conferendorum *etc.* in similibus collectoriiis [sub].

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, VIII Idus Iunii, pontificatus nostri anno secundo.

β-8

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Cam. Ap., Oblig. et Sol. 48, f. 158v

Αναφορά: Hoberg, *Taxae*, σ. 87

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Episcopi Nimociensis *mg. s.* XVI cardinales, XX cardinalem, XVIII cardinalem *mg. d.* Στην κεφαλίδα: LXXXXXI

12 Ιουνίου 1391

Υπόσχεση πληρωμής συνήθων οικονομικών υποχρεώσεων στο Αποστολικό Ταμείο από τον επίσκοπο Λεμεσού Βαρθολομαίο.

Anno, indictione, pontificatu, loco quibus antea, die vero Lune duodecima dicti mensis Iunii, coram prefato reverendissimo in Christo patre et domino domino Marino miseratione divina Sancte Marie Nove dyacono cardinali, domini pape camerario, presentibus reverendo in Christo patre domino Augustino Dei gratia episcopo Perusino, domini nostri pape thesaurario, et venerabilibus viris dominis Paulo et Baylardino, apostolice camere clericis, et domino Iacobo Warna, sacri collegii clerico, reverendus in Christo pater dominus Bartolomeus Dei gratia episcopus Nimociensis in provincia Nicosiensi in Regno Cypri, per magistrum Honofrium de Urnu de Perusio apostolicarum litterarum scriptorem, procuratorem suum ad hoc legitime constitutum, promisit camere et collegio pro suo communi servitio mille florenos auri de camera, et quinque servitia consueta.

Item recognovit camere et collegio per communi servitio domini Stephani predecessoris sui alios similes mille florenos et quinque servitia consueta.

Item recognovit camere et collegio pro communi servitio domini Francisci predecessoris sui alios similes mille florenos et quinque servitia consueta.

Item recognovit camere tantummodo pro communi servitio domini Thome alterius predecessoris sui alios similes mille florenos et quinque servitia consueta.

Item recognovit camere tantummodo pro communi servitio domini Aldemari alterius predecessoris sui quadringentos similes florenos, et pro quatuor minutis servitiis sexagintaduos similes florenos, solidos quatuordecem, denarios duos monetis veris.

Solvendo medietatem promissi in festo Rexurrectionis Domini nostri Ihesu Christi proxime futuro, aliam medietatem in simili festo anno revoluto, et recognita similibus modis et terminis successive. Alioquin *etc.* Iuravit *etc.*

β-9

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Cam. Ap., Oblig. et Sol. 52, f. 37r-v

Αναφορά: Hoberg, *Taxae*, σ. 87

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Episcopi Nimociensis *mg. s.* Cardinales XVI, cardinales XX, cardinales XVIII *mg. d*

12 Ιουνίου 1391

Υπόσχεση πληρωμής συνήθων οικονομικών υποχρεώσεων στο Αποστολικό Ταμείο από τον επίσκοπο Λεμεσού Βαρθολομαίο.

Anno, indictione, pontificatu, loco et presentibus quibus antea die duodecimo dicti mensis reverendus in Christo pater frater Bartholomeus ||Gay|| episcopus Nimoriensis comparvit Nimoriensis comparavit coram reverendissimo in Christo patre et domino domino M., miseratione Domini tituli Sancte Marie Nove diacono cardinali, domini pape camerario, presentibus in Christo patribus domino Augustino episcopo Perusino, domino episcopo Nolanensi, venerabilibus viris domino Paulo de Iuvenanto, domino Bayardino de Verona et Francisco de Mercantello apostolice camere et Iacobo Gunana collegii clericis, promisit et obligavit, se, per venerabilem virum magistrum Honofrium Iohannis de Perusio, litterarum apostolicarum scriptorem, procuratorem

suum ad hoc legitime constitutum, camere et collegio pro communi servitio dicti domini fratris Bartholomei episcopi Nimoriensis florenos mille et quinque servitia consueta.

Item recognovit camere et collegio pro communi servitio domini fratris Francisci predecessoris sui alios mille florenos de camera et quinque servitia consueta.

Item recognovit camere et collegio pro communi servitio domini Thome alterius predecessoris sui alios mille florenos et quinque servitia consueta.

Item recognovit camere tantum pro communi servitio domini Aldemari alterius predecessoris sui quingentos florenos et pro quatuor minutis servitiis sexaginta florenos, solidos quatuordecim, et denarios duos.

Solvendo medietatem promissi in festo Resurrectionis Domini nostri Ihesu Christi proxime futuro et aliam medietatem ^a in ||alio|| festo Resurrectionis extunc proxime secuturo et recognita in similibus modis et terminis ^b annis revolutis. Alioquin *etc.* Iuravit *etc.* [R. summas].

^a et aliam medietatem] *iter.* R ^b al *del.* R

β-10

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 23, f. 179r-180v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Στο τέλος της εγγραφής: N. de Benevento.

Ρώμη

3 Φεβρουαρίου 1392

Ο πάπας ζητάει από τον *officialis* της Αμμοχώστου να προχωρήσει στην εξέταση του Leonardum Corderii ώστε να επιτύχει σε ειδικές εξετάσεις που συνίστανται στο να γνωρίζει καλά ανάγνωση και σύνταξη, να ψάλλει και να έχει επάρκεια στη λατινική γλώσσα, προκειμένου να του παραχωρηθεί αξίωμα στο καπίτολο της εκκλησίας της Αμμοχώστου.

Bonifatius *etc.* dilecto filio officiali Famagustano, salutem *etc.*

Dignum arbitramur *etc.* Volentes igitur dilectum filium Leonardum Corderii, canonicum Famagustanum, apud nos de vite ac morum honestate aliisque probitatis et

virtutum meritis multipliciter commendatum horum intuitu favore prosequi gratioso, ipsumque in eadem ecclesia amplius honorare discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus si, per diligentem examinationem, eundem Leonardum bene legere, bene construere et bene cantare, ac congrue loqui latinis verbis et alias ydoneum ad dignitatem vel personatum seu officium eiusdem ecclesie obtinendum esse reppereris vel etiam, si dictus Leonardus non bene cantaret, dummodo in tuis manibus iuret ad sancta Dei Evangelia quod infra annum a tempore examinationis huiusmodi compuntadimus bene cantare addiscet, dignitatem vel personatum seu officium etiamsi dignitas ipsam curata sit et ad illam quis per electionem assinnatur dummodo dignitas ipsam maior post pontificalem in eadem ecclesia non existat et si forsitan ita esse non inveneris dictusque Leonardus non bene cantet et non iuraverit – ut preferatur – dummodo ipsum alias, post diligentem examinationem, ad obtinendum officium sine cura ydoneum esse //^{179v} inveneris super quibus tuam conscientiam oneramus officium sine cura dumtaxat siqua siquis vel siquodem dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit quam vel quem seu quad idem Leonardus per se vel procuratorem suum ad hoc legitime constitutum infra unius mensis spatium. Postquam sibi vel eidem procuratori vacatio illius innotuit, duxeat acceptandam vel acceptandum conferendam vel conferendum eidem Leonardo post acceptationem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinentiis suis donationi tue auctoritate nostra reserves, districtius inhibendo, venerabili fratri nostro episcopo et dilectis filiis capitulo Famagustano ac illi vel illis ad quem vel ad quos in ipsa ecclesia dignitatum personatum vel officiorum collatio, provisio, presentatio, electio seu quevis alia dispositio pertinet communiter vel divisim, ne de dignitate personatu vel officio huiusmodi interim etiam ante acceptationem eandem nisi postquam eis constitit quod Leonardus vel procurator predicti illam vel illum seu illud voluerint acceptare disponere quoquommodo presummat ac nichilominus huiusmodi dignitatem vel personatum se officium quam vel quem seu, quod reservabis, si, ut premititur, vacat vel vacaverit, eidem Leonardo post acceptationem predictam cum omnibus iuribus et pertinentiis suis eadem auctoritate conferas et assignes, inducens per te, vel alium seu alios prefatum Leonardum, vel dictum procuratorem eius nomine, in corporalem possessionem dignitatis vel personatis seu officii iuriumque et pertinentiarum predictorum et defendens indultum ac faciens ipsum Leonardum vel dictum procuratorem per eo ad dignitatem personatum seu officium huiusmodi – ut est moris – admitti sibi que de ipsius dignitatis, personatus seu officii fructibus, redditibus,

proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi contradictiones auctoritate nostra *etc.* Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie contrariis iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de dignitatibus personatibus seu ospitiis in ipsa ecclesia speciales //^{180r} vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum, vel aliis quomodolibet sit processum, quibus omnibus preterquam auctoritate nostra dignitates vel personatus seu officia huiusmodi expectantibus dictum Leonardum in assecutione dignitatis vel personatus seu officii huiusmodi volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem dignitatum, personatum vel officiorum aut beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si eisdem episcopo et capitulo vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de dignitatibus personatibus vel officiis ipsius ecclesie aut aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem, electionem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat providea per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differi et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis; aut si dictus Leonardus presens non fuerit ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie Rome dignitatis personatus seu officii huiusmodi solitum iuramentum dummodo in absentia sua per procuratorem idoneum et cum ecclesiam ipsam accesserat corporaliter illud prestet, autque idem Leonardus canonicatum et prebendam eiusdem ecclesie noscitur obtinere, nos enim, si dictus Leonardus ad hoc repertus fuerit idoneus – ut prefertur – exnunc proinde irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, ac si die date presentium dignitatem vel personatum seu officium huiusmodi siqua vel siquis aut si quod tunc vacabat vel tunc vacaret quam vel quem seu quod idem Leonardus acceptaret – ut prefertur – conferendam vel conferendum //^{180v} eidem Leonardo post acceptationem eandem donationi apostolice cum interpositione decreti duxissemus specialiter reservandam seu etiam reservandum.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio nonas Februarii, anno tertio.

β-11

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Vat. 313, f. 339v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Στο τέλος της εγγραφής: P. de Bosco. De curia. H. Bernghos.

Ρώμη

16 Ιουλίου 1392

Ο επίσκοπος Ραφαήλ οφείλει να πληρώσει στον έμπορο Αντόνιο Homodei από τη Γένοβα 1700 φλορίνια για τις συνήθειες πληρωμές του στο Αποστολικό Ταμείο.

Bonifatius *etc.* venerabili fratri Raffaeli episcopo Famagustano, salutem *etc.*

Cum camera nostra apostolica dilecto filio Antonio Homodei Ianuensis in mille et septingentis florenorum aurem de camera certis de causis teneatur, fraternitati tue per apostolica scripta et sub pena excommunicationis, quam te contrarium facientem incurrere volumus ipso facto districte precipiendo mandamus, quatinus predictos mille et septingentos florenos de pecuniis communis servitii parte ratione dicte ecclesie tue eidem camere debitis eidem Antonio seu eius procuratori ad hoc legittime constituto infra cuindecim dies post requisitionem per Antonium seu eius procuratorem predictos a te faciendam immediate secuturos computandos omni excusatione et alia dilatione cessantibus dare et assignare procures. Nos enim prefacto Antonio et eius procuratori et eorum cuilibet te de hiis que a te ex causa predicta nostra nomine receperint seu alter eorum receperit quetandi, liberandi penitus et absolvendi plenam et liberam tenore presentium concedimus potestatem.

Volumus autem quod de hiis que eidem Antonio seu dicto eius procuratori eius nomine provide tradiditis et assignaveris duo confici facias consimilia publica instrumenta quorum altero penes te pro tua cautela retendo reliquum ad dictam cameram quantocuis destinare non postponas.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, XVII Kalendas Augusti, pontificatus nostri anno tertio.

β-12

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Cam. Ap., Oblig. et Sol. 48, f. 196r
Έκδοση: Ανέκδοτο

18 Μαΐου 1394

Υπόσχεση πληρωμής συνήθων υποχρεώσεων στο Αποστολικό Ταμείο από τον επίσκοπο του Cervi Πίνο.

Anno, indictione, pontificatu, loco coram et presentibus quibus supra die vero Veneris vigesima secunda dicti mensis Maii reverendus pater dominus Pinus episcopus Cervinensis per dominum Franciscum [...] de Florentia procuratorem suum ad hac [legationem constututis] promisit camere et collegio pro suo communi servitio [ducentes] florenos auri de camera et quinque servitia consueta.

Item recognovit camere et collegio pro communi servitio domini ipsius [rata tempore] quo sine commendatarius [ipsius ecclesie] alios ducentos similes florenos et quinque servitia consueta.

Item recognovit camere et collegio pro communi servitio domini Menendi aliarum similem commendatarii ipsius ecclesie alios ducentos similes florenos et quinque servitia consueta.

Item recognovit camere tantummodo pro communi servitio domini Astorgi antepredecessoris sui centum quinqueginta similes florenos et pro quinque servitio viginti duos similes florenos [solvendum] viginti quatuor, denarios sex monete Romane.

Solvendo medietatem promissi in festo nativitatis Domini nostri Ihesum Christo proximum futuro aliam medietate in festo rexurrectionis Domini nostri Ihesum Christi [ex omni] proxime secuturo et recognitis similis modis et terminis successive. Alioquin *etc.* Iuravit *etc.*

β-13

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Vat. Lat. 34, f. 19r-v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Στο τέλος της εγγραφής: N. XX de Benevento.

Ρώμη

13 Ιουνίου 1394

Ο μοναχός του Τάγματος των Δομινικανών Παύλος de Posanio εκλέγεται επίσκοπος Χεβρώνας, μετά τον θάνατο του Λεοπόλδου.

Bonifatius *etc.* dilecto filio Paulo de Posanio electo Ebronensi, salutem *etc.*

Divina disponente clementia, cuius inscrutabili providentia ordinationem suscipiunt universa, in Apostolice Sedis specula licet immeriti constituti, ad universas orbis ecclesias aciem nostre considerationis extendimus et pro earum statu salubriter dirigendo apostolici favoris ^a auxilium adhibemus sed de illis propensius cogitare nos convenit, quas propriis carere pastoribus intuemur, ut eis iuxta cor nostrum pastores preficiantur idonei, qui commissos sibi populos per suam circumspectionem providam salubriter dirigant et informant ac bona ecclesiarum ipsarum non solum gubernent utiliter sed etiam multimodis efferant incrementis.

Dudum siquidem, bone memorie Leopoldo episcopo Ebronensi regimini Ebronensis ecclesie presidente, nos, cupientes eidem ecclesie cum eam vacare contingeret per Apostolice Sedis providentiam utilem et idoneam presidere personam, provisionem eiusdem ecclesie ordinationi et dispositioni nostre ea vice duximus specialiter reservandam, decernentes extunc irritum et inane si secus super hiis ^b per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigere attemptare.

Postmodum vero, dicta ecclesia per obitum episcopus Leopoldi episcopi, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacante, nos, vacatione huiusmodi fidedignum relatibus intellecta, ad provisionem ipsius ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit neque, prout reservatione a decreto obsistentibus super dictis ne ecclesia longe vacationis ||longe vacationis|| exponentur incommodis paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de preficiendo eidem ecclesie personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te ^γ Ordinis Fratrum ^δ Predicatorum professorem in sacerdotio constitutum, religionis zelo conspicuum, litterarum scientia

preditum, vite ac morum honestate decorum, in spiritualibus providum et in temporalibus circumspectum et aliis multiplicium virtutum meritis, prout ex fidedignis testimoniis percepimus insignitum, direximus oculos nostre mentis, quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua, nobis et eisdem fratribus nostris ob dictorum tuorum meritorum exigentiam //^{19v} accepta ipsi ecclesia de dictorum fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica providimus teque illi preficimus in episcopum et pastorem curam et administrationem ipsius ecclesie, tibi in spiritualibus et temporalibus plenariam comittendo, in Illo Qui dat gratias et largitur premia confidentes quod ipsam ecclesia per tue circumspectoris industriam et prudentiam ^ε circumspectam sub tuo felici regimine, dextera Domini tibi assistere propitia, salubriter et prospere dirigetur grataque in eisdem spiritualibus et temporalibus ^{στ} suscipiet incrementa.

Volumus autem quod quamprimum presentes litteras habueris expeditas ad ipsam ecclesiam accedas et personaliter resideas in eadem quodque pontificalia officia extra civitatem et diocesis Ebronensis exercere non possas; iugum igitur Domini tuis impositum humeris prompta devotione suscipiens, curam et administrationem predictas sic exercere studeas, feliciter et prudenter quod ipsa ecclesia gubernatori provido et administratori fructuoso gaudeat se commissam, tuque preter eterne retributionis premium nostram et sedis predictae benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio None Iunii, anno [quinto].

^α presidia *del. R* ^β a quoq *del. R* ^γ fratrum *del. R* ^δ predicorum *del. R* ^ε et providentiam *del. R* ^{στ} plenarie comitendo *del. R*

β-14

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Cam. Ap., Oblig. et Sol. 48, f. 197v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Episcopo Ebronensis *mg. s.*

13 Ιουνίου 1394

Ο επίσκοπος Χεβρώνας απαλλάσσεται από την πληρωμή των σύνηθων υποχρεώσεων των επισκόπων στο Αποστολικό Ταμείο, λόγω ένδειας της επισκοπής του.

Anno, indictione, pontificatu, loco quibus ante, die vero Sabbati tertiadecima dicti mensis Iunii, coram prefato reverendissimo in Christo patre et domino domino Marino miseratione divina Sancte Marie Nove dyacono cardinali, domini pape camerario, presentibus reverendo in Christo patre domino Antonio episcopo Penensi et venerabilibus viris dominis Paulo, Thoma et Francisco apostolice camere et Flamingo collegii clericis, reverendus pater dominus Paulus electus in episcopum Ebronensem fuit hac vice propter paupertatem sue ecclesie hac vice dumtaxat a prestatione sui communis servitii liberatus.

β-15

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Cam. Ap., Oblig. et Sol. 54, f. 23r
Έκδοση: Ανέκδοτο

4 Δεκεμβρίου 1394

Πληρωμή σύνηθων οικονομικών υποχρεώσεων στο Αποστολικό Ταμείο από τον επίσκοπο Αμμοχώστου Λουκίνο.

Die IIIa mensis Decembris, predictis, reverendus pater dominus Luchinus episcopus Famagustanus solvit pro parte partis sui communis servitii *etc.* florenos VIII, solidos florenos VIII, solidos XXXXIII et pro minuto solidos XXXXII, denaros VIII. Summa florenos X, solidos XXXV et denaros VIII. Capit clericus collegii solidos solidos V et denaros III. Restant floreni X solidi XXX et denarii V. Fuit promotus anno VI^o domini nostri pape Bonifatii. Fuerunt in eius promotione cardinales XIII, videlicet:

β-16

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Cam. Ap., Oblig. et Sol. 48, f. 216v
Αναφορά: Hoberg, *Taxae*, σ. 86
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: Archiepiscopo Nicosiensi *mg. s.*, XIII card. *mg d.*

<Ρώμη>

25 Ιουνίου 1395

Υπόσχεση πληρωμής συνήθων οικονομικών υποχρεώσεων στο Αποστολικό Ταμείο από τον αρχιεπίσκοπο Κορράδο.

Anno, pontificatu, loco et indictione predictis, die Veneris vicesima quinta mensis Iunii, reverendissimus pater dominus Conradus archiepiscopus Nicosiensis, domini pape camerarius, personaliter promisit camere et collegio pro suo communi servitio quinque milia florenos auri de camera et quinque servitia consueta.

Solvendo totum infra annum computandum a die qua ceperit fructus dicte ecclesie sue. Alioquin *etc.* Iuravit *etc.*

β-17

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Cam. Ap., Oblig. et Sol. 52, f. 79v
Αναφορά: Hoberg, *Taxae*, σ. 86
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: archiepiscopi Nicosiensis *mg. s.*, XIII card. *mg d.*

<Ρώμη>

25 Ιουνίου 1395

Υπόσχεση πληρωμής συνήθων οικονομικών υποχρεώσεων στο Αποστολικό Ταμείο από τον αρχιεπίσκοπο Κορράδο.

Indictione tertia, die Veneris vicesima quinta dicti mensis Iuniis, reverendissimus pater dominus Conradus archiepiscopus Nicosiensis, domini pape camerarius, personaliter promisit camere et collegio pro suo communi servitio quinque milia florenos auri de camera et quinque servitia consueta.

Solvendo totum infra annum computandum a die qua perceperit fructus dicte ecclesie.

β-18

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Vat. 314, f. 369v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: στο τέλος της εγγραφής P. de Bosco. De Curia. H. Bernghos.

Ρώμη

1 Ιουλίου 1395

Ο Πέτρος, preposito της Αγίας Μάρθας στη Γένοβα και αποστολικός φοροσυλλέκτης για τη Γένοβα ορίζεται εκτελεστής της διάθεσης της περιουσίας του τεθνεώτος επισκόπου Αμμοχώστου Ραφαήλ.

Bonifatius *etc.* dilecto filio Petro preposito domus Sancte Marthe Ianuensis fructum et proventuum camere apostolice in provincia Ianuensi debitorum collectori, salutem *etc.*

Cum certis ex causis nos rationabiliter moventibus dispositionem bonorum mobilium ac debitorum et creditorum bone memorie Raphaelis episcopi Famagustano que haberent vel ad eum pertinerent quomodolibet tempore mortis sue nobis eodem episcopo adhuc in humanis agente duxerimus reservandam discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus per te vel alium seu alios bona, credita et debita supradicta, quecumque sint et in quibuscumque rebus consistant et per quascumque detineantur seu debeantur personas, super quibus firmitate simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicii, si necesse fuerit te informes petere, exigere, recipere illaque fideliter conservare procures, contradictores cuiuscumque status, ordinis vel conditionis existant, etiam si pontificali vel quavis alia prefulgeant dignitate, auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis, non obstantibus si eis vel eorum aliquibus communiter vel divisim a Sede apostolica sit indultum quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi

mentionem, volumus autem quod eos a quibus receperis bona, debita et credita supradicta possis absolvere plenius et quitare de hiis que receperis ab eisdem quodque inde confici facias duo consimilia instrumenta quorum uno penes vos eis dimisso reliquum ad nostram cameram mittere non postponas.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, Kalendas Iulii, pontificatus nostri anno sexto.

β-19

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαική σειρά: Cam. Ap., Oblig. et Sol. 52, f. 83v

Αναφορά: Hoberg, *Taxae*, σ. 53

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Famagustanus *mg. s.* XIII cardinales, VIII cardinales, XVIII cardinales, XVI cardinales *mg. d.*

2 Οκτωβρίου 1395

Υπόσχεση πληρωμής συνήθων οικονομικών υποχρεώσεων στο Αποστολικό Ταμείο από τον επίσκοπο Αμμοχώστου Λουκίνο για τον ίδιο, και τους προκατόχους του Ραφαήλ, Βερνάρδο, Ραϋνάλδο.

Dicta die dominus Luchinus episcopus Famagustanus, per dominum Stephanum de Tripertis procuratorem suum ad hoc legitime constitutum, promisit camere et collegio pro suo communi servitio mille quingentos florenos auri de camera et quinque servitia consueta.

Item recognovit camere et collegio pro communi servitio domini Raphaelis predecessoris sui alios mille quingentos similes florenos et quinque servitia consueta.

Item recognovit camere et collegio pro communi servitio domini Bernardi predecessoris sui communi servitio domini Bernardi predecessoris sui alios mille quingentos similes florenos et quinque servitia consueta.

Item recognovit camere tantummodo pro communi servitio domini Raynaldi Raynaldi alterius predecessoris sui ^a nongentos similes florenos et quinque servitia consueta.

Solvendo medietatem promissi a festo Omnium Sanctorum proxime futuro ad annum extunc proxime secuturo, aliam medietatem in simili festo anno revoluto et recognita similibus modis et terminis successive. Alioquin *etc.* Iuravit *etc.*

^a nonagentos] ex corr.

β-20

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Cam. Ap., Oblig. et Sol. 48, f. 219v

Αναφορά: Hoberg, *Taxae*, σ. 53

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Episcopi Famagustani *mg. s.* XIII cardinales, VIII cardinales, XVIII cardinales, XVI cardinales *mg. d.*

2 Οκτωβρίου 1395

Υπόσχεση πληρωμής συνήθων οικονομικών υποχρεώσεων στο Αποστολικό Ταμείο από τον επίσκοπο Αμμοχώστου Λουκίνο για τον ίδιο, καθώς και για τους προκατόχους του Ραφαήλ, Βερνάρδο και Ραϋνάλδο.

Anno, pontificatu, loco et indictione predictis, die predicta, coram et presentibus predictis, reverendus pater dominus ^a ||Luchinus|| episcopus Famagustanus, per venerabilem virum dominum Stephanum de Tripertis procuratorem suum ad hoc legitime constitutum, promisit camere et collegio pro suo communi servitio mille quingentos florenos auri de camera et quinque servitia consueta.

Item recognovit camere et collegio pro communi servitio domini Raphaelis predecessoris sui alios mille quingentos similes florenos et quinque servitia consueta.

Item recognovit camere et collegio pro communi servitio domini Bernandi alterius predecessoris sui alios mille V^c similes florenos et quinque servitia consueta.

Item recognovit camere tantummodo pro communi servitio domini Raynaldi alterius predecessoris sui noningentos similes florenos et quinque servitia consueta.

Solvendo medietatem promissi ^b a ^γ festo Omnium Sanctorum proxime futuro ad annum extunc proxime secuturo et aliam medietatem in simili festo anno revoluto et

recognita in similibus modis et terminis successive anno quolibet [medium]
recognitum. Alioquin *etc.* Iuravit *etc.*

^a Lucas *del.* R ^b usque *del.* R ^γ a *ad corr.*

β-21

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Cam. Ap., Oblig. et Sol. 59, f. 143v
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: Episcopi Famagustani *mg. s.*

27 Οκτωβρίου <1395>

Παράταση πληρωμής συνήθων υποχρεώσεων στο Αποστολικό Ταμείο από τον επίσκοπο Αμμοχώστου Λουκίνο.

Henricus *etc.* Quod reverendus pater dominus Luchinus episcopus Famagustanus pro parte partis sui communis servitii *etc.* viginti unum florenos auri de camera, solidos octo et denarios sex nobis, et pro parte partis unius etiam sui minuti servitii unum similem florenum, solidos viginti sex et denarios septem tempore debito personaliter solvit realiter cum effectu de quibus *etc.* Verum *etc.* Terminum *etc.* a festo Omnium Sanctorum ad ^a duos annos *etc.* prorogamus *etc.* Ita tamen *etc.* in quorum *etc.*

Datum ut supra, die XXVII mensis Octobris, pontificatus ut supra anno XII.

Floreni II grossi II.

^a an *del.* R

β-22

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 42, ff. 63r-65r
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: P. de Bosco *mg. s.* Στο τέλος της εγγραφής: De mandato. N. de Benevento.

Ο πρώην επίσκοπος Πάδοβας Ούγος Roberti εκλέγεται πατριάρχης Ιεροσολύμων, μετά τον θάνατο του Φερνάνδου.

Bonifatius *etc.* venerabili fratri Hugoni episcopo olim Paduano in patriarcham Ierosolimitanum electo, salutem *etc.*

Romanum pontificis quem pastor ille celestis et episcopus animarum potestatis sibi plenitudine tradita ecclesiis pretulit universis, plena vigiliis sollicitudo requirit, ut circa cuiuslibet statum ecclesie sic vigilanter excogitet, sicque prospiciat diligenter, quod per eius providentiam circumspectam nunc //^{63v} per debite provisionis officium, nunc vero per ministerium translationis accommode, prout personarum, locorum et temporum qualitas exigit sed ecclesiarum utilitas persuadet, ecclesiis singulis pastor accedat idoneus et rector providus deputetur, qui populum sibi commissum per suam circumspectionem providam et providentiam circumspectam salubriter dirigat et informet ac bona ipsius ecclesie sibi commisse non solum gubernet utiliter, sed etiam multimodis efferat incrementis.

Dudum siquidem, provisiones omnium ecclesiarum ^u cathedralium tunc apud Sedem apostolicam vacantium et imposterum vacaturarum collationi dispositioni nostre duximus reservandam, decernentes extunc irritum et inane si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Postmodum vero, ecclesia Ierosolimitana per obitum bone memorie Fernandi patriarche Ierosolimitano, qui apud Sedem predictam diem clausit extremum, apud Sedem eandem vacante, nos, ad provisionem eiusdem ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit neque potest, reservatione et decreto obsistentibus supradictis, ne ecclesia ipsa diutine vacationis exponatur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de preficiendo eidem ecclesie personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te episcopum olim Paduanum consideratis grandium virtutum tuorum meritis quibus personam tuam prout fidedignorum testimonio accepimus divina gratia insignivit et quod tu, qui regimini dicte Paduanum ecclesie hactenus laudabiliter prefuisti dictum Ierosolimitanam ecclesiam fratres et poteris auctoritate Domino utiliter regem et feliciter gubernare, direximus oculos nostre

mentis. Intendentes itaque tam dicte Ierosolimitane ecclesie, quam eius gregi Dominico salubriter providere, te a vinculo, quo eidem Paduane ecclesie tui tunc preeras tenebaris de dictorum fratrum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes te ad eandem Ierosolimitanam ecclesiam transferimus, teque illi preficimus in patriarcham et pastorem, //^{64r} curam et administrationem dicte Ierosolimitane ecclesie, tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie commitendo, liberamus que tibi dando licentiam ad eandem Ierosolimitanam ecclesiam transferendi firmaque [spe] fiduciaque conceptis quod dirigente Domino actus tuos prefata Ierosolimitanam ecclesiam per tue industrie et circumspectionis studium fructuosum regetur utiliter et prospere dirigeret ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa.

Volumus autem quod antequam possessionem administrationis bonorum dicte ecclesie Ierosolimitane recipias fidelitatis debite prestes iuramentum sub forma, quam venerabilibus fratribus nostris Ferrariensis et Mantuanensis episcopis, sub bulla nostra mittimus interclusam, quibus et eorum cuilibet per alias nostras litteras mandamus ut a te nostro et Romane Ecclesie nomine huiusmodi recipiant seu recipiat iuramentum. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus, ad prefatam Ierosolimitanam ecclesiam cum gratia nostre benedictionis accedens onam et administrationem predictas sit diligenter geras et solícite prosequaris, quod ipsam Ierosolimitana ecclesia gubernatori provideo et circumspecto ac fructuoso administratori gaudeat se commissam, ac bone fame tue odor ex laudabilibus tuis actibus latius diffundatur, tuque preter eterne retributionis premium benedictionis augmentum ac ipsius sedis gratiam exinde uberius consequi merearis.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, secundo Idus Aprilis anno septimo.

Simili modo dilectis fillis capitulo ecclesie Ierosolimitane, salutem *etc.* Romano pontificis *etc.* usque incrementa.

Quocirca discretioni nostre per apostolica scripta mandamus quatenus eidem episcopo tamquam patri et pastori animarum vestrarum humiliter intendentes ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitam et devotam, eius salubria nomina et mandata suscipiatis devote et efficacius adimplere curetis. Alioquin sententiam //^{64v} quam idem episcopus rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observata. Datum *ut supra*.

Simili modo dilectis filiis clero civitatis et diocesis Ierosolimitanis, salutem *etc.* Romano pontificis vel usque incrementa.

Quocirca discretioni nostre per apostolica scripta mandamus quatenus eundem episcopum tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato adiuncentes honorem ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitam et devotam, eius salubriter monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam quam idem episcopis rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

Simili modo dilectis filiis populo civitatis et diocesis Ierosolimitanis. Salutem *etc.* romano pontificis *etc.* usque incrementa. Quocirca universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur, attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus eundem electum tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum devote suscipientes ac debita honorificentia prosequentes eius monitis et mandatis salubribus humiliter intendatis, ita quod ipse in vobis devotionis filios et vos in eo per consequens partem invenisse benivolum gaudeatis. Datum *ut supra*.

Simili modo venerabilibus fratribus universis suffraganeis ecclesie Ierosolimitane, salutem *etc.* Romano pontificis *etc.* usque incrementa. Quocirca universitatem vestram rogamus, monemus et hortamus attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus eidem electo tamquam membra capiti obsequentes exhibeatis eidem obedientiam et reverentiam, debitam et devotam, ita quod mutua inter vos et ipsum gratia gratos sortiatur effectus et nos devotionem vestram possimus propter hoc in Domino commendare. Datum *ut supra*.

//^{65r} *Simili modo* carissimo in Christo filio Ladislao regi Ierusalem et Sicilie illustri. Salutem *etc.* Gratie divine premium et humane laudis preconium acquiritur si per seculares principes prelatis presertim ecclesiarum cathedralium regimini presidentibus, oportuni favoris presidium et honor debitis impendatur.

Dudum siquidem *etc.* usque incrementa. Cum itaque filii carissime, sit virtutis opus Dei ministros benigno favore prosequi ac eos verbis et operibus pro Regis eterni gloria venerari, serenitatem regiam rogamus et hortamus attente quatenus eundem electum et prefatam ecclesiam sue cure commissimus habens pro nostra et Apostolice Sedis reverentia propensius commendatos ipsos benigni favoris auxilio prosequaris, ita quod idem electus tue celsitudinis fulcris presidio in commisso sibi cure pastoralis officii possit Deo propitio prosperari ac tibi exinde a Deo perhennis vite premium et a nobis condigna proveniat actio gratiarum. Datum *ut supra*.

Simili modo dilectis filiis universis vassallis ecclesie Ierosolimitane, salutem etc. Romani pontificis etc. usque incrementa. Quocirca universitati nostre per apostolica scripta mandamus quatenus eiundem electum devote suscipientes et debita honorificentia prosequentes [ei] fidelitatem solitam necnon consueta servitia et una a vobis sibi debita exhibere integre studeatis. Alioquin sententiam sine penam quam idem electus rite tulerit seu statuerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactione condignam inviolabiliter observare. Datum ut supra.

^a tunc del. R

β-23

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Lat. 42, ff. 109r-110r

Έκδοση: K. Eubel, *Bullarium Franciscanum*, τ. 7, αρ. 190

Σημειώσεις: N. XXIII de Benevento.

Ρώμη

17 Μαΐου 1396

Ο Ιουλιανός de Hectoris de Pisis ορίζεται αρχιεπίσκοπος Ταρσού μετά τον θάνατο του Ιωάννη Poncheri.

Bonifatius etc. dilecto filio Iuliano Hectoris de Pisis electo Tarsensi, salutem etc.

Divina disponente clementia, cuius inscrutabili providentia ordinationem suscipiunt universa [a],^a in Apostolice Sedis specula – licet immeriti – constituti, ad universas orbis ecclesias aciem nostre considerationis extendimus et pro earum statu salubriter dirigendo apostolici favoris auxilium adhibemus, //^{109v} sed de illis propensius cogitare nos convenit quas propriis carere pastoribus intuemur, ut eis iuxta cor nostrum pastores preficiantur ydonei qui commissos sibi populos per suam circumspectionem providam salubriter dirigant et informant ac bona ecclesiarum ipsarum non solum gubernent utiliter, sed etiam multimodis efferant incrementis.

Dudum siquidem, bone memorie Iohanne archiepiscopo Tarsensi regimini ecclesie Tarsensis presidente, nos, cupientes ipsi ecclesie cum vacaret per Apostolice Sedis providentiam utilem et ydoneam presidere personam, provisionem eiusdem ecclesie ordinationi et dispositioni nostre ea vice duximus specialiter reservandam,

decernentes extunc irritum et inane si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter continger et attemptari.

Postmodum vero, predicta ecclesia per obitum ipsius Iohannis archiepiscopi, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacante, nos, vacatione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta, ad provisionem ipsius ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit neque potest, reservatione, et decreto obsistentibus supradictis, ne ecclesia ipsa longe vacationis exponeretur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem quam preficiendo ecclesie prefate personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te Ordinis Fratrum Minorum professorem in sacerdotio constitutum, religionis zelo conspicuum, litterarum scientia peditum, vite ac moris honestate decorum, in spiritualibus et temporalibus circumspectum et aliis multiplicium virtutum meritis, prout ex fidedignorum testimoniis percepimus insignitum, direximus oculos nostre mentis. Quibus omnibus attenta meditatione pensatis, de persona tua, nobis et eisdem fratribus ob dictorum tuorum exigentiam meritorum accepta, eidem ecclesie de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica providemus, teque illi preficimus in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie, tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, in Illo Qui dat gratias et largitur premia confidentes quod, dirigente Domino actus tuos, prefata ecclesia per tue industrie et circumspectionis studium fructuosum regetur utiliter et prospere dirigetur ac grata in eisdem //^{110r} spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa.

Volumus autem quod, quamprimum presentes litteras habueris expeditas, ad ecclesiam ipsam accedas et personaliter resideas in eadem quodque pontificalia officia extra tuas civitatem et diocesim Tarsenses nequeas exercere. Iugum igitur Domini tuis impositum humeris prompta devotione suscipiens, curam et administrationem predictas sic exercere, studeas fidelitatem et prudenter quod ipsa ecclesia gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque, preter eterne retributionis premium, nostram et ^β Sedis Apostolice benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, decimo sexto Kalendas Iunii, anno septimo.

^a a *del.* R ^β dicte *del.* R

β-24

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Cam. Ap., Oblig. et Sol. 52, f. 93v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Patriarce Ierosolimitano *mg. s. XIII cardinales, XVIII cardinales, XX cardinales, XVII cardinales mg. d.*

<Ρώμη>

31 Μαΐου 1396

Υπόσχεση πληρωμής συνήθων οικονομικών υποχρεώσεων στο Αποστολικό Ταμείο από τον πατριάρχη Ιεροσολύμων Ούγο Roberti.

Indictione quarta, die ultima predicti mensis. Reverendus pater dominus Hugo patriarcha Ierosolimitanus per dominum Baldassar Cossa tamquam principalem et privatam personam promisit camere et collegio pro suo communi servitio duo milia florenos auri de camera et quinque servitia consueta.

Item recognovit camere et collegio pro communi servitio fratris Fernandi predecessoris sui duo milia similes florenos et quinque servita consueta.

Item recognovit camere et collegio pro communi servitio " domini Stephani antepredecessoris sui duo milia similes florenos et quinque servitia consueta.

Item recognovit camere tantummodo centum et quinqueginta similes florenos et sacro collegio mille florenos pro ecclesia Paduana cui prefuit et quinque integra minuta servitia.

Solvendo medietatem promissi in festo Penthecostey proxime futuro et aliam medietatem in simili festo anno revoluto, et recognita similibus modis et terminis successive annis revolutis, et promisit producere mandatum sufficiens ratihabicionis obligacionis huiusmodi infra primum terminum. Alioquin *etc.* Iuravit *etc.*

β-25

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Cam. Ap., Oblig. et Sol. 59, f. 93r

Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: Episcopi Famagustani *mg. s.*

<Ρώμη>

19 Μαρτίου [1397]

Παράταση πληρωμής συνήθων υποχρεώσεων από τον επίσκοπο Αμμοχώστου Λουκίνο στο Αποστολικό Ταμείο. Σημειώνεται ότι πληρώθηκε μέρος της οφειλής.

Henricus *etc.* Quod reverendus pater dominus Luchinus Dei gratia episcopus Famagustanus pro parte partis sui communis servitii viginti florenos auri de camera, solidos viginti sex, denarios novem et [obolus] nobis, et pro parte partis unius etiam sui minuti servitii unum similem florenum, solidos treginta novem, denarios tres, et aliis die datum presentium personaliter solvit *etc.* De quibus *etc.* Ipsum *etc.* Secum *etc.* Verum *etc.* Termini *etc. usque* ad festum Purificationis Beate Marie Virginis proximo futurum prorogamus *etc.* Ita tamen *etc.* In quorum *etc.* Datum ut supra, die decima nonas mensis Martii, pontificatus nostri ottavo.

Florenos III grossos III

β-26

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Cam. Ap., Oblig. et Sol. 59, f. 105r
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: Episcopi Famagustani *mg. s.*

<Ρώμη>

19 Μαρτίου 1398

Παράταση πληρωμής συνήθων υποχρεώσεων από τον επίσκοπο Αμμοχώστου Λουκίνο. Σημειώνεται ότι πληρώθηκε μέρος της οφειλής.

Henricus *etc.* Quod reverendus pater dominus Lucchinus Dei gratia episcopus Famagustanus pro parte partis sui communis servitii novem florenos auri de camera, solidos triginta quatuor, denarios septem monete Romane, nobis, et pro parte partis unius etiam sui minuti servitii, solidos quadraginta duos, denarios duos monete Romane, per manus nobilis viri Landi de Martonibus et eius sociorum merchantorum

Lucanorum solvi fecit *etc.* De quibus *etc.* In quorum *etc.* Datum ut supra. Verum *etc.* Terminum *etc.* a festo Purificationis Beate Marie Virginis proxime futuro, usque ad annum *etc.* prorogamus *etc.* Ita tamen *etc.* In quorum *etc.* Datum ut supra, die vicesima octava mensis Ianuarii, pontificatus anno nono.

Florenorum III grossorum III

β-27

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαική σειρά: Cam. Ap., Oblig. et Sol. 59, f. 124v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Episcopi Famagustani *mg. s.*

<Ρώμη>

19 Μαρτίου [1399]

Παράταση πληρωμής συνήθων υποχρεώσεων από τον επίσκοπο Αμμοχώστου Λουκίνο. Σημειώνεται ότι πληρώθηκε μέρος της οφειλής.

Henricus *etc.* Quod reverendus pater dominus Luchinus episcopus Famogustanus pro parte partis sui communis servitii decem florenos auri de camera, solidos quinque, denarios duos et obolum nobis, et pro parte partis unius minuti servitia *etc.* Solidos quadraginta tres, denarios undecim. Die datum presentium per manis nobilis viri Landi de Maritonibus de Luca tempore debito solvi fecit *etc.* De quibus *etc.* Verum *etc.* Terminum *etc.* a festo Nativitatis Domini nostri Ihesu Christi proxime futuro usque ad annum extunc proxime secuturum prorogamus *etc.* Ita tamen *etc.* In quorum *etc.* Datum ut supra, die XXII mensis Decembris, pontificatus ut supra anno undecimo.

Florenos II grossos II

β-28

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 88, f. 252r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: A. de Portugruario *mg. s.* Στο τέλος του κειμένου: De mandato Iac. De Theramo.

Ρώμη

1 Ιουνίου 1400

Ο καθηγητής Κανονικού Δικαίου Ιωάννης του Crantewyk, μοναχός της μονής της Παναγίας του Μάλτον του Τάγματος του Αγίου Γιλδβέρδου ονομάζεται επίσκοπος Τορτόζας, μετά τον θάνατο του Αντωνίου. Ο επίσκοπος δεν δικαιούται να φέρει επισκοπικά άμφια εκτός της επισκοπής του, εκτός αν λάβει άδεια από την Αγία Έδρα.

Bonifatius *etc.* dilecto filio Iohanni de Crantewyk clerico Ankoradensis in patriarchatu Antiochie, salutem *etc.*

Apostolatus officium, quamquam insufficientibus meritis nobis ex alto commissum, quo ecclesiarum omnium regimini presidemus, utiliter exequi coadiuvante Domino cupientes solliciti corde reddimur et sollertes, ut, cum de ipsarum regiminibus agitur commitendis, tales eis in pastores preficere studeamus, qui commissum sibi gregem dominicum sciant non solum doctrina verbi sed exemplo boni operis informare, commissasque sibi ecclesias in statu pacifico et tranquillo velint et valeant duce Domino salubriter regere et feliciter gubernare.

Dudum siquidem, bone memorie ^a ||Antonio episcopo|| Anchoradensi regimini ecclesie Ancoradensis presidente, nos, cupientes eidem ecclesie cum vacaret per Apostolice Sedem providentiam utilem et ydoneam presidere personam, provisionem eiusdem ecclesie ordinationi et dispositioni nostre ea vice duximus specialiter reservandam, decernentes extunc irritum et inane si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari.

Postmodum vero, prefata ecclesia per obitum dicti Antonii episcopi, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, pastoris solatio destituta, nos, vacatione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta, ad provisionem eiusdem ecclesie celere et felicem, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit neque potest, reservatione et decreto obsistentibus supradictis, ne ecclesia ipsa longe vacationis exponeretur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem qua de preficiendo eidem ecclesie personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te canonicum professorum monasterii Beate Marie de Mallton ordinis Sancti Gilberti de Semphenham in sacerdotio constitutum,

cui de religionis zelo, litterarum scientia, honestate morum, spiritualium providentia et temporalium circumspectione aliisque multiplicum virtutum donis apud nos fidedigna testimonia perhibentur, direximus oculos nostre mentis, quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua, nobis et eisdem fructibus nostris ob dictorum tuorum exigentia meritorum accepta eidem ecclesie de eorundem fratrum consilio auctoritate apostolica providemus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie, in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, in Illo Qui dat gratias et largitur premia confidentes quod ipsa etiam per tue circumspectionis industriam et studium fructuosum ac providentiam circumspecta sub tuo felici regimine, dextera domini tibi assistente propitiae, salubriter et prospere dirigetur gratia que in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Volumus autem quod tu extra diocesim tuam Ankoradensis in pontificalibus ministrare, absque Apostolice Sedis licentia, minime personas.

Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus, impositum tibi ad nostra onus regiminis dicte ecclesie suscipiens reverentur, sic te in eius cura salubriter exercenda diligentem exhibeas et etiam studiosum quod ipsa ecclesia gubernatori provido et fructuoso administratori gauderet se commissam tuque preter eterne retributionis premium nostram et dicte sedis benedictam et gratiam ex inde uberius consequi merearis.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, Kalendas Iunii, pontificatus nostri anno duodecimo.

“archiepiscopo *del. R*

β-29

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Cam. Ap., Oblig. et Sol. 59, f. 134r
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: Episcopi Famagustani *mg. s.*

<Ρώμη>

4 Δεκεμβρίου 1400

Παράταση πληρωμής συνήθων υποχρεώσεων από τον επίσκοπο Αμμοχώστου Λουκίνο. Σημειώνεται ότι πληρώθηκε μέρος της οφειλής.

Henricus *etc.* Quod reverendus pater dominus Luchinus episcopus Famagustanus pro parte partis sui communis servitii novem florenos auri de camera, solidos quadraginta tres, nobis, et pro parte partis unius *etc.* sui minuti servitii *etc.* <solidos> quadraginta duos, denarios novem, per manus magistri Iohannis Scrivanii in Romana Curia Romana Curia procuratoris solvi fecit *etc.* De quibus *etc.* Verum *etc.* Terminum *etc.* usque ad festum Omnium Sanctorum proxime futurum prorogamus *etc.* Ita tamen *etc.* In quorum. Datum ut supra, die III mensis Decembris, pontificatus ut supra anno duodecimo.

Floreni II grossi II.

β-30

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Cam. Ap., Oblig. et Sol. 54, f. 10v
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: episcopus Famagustanus *mg. s.*

<Ρώμη>

22 Δεκεμβρίου [1400]

Πληρωμή μέρους συνήθων υποχρεώσεων από τον επίσκοπο Αμμοχώστου Λουκίνο στο Αποστολικό Ταμείο.

Die vicesima secunda Decembris, anno, indictione, pontificatus nostris, reverendus pater dominus Lucchinus episcopus Famagustanus solvit pro parte partis sui communis servitii *etc.* decem florenos auri de camera, solidos quinque et denarios duos et [obolus], et pro parte partis unius minuti servitio *etc.* solidos quatraginta tres et denarios undecim. Summa florenos X, solidum XLVIII et denarios [...]. Fuit promotus anno sexto domini Bonifatii, predictis cardinalis XIII V^m.

[...anega... Neapolitanus ...

Florentinus, Bononiensis, Laudensis

Monopolitanus, Yserniensis, Barensis

Capit clericus collegii solidos quinque et denarios quinque restant flor. X, solid. Xliiii, den. Viii. Capit quilibet solidos triginta octo et denarios decem capit. Camera porciones quique [...] que asscerunt ad florenos tres, solidos quinta traginta quattor, denarios duos et ob. monetis roman.

β-31

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Vat. 317, f. 146v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Στο τέλος της εγγραφής: Gratis de mandato domini nostri pape. Stephano de Prato

Ρώμη, Άγιος Πέτρος

29 Μαρτίου 1401

Δωρεά του χρέους 700 φιορινιών στον Belicono Blanco, από χρέος του Βενετού Φρειδερίκου Corner, που είχαν κατατεθεί στον ποτέ Ραϋμόνδο, επίσκοπο Πάφου και αποστολικό φοροσυλλέκτη στην Κύπρο.

Bonifatius etc. Ad futuram rei memoriam. Sincere devotionis affectus, quem dilectus filius nobilis vir Beliconus Blanco domicellus <lacuna> diocesis ad nos et Romanam gerit Ecclesiam, promeretur ut, votis suis illis presertim que commodum et utilitatem ipsius concernunt, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus. Exhibita siquidem nobis nuper, pro parte dicti Beliconi, petitio continebat, quod nuper venerabilis frater Conradus archiepiscopum Nicosiensem, camerarius noster, eidem Belicono septingentos florenos auri de camera, alias – ut dicebatur – depositos tamquam de pecuniis apostolice camere per bone memorie Raymundum, episcopum Paphensem, alias iurium camere predictae debitorum collectore^a in Regno Cipri, penes dilectum filium Fredericum Cornerio de Venetiis seu aliam quamvis personam concessit et donavit et ut ipsa concessio et donatio suum debitum sortirentur effectum prefatus Archiepiscopus eidem Belicono memoratum Fredericum et quemcumque alium sibi dictam summam solventem camerari et camere prefatorum nomine quitandi, liberandi et absolvendi concessit potestatem prout in litteris authenticis prefati camerarii, sigillo munitis, plenius dicitur contineri. Quare pro parte dicti Beliconi nobis fuit humiliter supplicatum, ut devotioni et concessioni huiusmodi et aliis in

dictis litteris contentis robur apostolice confirmationis adiicere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati donationem et concessionem huiusmodi et alia in dictis litteris quarum tenorum de verbo ad verbum presentibus haberi, volumus pro expresso contenta rata habentes et grata illa auctoritate apostolica ex certa scientia confirmamus et presentis scripti patrocínio ^β communimus, suppletentes omnes defectus si, qui forsán intervenerunt, in eisdem. Nulli ergo *etc.* nostre confirmationis et communitationis infringere *etc.* Siquis *etc.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, quarto Kalendas Aprilis, anno duodecimo.

^α collectorem] collectore *ad corr.* R ^β conf *del.* R

β-32

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 100, f. 6r-v

Έκδοση: Μερικώς εκδεδομένο *Acta Bonifacii IX*, τ. 1, αρ. 108f

Σημειώσεις: Στο τέλος της εγγραφής: N. LXX. de Benevento.

Ρώμη

20 Νοεμβρίου 1401

Οι επίσκοποι Φλωρεντίας, Κάφρας και Αμμοχώστου εν είδει επιτροπής παραχωρούν στον αρχιεπίσκοπο Μυτιλήνης Ιωάννη de Marra τους ναούς του αρχαγγέλου Μιχαήλ και του αγίου Ιωάννη Βαπτιστή στην ενορία του Πέρα στην Κωνσταντινούπολη; Σημειώτεον ότι στην περιοχή του Πέρα βρισκόταν η γενουατική παροικία.

Bonifatius *etc.* venerabilibus fratribus Florentino et Famagustano ac Caffensi episcopis, salutem *etc.*

Personam venerabilis fratris nostri Iohannis de Marra archiepiscopi Mitilinis nobis et Apostolice Sedi devotam, suis exigentibus meritis, paterna benevolentia prosequentes, illa sibi libenter concedimus, que suis commoditatibus fore conspicimus oportuna. Cum itaque – sicut accepimus – parochialis Sancti Michaelis et Sancti Iohannis Baptiste de Peyra sine cura Constantinopolitane diocesis ecclesie vacant ad patris et tanto tempore vacaverit quod earum collatio iuxta Lateranensis Statuta Concilii est ad Sedem Apostolicam legitime devoluta, nos, attendentes quod fructus,

redditus et proventus ecclesie Mitilinsis adeo [tenute] et exibes existunt quod exinde idem Iohannes archiepiscopus iuxta status sui decentiam congrue suscentari non potest et propterea eidem Iohanni archiepiscopo de alicuius subventionis auxilio pro supportandis oneribus que incumbunt eidem providere volentes, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinos vos vel duo aut unus vestrum, per vos vel alium seu alios, ecclesias prefatas quarum omne fructibus, redditibus et proventibus ecclesie Mitilinsis adeo tenues et exibes, existunt quod inde idem Iohannes archiepiscopus iuxta status sui decentiam congrue suscentata nos potest et propterea eidem Iohannem archiepiscopus de alicuius subventionis auxilio pro supportandis oneribus que incumbunt eidem providere volentes fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenos vos vel duo aut unus vestrum, per vos vel alium seu alios, ecclesias prefatas quarum omne fructus, redditus et proventus quinquaginta florenorum auri secundum eodem estimationem valorem annum ut ipse Iohannes archiepiscopus asserit non excedunt sine premissis sive alio quovis modo vacant etiamsi ecclesie ipse dispositioni apostolice quavis modo specialiter reservare existant, dummodo tempore datum presentium non sit in eis alicui specialiter ius quesitum cum omnibus viribus et pertinentiis suis eidem Iohanni archiepiscopo quoaduixerit per eum tenendas, possidendas et gubernandas concedatis auctoritate nostra in commendam.

Ita quod huiusmodi commenda durante dictus Iohannes archiepiscopo predictarum ecclesiarum debitis supportatis oneribus de residuis fructibus et proventibus ipsarum disponere et ordinare valeat sicut veri dictarum ecclesiarum rectores qui fuerunt pro tempore de illis disponere et ordinare potuerunt vel etiam debuerunt alienatione [tamen] bonorum immobilium et pretiosorum mobilium dictarum ecclesiarum sibi penitus interdicta, //^{6v} inducentes eundem Iohannem archiepiscopum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem ecclesiarum iuriumque et pertinentiarum predictorum et defendentes inductum a motis quibuslibet decentioribus ab eisdem ac facientes ipsi Iohanni de ipsarum ecclesiarum fructibus, redditibus, proventibus iuribus et obventionibus universis integre responderi contradictores auctoritate nostra *etc.* Non obstantibus si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alius quolibet sit processum, quibus omnibus prefatum Iohannem archiepiscopum in assecutione ecclesiarum huiusmodi volumus anteferri,

sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si venerabili fratri nostro patriarche Constantinopolitano vel quibusuis aliis communiter vel divisum a dicta sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua omnisque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis proviso quod ecclesie predictae debitis interim non fraudentur obsequis et consueta ipsarum onera supportentur ac animarum cura in parochiali ecclesia predicta nullatenus negligatur. Nos enim, exnunc irritum decernimus et inane si secus super hiss a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, duodecimo Kalendas Decembris, anno tertio decimo.

β-33

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 102, f. 124r-125r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: F. de Montepolitiano *mg. s.* Στο τέλος της εγγραφής: De mandato N. de Benedetto.

Ρώμη

22 Φεβρουαρίου 1402

Στον αρχιεπίσκοπο Λευκωσίας Κορράδο Caracciolo παραχωρείται η διαχείριση της Μονής του Moggio των Βενεδικτίνων στη βόρεια Ιταλία.

Bonifatius *etc.* venerabili fratri Conrado Archiepiscopo Nicosiensi, salutem *etc.*

Romani pontificis, providentia circumspecta ecclesiis et monasteriis que vacationis incommoda deplorare noscuntur, ut gubernatoris utilius fulciantur presidio prospicit diligenter et personis virtutum meritis insignitis ut statum earum condecens supportare valeant de alicuius subventionis auxilio providet oportuno.

Dudum siquidem dilecto filio Francisco abbate monasterii Mosacensi Ordinis Sancti Benedicti Aquilegensis diocesis regimini ipsius monasterii presidente, nos, cupientes eidem monasterio cum vacaret per Apostolice Sedis providentiam utilem et idoneam presidere personam, provisionem ipsius monasterii ordinationi et dispositioni nostre reservantes, decrevimus extunc irritum et inane si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigeret attemptari.

Postmodum vero, monasterio predicto ex eo vacante quod, nos, de persona dicti Francisci tunc Mosacensis de Rosacensis ordinis et diocesis predictorum monasterio [tunc] certo modo vacanti de fratrum nostrorum consilio duxeramus auctoritate apostolica providendum, preficiendo ipsum Franciscum ordine monasterio Rosacensis in abbatem. Nos ipsum monasterium Mosacensem sit vacans cum omnibus iuribus et pertinentiis suis venerabili fratri nostri Antonio episcopo Concordiensi secretario nostro usque nostrum beneplacitum auctoritate apostolica per nostras litteras duximus commendandum prout in ipsis litteris plenius continentur.

Cum autem nos nuper commendam huiusmodi ex certis rationabilibus causis ad id nostrum inducentibus animum auctoritate predictam duxerimus revocandam dictumque monasterium adhuc ut presertim vacare noscatur nullusque de provisione ipsius monasterii propter nos hac vice se intromittere potuerit sine possit reservatione et decreto obsistentibus supradictis, nos, volentes tam dicto monasterio Mosacensis de gubernatore secundum cor nostrum idoneo et utili per quem circumspectione regi et salubriter dirigi valeat, quam tibi de alicuius subventionis auxilio pro tuis supportandis oneribus providere motu proprio non ad tuam //^{124v} vel alterius pro te nobis super hoc oblate petitionis instantiam sed de nostra mera liberalitate prefatum monasterium Mosacensem tibi per te usque ad Apostolice Sedis beneplacitum tenendum, regendum et gubernandum auctoritate apostolica tenore presentium commendamus curam et administrationem ipsius monasterii tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committentes alie vacatione tamen bonorum immobilium et preciosorum mobilium eiusdem monasterii tibi penitus interdicta.

Volumus autem quod propter commendam huiusmodi cultus divinus et solitus monachorum et ministrorum numerus in eodem monasterio nullatenus minuat

quoque debitis et consuetis ipsius monasterii et eius [conventus] supportatis oneribus de residuis fructibus et proventibus dicti monasterii huiusmodi commenda durante libere et licite dispositione ^a et ordinare valeas sicut veri abbates ipsius monasterii, qui pro tempore fuerint, de ipsis dispositione et ordinare potuerint seu etiam debuerunt.

Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus, curam regimine et administrationem huiusmodi predicta commenda durante per te vel alium seu alios sit geras sollicite fideliter et prudenter quod monasterium utili gubernatori et provido administratori gaudeat se commissam tuque propter eterne retributionis premium et humane laudis preconium, que provide mereberis nostram et Apostolice Sedis benedictionem et gratiam digne consequi merearis.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, ^b octavo Kalendas Martii, anno tertio decimo.

Simili modo dilectis filiis conventui monasterii Mosacensis Ordinis Sancti Benedicti, Aquilegensis diocesis, salutis *etc.* Romani pontificis *etc. usque* debuerunt.

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eundem archiepiscopum pro nostra et dicte sedis reverentia benigne recipientes et honorifice per tractantes eidem Archiepiscopo tanquam administratori dicti vestri monasterii in omnibus que ad commendam curam, regem et administrationem huiusmodi pertinent plenarie et humiliter intendatis. Alioquin sententiam quam idem Archiepiscopus rite tulerit in rebelles ratam habebuimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observati. Datum *ut supra*. De mandato N. de Benevento.

Simili modo dilectis filiis vasallis monasterii Mosacensis Ordinis Sancti Benedicti, Aquilegensis diocesis, salutem *etc.* Romani pontificis *etc.*

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eundem archiepiscopum tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum siscipientes devote et debita honorificentia prosequentes eidem archiepiscopo tamquam administratori dicti monasterii Mosacensis fidelitatem solitam necnon consueta servitia et iura sibi a vobis debita exhibere integre studeatis. Alioquin sententiam quam idem archiepiscopus // ^{125r} ritus tulerit in rebelles ratam habebuimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, septimo Kalendas Martii, anno tertio decimo.

^a *va del. R* ^b octavo Kal m *del. R*

β-34

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Lat. 103, f. 152v-153r

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Στο τέλος της εγγραφής: De mandato, Iac. De Theramo.

Ρώμη

7 Ιουλίου 1402

Ο Ιωάννης de Cubito, του τάγματος των Κιστερκιανών, ορίζεται επίσκοπος Χεβρώνας μετά τον θάνατο του επισκόπου Γρηγορίου.

Bonifatius etc. dilecto filio Iohanni de Cubito electo Ebronensis, salutem etc.

Divina disponente clementia, cuius inscrutabili altitudine ordinationem suscipiunt universa, in Apostolice Sedis specula licet immeriti constituti, ad universas orbis ecclesias aciem nostre considerationis extendentes et pro earum statu salubriter dirigendo apostolici favoris auxilium adhibemus, sed de illis propensius nos cogitare convenit, quas propriis carere pastoribus intuemur, ut eis iuxta cor nostrum pastores preficiantur idonei, qui commissos sibi populos per suam circumspectionem providiam salubriter dirigant et informant ac bona ecclesiarum ipsarum non solum gubernent utiliter sed etiam multimodis efferant incrementis.

Dudum siquidem, bone memorie Gregorio episcopo Ebronensi regimini ecclesie Ebronensis presidente, nos, cupientes eidem ecclesie ad ipsam vacare contingent per Apostolice Sedis providentiam utilem et idoneam presidere personam, provisionem ipsius ecclesie ordinationi et dispositioni nostre duximus ea vice specialiter reservandam, decernentes extunc irritum et inane si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari.

Postmodum vero, dicta ecclesia per obitum dicti Gregorii episcopo, qui extra Romanam Curiam debitum nature persolvit, vacans, nos vacatione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta, ad provisionem ipsius ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit neque potest, reservatione et decreto obsistentibus supradictis ne proluxe vacationis exponeretur incommodis paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de preficiendo

eidem ecclesie personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus deligentem, demum ad te Ordinis Cisterciensis professorem in sacerdotio constitutum, cui de religionis zelo vite munditia, morum honestate, spiritualem providentia et temporalium circumspectione et aliis multiplicum virtutum donis apud nos fidedigna testimonia perhibentur, direximus oculos nostre mentis. Quibus omnibus debita mediatione pensatis, de persona tua, nobis et eidem fratribus nostris //^{153r} ob dictorum tuorum exigentiam meritorum accepta eidem ecclesie de ipsorum fratrum concilio auctoritate apostolica providemus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie, tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie commitendo, in Illo Qui dat ^a gratias et largitur premia confidentes quod dicta ecclesiam sub tuo felici regimine, gratia tibi assistente divina, prospere dirigetur et salubria dante Domino in eisdem spiritualibus et temporalibus recipiat incrementa.

Quocirca discretione tue per apostolica scripta mandamus quatenus, impositum tibi a Domino onus ||regiminis|| dicte ecclesie suscipiens reverenter, sic te in eius cura salubriter exercenda diligentem exhibeas et etiam studiosum quod ^b ecclesia ipsa gubernatione providum et fructuoso administrationi gaudeat se commissam, tuque preter eterne retributionis premium nostram et dicte sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis.

Volumus autem quod quamprimum presentes litteras habueris expeditas ad ecclesiam ipsam accedas et personaliter resideas in eadem quodque extra tuas civitatem et diocesim Ebronensem pontificalia officia nequeas exercere.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, Nonas Iulii, anno tertio decimo.

^a gras *del.* R ^b dicta *del.* R

β-35

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 103, f. 157r-v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: [providetur ecclesie] Militensis [vacans] pro obitum extra curiam per translatum archiepiscopum Nicosiensis ad [eundem ...]. *mg. d. f. 157r:*

Ρώμη

2 Οκτωβρίου 1402

Ο αρχιεπίσκοπος Λευκωσίας Κορράδος Caracciolo μετατίθεται στην επισκοπή της Μιλήτου (Miletenses diocesis) στην Καλαβρία της νότιας Ιταλίας.

Bonifatius *etc.* venerabili fratri Conrado archiepiscopo Nicosiensi in episcopum Miletensem electo, salutem *etc.*

Romanis pontificis, quem Pastor Ille cœlestis et episcopus animarum potestatis sibi plenitudine tradita ecclesiis pretulit universis, plena vigiliis sollicitudo requirit, ut circa cuiuslibet statum ecclesie vigilanter excogitet, sicque prosperit diligenter, quod per eius providentiam circumspectam, nunc per simplicis provisionis officium, nunc vero per ministerium translationis accommode prout personarum, locorum et temporum qualitas exigit et ecclesiarum utilitas persuadet, ecclesiis singulis pastor accedat ydoneus et rector providus deputetur, qui populum sibi commissum per suam circumspectionem providam et providentiam circumspectam salubriter dirigat et informet ac bona ecclesie sibi commisse non solum gubernet utiliter sed etiam multimodis efferat incrementis.

Dudum siquidem, bone memorie Andrea episcopo Militensi regimini Militensis ecclesie presidente, nos, cupientes eidem ecclesie cum eam vacare contingeret per operationis nostre ministerium utilem et ydoneam presidere personam, provisionem eiusdem ecclesie ordinationi et dispositioni nostre duximus ea vice specialiter reservandam, decernendo extunc irritum et inane si secus super hiis per quosocunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari.

Postmodum vero, prefata ecclesia per obitum eiusdem Andree episcopi, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, pastoris solatio destitute, nos, ^a vacatione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta, ad provisionem eiusdem ecclesie celerem et felicem, de qua nullus propter nos hac //^{157v} vice disponere potuerit neque potest, reservatione et decreto obsistentibus supradictis, ne ecclesia ipsa longe vacationis exponeretur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem quam super hiis cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te archiepiscopum Nicosiensem consideratis grandium virtutum meritis, quibus personam tuam Altissimus insignitum et quod tu, qui Nicosiensi ecclesie hactenus laudabiliter prefuisti eandem Militensem ecclesiam, scies et poteris auctore Domino salubriter regere et feliciter gubernare, committimus oculos nostre mentis. Intendentes igitur tam eidem Militensi ecclesie, quam eius gregi Dominico salubriter providere te

a vinculo, quo prefate Nicosiensis ecclesie cui tunc preeras, tenebaris, de dictorum fratris consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, te ad eandem ecclesiam Militensem auctoritate apostolica transferimus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie Militensis, tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, liberamque tibi licentiam dando ad ipsam ecclesiam Militensem transeundi, firma spe fiduciaque conceptis, quod prefata Militensis ecclesia per tue industrie et circumspectionis fructuosum studium, gratia tibi assistente divina, regatur utiliter et prospere dirigetur grataque in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, impositum tibi a Domino onus regiminis dicte ecclesie Militensi suscipiens reverenter sicque in eius cura salubriter exercenda diligentem exhibeas et etiam fructuosum, quod ecclesia ipsa sponsa tua gubernatore provido et fructuoso administratori gaudeat se commissam tuoque preter eterne retributionis premium nostram et Apostolice Sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, sexto Nonas Octobris, anno tertio decimo.

Simili modo dilectis filiis in capitulo ecclesie Militensis. Salutem *etc.* Romani pontificis *etc.*

Quocirca discretioni nostre per apostolica scripta mandamus quatinus eidem electo tamquam patri et pastori animarum vestrarum humiliter intendentes ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitam et devotam eius salubria monita et mandata suscipientes devote et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam quam idem electus rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore Domino, usque ad satisfactionem condigna inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

Simili modo nostro dilectis filiis clero civitatis et diocesis Militensis, salutem *etc.* Romani pontificis *etc.*

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus eidem electo tamquam patri et pastori animarum vestrarum humiliter intendentes ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitam et devota eius salubria monita et mandata suscipientes devote et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam quam idem electus rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

Simili modo dilectis filiis populo civitatis et diocesis Militensis, salutem *etc.* Romani pontificis *etc.* Quocirca universitatem vestram rogamus, monemus et

hortamur attente per apostolica vobis scripta mandamus, quatinus eundem electum tanquam patrem et pastorem animarum vestrarum devote suscipientes ac debita honorificentia prosequentes eius monitis et mandatis salubribus humiliter intendat, ita quod ipse in vobis et vos per consequens patrem invenisse benivolum gaudeas. Datum *ut supra*.

Simili modo dilectis filiis universis filiis vasallis ecclesie Militensis, salutem *etc.* Romani pontificis *etc.* Quocirca universitatem per apostolica scripta mandantes eiundem electum suscipientes devote et debita honorificentia prosequentes ei fidelitatem solitam necnon consueta servitia et iura a vobis sibi debita exhibere integre studeatis. Aliaquin sententiam sine penam quam idem electus rite tulerit seu statuerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore Domino quod satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

Simili modo carissimo in Christo filio Ladislao Iherusalem et Italie regi illustri, salutem *etc.* Gratie divine ipsium *etc.* Cum itaque filii carissime, sit virtutis opus Dei ministros, benigno favore prosequi, ac eos verbis et operibus pro Regis eterni gloria venerata, serenitatem regiam rogamus et hortamur attente quatinus eundem electum et prefatam ecclesiam Militensem sue cure commissam habens pro nostra et Apostolice Sedis reverentia propensius commendatos in ipsos benigni favoris auxilio prosequaris, ita quod idem electus tue celsitudinis fultus presidio in commisso sibi cure pastoralis officio possit Deo propitio prosperari ac tibi exinde plenius rite presentium et a nobis condigna proveniat actio gratiarum. Datum *ut supra*. De mandato. N. de Benevento.

^a ad del. R

β-36

Πρωτότυπο: Απολεσθέν
Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 108, f. 108v-109r
Έκδοση: Ανέκδοτο
Σημειώσεις: Cancelleria *mg. s.*

Ρώμη

3 Αυγούστου 1403

Ο Luciano Lercario, επικεφαλής (praepositus) της Συνόδου του ναού της Παναγίας de Castello της Γένουας, εκλέγεται επίσκοπος Αμμοχώστου.

Bonifatius *etc.* dilecto filio Luciano electo Famagustano, salutem *etc.*

Personam tuam nobis et apostolice sedi devotam, tuis exigentibus meritis paterna benivolentia prosequentes, illa tibi libenter concedimus, que tibi conspiciamus profutura.

Hodie siquidem ecclesie Famagustane tunc vacanti de persona tua duximus auctoritate apostolica providendum, preficiendo te ipsi ecclesie in episcopum et pastorem.

Cum autem, sicut exhibita nobis pro parte tua petitio continebat propter presens scisma et alia inconvenientia, fructus, redditus et proventus episcopalis mense Famagustane sint adeo diminuti quod statum tuum exinde nequeas tenere decenter, nos, tibi ut eandem statum iuxta pontificalis dignitatis decentiam commodius supportare valeas, de alicuius subventionis auxilio providere tibi que specialem gratiam facere, volentes preposituram Sancte Marie de Castello, Ianuensis, que curata et dignitas principalis in ipsa ecclesia existit et ad quam quis per electionem assumit et [Albinganensi] et Sancti Donati Ianuensis ac Sancti Salvatoris Ianuensis necnon Sancte Marie de Vineis Ianuensis, quos obtines et Sancte Marie in Via Lata Ianuensis de quibus tibi auctoritate ordinaria provisum extitit [ecclesiam] canonicatus et prebendas quorum omnes fructus, redditus et proventus trecentorum et quinquaginta florenorum auri secundum communem estimationem valorem annum – ut asseris – non excedunt [quandui] ecclesie Famagustane predictae te preesse contigerit et donet de te alicui alteri cathedrali ecclesie tibi [grate] de cuius fructibus, redditibus et proventibus iuxta huiusmodi pontificalis dignitatis //^{109r} decentiam vivere valeas, forsitan per Sedem predictam providere contingat et possessionem administrationis bonorum ipsius alterius ecclesie pacifice adeptus extiteris, etiam postquam munus consecrationis tibi impensum sine a te susceptum fuerit sive post lapsum temporis de conferrandis episcopis a canonibus defuncti cum tua Famagustana ecclesia predicta retinere ac eorum fructus, redditus et proventus interim percipere ac in utilitatem tuam convertere libere et licite valeas, etiam si de prepositura necnon canonicatibus et prebendis per antedictis tamquam cum per huiusmodi promotionem et munus tibi in pendendum aut lapsum temporis huiusmodi vel alias quovis modo vacarent cuicumque seu quibusvis alii vel aliis persone seu personis etiam si persona vel

persone huiusmodi Sancte Romane Ecclesie cardinalis vel cardinales sive huiusmodi persona camerarius noster aut [clericus] camere apostolice seu litterarum apostolicarum scriptor vel abbreviator seu alias officialis sedis eiusdem etiam cuiuscumque status vel conditionis extiterit, hodie mandaverimus provideri necnon felicis recordationis Alexandri papa III predecessoris nostri et aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicum ac statutis et consuetudinibus ecclesiarum predictarum, iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis et aliis contrariis nequaquam obstantibus, et etiam si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in Albinganensis et Sancti Donati ac Sancti Salvatoris necnon Sancte Marie de Vineis et Sancte Marie Inviolata ecclesiis antedictis in canonicos sint recepti vel, ut recipiantur, insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis in eisdem ac dignitatibus personatibus vel officiis in Sancte Marie de Castello ecclesiis speciales vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quasquidem litteras et processus habitos per easdem preposituram ac canonicatus et prebendas predictos volumus non excendi, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem dignitatum personatum vel officiorum ac canonicatum et prebendarum nec non beneficiorum aliorum preiudicium generare et quibuslibet aliis litteris ac indulgentiis generalibus vel specialibus dicte sedis vel legatorum eius quorumcumque tenorem existat per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de quibus quorum totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis eadem tibi auctoritate apostolica concedimus, per presentes proviso que prepositura et canonicatus ac prebende predicti debitum interim non fraudentur obsequiis sed per bonos et sufficientes vicarios, quibus de huiusmodi prepositura ac canonicatum et prebendarum, fructibus, redditibus et proventibus antedictis necessaria congrue ministrentur deserviantur inibi laudabiliter in divinis et animarum curam in prepositura prefata nullatenus negligatur. Nulli ergo *etc.* nostre concessionis infringere *etc.* Siquis autem *etc.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio Nonas Augusti, anno quartodecimo.

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Lat. 109, f. 269r-270r

Έκδοση: Μερικώς εκδεδομένο *Acta Bonifacii IX*, τ. 1, αρ. 126 l

Σημειώσεις: Στην αρχή του εγγράφου Can(elle)ria. Στο τέλος του εγγράφου: Iac., XXXXXX, de Theramo.

Ρώμη

3 Αυγούστου 1403

Ο Λουκιανός Lercario ονομάστηκε επίσκοπος Αμμοχώστου, μετά τον θάνατο του Λουκίνου.

Bonifatius *etc.* dilecto filio Luciano Lercario electo Famagustano salutem *etc.* Apostolatus officium quamquam insufficientibus meritis nobis ex alto comissum, quo ecclesiarum omnium regimini presidemus utiliter exequi coadiuvante ^a Domino cupientes solliciti corde reddimur et solertes, ut, cum de ipsarum regiminibus agitur commitendis, tales eis in pastores preficere studeamus, qui commissum sibi gregem dominicum sciant non solum doctrina verbi sed exemplo boni operis informare, commissasque sibi ecclesiam in statu pacifico et tranquillo velint et valeant duce Domino salubriter regere et feliciter gubernare.

Dudum siquidem, bone memorie Luchino episcopo Famagustano regimini ecclesie Famagustane presidente, nos, cupientes eidem ecclesie cum eam vacare contingeret per operationis nostre ministerium utilem et ydoneam presidere personam, provisionem eiusdem ecclesie ordinationi et dispositioni nostre duximus ea vice specialiter reservandam, decernendo extunc irritum et inane si secus super hiis ^b ||per quoscumque|| quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari.

Postmodum vero, ecclesia per obitum eiusdem Luchini episcopi, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, pastoris solatio destituta, nos, vacatione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta, ad provisionem huiusmodi ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit sive potest, reservatione et decreto obsistentibus supradictis ne ecclesia ipsa prolixie vacationis exponeretur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem, quam de preficiendo eidem ecclesie personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te prepositum ecclesie Sancte Marie de Castello Ianuensis in sacerdotio constitutum, cui de litterarum scientia, vite munditia, //^{269v} honestate morum, spiritualium providentia et temporalium circumspectione aliisque virtutum meritis apud nos laudabilia testimonia perhibentur,

direximus oculos nostre mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua, nobis ex eisdem fratribus ob dictorum tuorum exigentiam meritorum accepta ipsi Famagustane ecclesie de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica providemus teque illi proficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem eiusdem ecclesie Famagustane tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie commitendo, in Illo Qui dat gratias et largitur premia confidentes quod, dirigente Domino actus tuos, eadem ecclesia, gratia tibi assistente divina, sub tuo felici regimine prospere dirigetur ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa.

Quocirca discretione tue per apostolica scripta mandamus quatenus, impositum tibi a Domino onus regiminis dicte ecclesie devote suscipiens, curam et administrationem predictas sic exercere studeas solícite fideliter et prudenter quod ipsa ecclesia gubernatori provido et administratori fructuoso gaudeat se commissam, tuque preter eterne retributionis premium nostram et dicte sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio Nonas Augusti, anno quartodecimo.

Simili modo dilectis filiis capitulo ecclesie Famagustane, salutem *etc.* Apostolicus officium *etc.*

Quocirca discretioni nostre per apostolica scripta mandamus quatenus eiundem Lucianum electum tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato admitentes honore ac exhibentes sibi clementiam et reverentiam debitam sed devotam, eius salubria monita et mandata suscipientes humiliter et efficaciter adimplere curetis, alioquin sententiam, quam idem Lucianus electus rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

Simili modo dilectis filiis clero civitatis et diocesis Famagustane, salutem *etc.* Apostolicatus officium *etc.*

Quocirca discretioni nostre per apostolica scripta mandamus quatenus eundem Lucianum electum tamquam patrem et pastorem animarum nostrarum grate admitentes honore ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitam et devotam eius salubria monita et mandata suscipientes humiliter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam quam idem Lucianus electus rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

Simili modo dilectis filiis populo, civitatis et diocesis Famagustana salutem etc. Apostolicatus officium etc. Quocirca universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente per apostolica scripta mandantes, quatinus eundem Lucianum electum tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum devote suscipientes et debita honorificentia prosequentes ipsius monitis et mandatis humiliter intendatis, ita quod ipse in vobis devotionis filios et vos in eo per consequens patrem invenisse benivolum gaudeatis. Datum ut supra.

Simili modo venerabili fratri archiepiscopo Nicosiensi, salutem etc. Ad cumulum tue cedit salutis et fame etc. Cum igitur, ut idem electus in commissa sibi predictae ecclesiae Famagustane cura facilius proficere valeat, tuus favor sibi noscatur esse plurimum oportunus, fraternitatem tuam rogamus, monemus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes quatenus eiundem electum et ecclesiam sibi commissam suffraganeam tuam habens pro nostra et Apostolice Sedis reverentia propensus commendatas in am^{270r}pliandis et conservandis eiusdem Famagustane ecclesiae iuribus sit eum tui favoris presidio prosequaris quod ipse per tue auxilium gratie se possit in commisso sibi eiusdem Famagustane ecclesiae regimine utilius exercere, tuque divinam misericordiam et nostram eiusdem sedis benivolentiam valeas exinde uberius promereri. Datum ut supra.

^a divino *del.* R ^b a quoquam *del.* R

β-38

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Reg. Lat. 108, f. 109v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Στο τέλος της εγγραφής: Iac.XII.de Theramo.

Ρώμη

6 Αυγούστου 1403

Ο Λουκιανός Lercario ονομάζεται επίσκοπος Αμμοχώστου.

Bonifatius *etc.* dilecto filio Luciano electo Famagustano, salutem *etc.*

Cum nos pridem ecclesie Famagustane, tunc pastoris regimine destitute, de persona tua nobis et fratribus nostris ob tuorum exigentiam meritorum accepta de fratrum eorundem consilio auctoritate apostolica duxerimus providendum, preficiendo te illi in episcopum et pastorem, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur, nos ad ea, que ad tue commoditatis augmentum cedere valeant, favorabiliter intendentes tuis supplicationibus inclinati, tibi ut a quocumque malueris catholico antistite, gratiam et communionem Apostolice Sedis habente, ascitis et in hoc sibi assistentibus ^a duobus vel tribus aliis catholicis episcopis, similem gratiam et communionem habentibus, munus consecrationis recipere valeas, ac eidem antistiti, ut munus predictum auctoritate nostra impendere, libere tibi possit, plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem.

Volumus autem quod idem antistes, qui tibi, preficimus, munus impendet, postquam illud tibi impenderit a te nostro et Romane Ecclesie nomine fidelitatis debite solitum recipiat iuramentum, iuxta formam quam, tibi, sub bulla nostra mittimus interclusam ac formam iuramenti, quod te prestare contigerit nobis de verbo ad verbum per tuas patentes litteras tuo sigillo signatas per proprium nuntium quantocius destinare procures quod que per hoc venerabili fratri nostri archiepiscopo Nicosiensi, cui prefata ecclesia metropolitico iure subesse dinoscitur nullum imposterorum generetur.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, octavo Idus Augusti, anno quartodecimo.

^a du *del.* R

β-39

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχειακή σειρά: Cam. Ap., Oblig. et Sol. 57, f. 102r

Αναφορά: Hoberg, *Taxae*, σ. 53

Σημειώσεις: Episcopi Famagustani *mg. s.*

Έκδοση: Ανέκδοτο

16 Αυγούστου 1404

Υπόσχεση πληρωμής συνήθων οικονομικών υποχρεώσεων στο Αποστολικό Ταμείο από τον επίσκοπο Αμμοχώστου Λουκιανό για τον ίδιο, τους προκατόχους του Λουκίνο, Ραφαήλ, Βερνάρδο και Ραϊνάλδο.

Anno, pontificatu, et indictione predictis, die XVIa mensis Augusti, reverendus in Christo pater dominus Lucianus Dei gratia episcopus Famagustanus personaliter promisit camere et collegio pro suo communi servitio mille quingentos florenos auri de camera et quinque servitia consueta.

Item recognovit camere tantum pro communi servitio domini Luchini predecessoris sui sexcentos nonaginta octo similes florenos, solidos sedecim, et denarios duos monete Romane, et quatuor servitia consueta.

Item recognovit collegio tantum pro communi servitio dicti domini Luchini sexcentos septuaginta octo etiam similes florenos, solidos triginta unum, et denarios undecim dicte monete, et unum minutum servitium pro rata.

Item recognovit camere et collegio pro communi servitio domini Raphaelis antepredecessoris sui mille quingentos similes florenos et quinque servitia consueta.

Item recognovit camere et collegio pro communi servitio domini Bertrandi alterius preantepredecessoris sui tantundem, et quinque servitia consueta.

Item recognovit camere tantum pro communi servitio domini Raynaldi predecessoris sui noningentos similes florenos et quinque servitia consueta.

Solvendo medietatem promissi a festo Omnium Sanctorum proxime futuro usque ad annum extunc proxime secuturum, et aliam medietatem in simili festo anno revoluto, et recognita in similibus terminis annis revolutis. Alioquin *etc.* Iuravit *etc.*

INNOKENTIOS Ζ΄

Cosimus de' Migliorati, καρδινάλιος πρεσβύτερος Sancte Crucis in Ierusalem.
Εκλογή 17 Οκτωβρίου 1404 (ενθρόνιση 11 Νοεμβρίου) † Ρώμη 6 Νοεμβρίου 1406

γ-1

Πρωτότυπο: Απολεσθέν

Αρχαιακή σειρά: Reg. Lat. 125, f. 242v-243v

Έκδοση: Ανέκδοτο

Σημειώσεις: Στο τέλος του κειμένου: A.XXII.XI.XI.XI.XI.XI.XI.Aldimarii.

Βιτέρμπο

8 Μαρτίου 1406

Ο επίσκοπος Albano ονομάστηκε επίσκοπος Πάδοβας, λόγω της εκλογής του Στέφανου de Carraria ως αρχιεπισκόπου Λευκωσίας, ο οποίος Στέφανος ήταν απών από τα καθήκοντά του στη Λευκωσία. Ο Albano μετατέθηκε στην επισκοπή της Πάδοβας από εκείνη της Κέρκυρας.

Innocentius *etc.* venerabili fratri Albano episcopo Paduano, salutem *etc.*

Romani pontificis, quem Pastor Ille celestis et episcopus animarum potestatis sibi plenitudine tradita ecclesiis pretulit universis, plena vigiliis sollicitudo requirit ut cura cuiuslibet statum ecclesie sit vigilanter excogiter sique prospiciat diligenter quod per eius providentiam circumspectam nunc per simplicis provisionis officium, nunc vero per ministerium translationis accommode prout personarum, locorum et temporum qualitas exigit et ecclesiarum utilitas persuadet, ecclesiis singulis pastor accedat idoneus et rector providus deputetur, qui populum sibi commissum per suam circumspersionem providam et providentiam circumspectam salubriter dirigat et informet, ac bona ecclesie sibi comisse non solum gubernet utiliter, sed etiam multimodis efferat incrementis.

Sane ecclesia Paduana ex eo pastoris solatio destituta quod, nos, hodie venerabilem fratrem nostrum Stephanum episcopum tunc Paduano in archiepiscopum Nicosiensem electum, licet absentem, a vinculo, quo ipsi ecclesie cui tunc preerat tenebatur de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, ipsum ad ecclesiam Nicosiensem tunc vacantem duximus auctoritate apostolica transferendum, preficiendo^a ipsum eidem ecclesie Nicosiensis in archiepiscopum et pastorem, nos, ad provisionem eiusdem Paduana ecclesie, celerem et felicem ne longe vacationis exponeretur incommodis paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de preficiendo eidem Paduane ecclesie personam utilem et etiam fructuosam cum dictis fratribus huiusmodi diligentem, demum ad te archiepiscopum Corfiensem consideratis grandium virtutum meritis, quibus personam tuam illarum largitor

Dominus insignivit et quod tu qui regimini dicte ecclesie Corfiensis hactenus laudabiliter preuisti prefatam Paduanam ecclesiam scies et poteris auctore domino salubriter regere et feliciter gubernare direximus oculos nostre mentis, intendentes igitur tam dicte Paduana ecclesia quam eius gregi Dominico salubriter providere te a vinculo quo dicte ecclesie Corfiensis, cui tunc preeras tenebaris de ipsorum fratrum consilio et eiusdem potestatis plenitudine absolventes, te ad prefatam ecclesiam Paduanam auctoritate apostolica transferimus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie Paduane, tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie comittendo, liberamque tibi tribuendo licentiam ad eandem Paduanam ecclesiam transeundi, firma dicti fiducia quod tuos actus et opera illius clementia dirigente a quo universorum carismatum dona proveniunt predicta Paduana ecclesia per tuam curiosam solertiam tuum que ministerium studiosum regetur utiliter et prospere dirigetur grata que in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa.

//^{243r} Volumus autem quod antequam possessionem regiminis et administrationis dicte ecclesie Paduane recipias in manibus venerabilium fratrum nostrorum Castelanensis et Torcellansis episcoporum aut alterius eorum prestes fidelitatis debite iuramentum iuxta formam quam sibi bulla nostra mittimus interclusam, quibus et eorum cuilibet per alias nostras mandamus ut a te nostro et Romane Ecclesie nomine huiusmodi recipiant seu recipiat iuramentum. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus ||ad|| prefatam Paduanam ecclesiam cum gratia nostre benedictionis accedens curam et administrationem predictas sic diligenter geras et sollicite prosequaris quod eadem Paduanam ecclesiam gubernatori provideo et fructuoso administratori gaudeat se commissum ac bone fame tue odor, ex tuis laudabilibus actibus latius diffundatur tuque propter eterne retributionis premium nostre benedictionis augmentum et dicte sedi gratie exinde uberius consequi merearis.

Datum Viterbii, octavo Idus martii, anno secundo.

Simili modo dilectis filiis capitulo ecclesie Paduana salutem etc. Romani pontificis etc.

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eidem episcopo, tamquam patri et pastori animarum vestrarum, humiliter intendentes ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitam et devotam, eius salubria monita et mandata suscipiatis devote efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam quam

idem episcopus rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam ^ß inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

Simili modo dilectis filiis clero, civitatis et diocesis Paduana salutis *etc.* Romani pontificis *etc.*

Quocirca diferetioni nostre per apostolica scripta mandamus quatinus eundem episcopum, tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato admittentes honore ac exhibentes sibi reverentiam et obedientiam debitam et devotam, eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis alioquinsententiam quam idem episcopus rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

Simili modo dilectis filiis populo, civitatis et diocesis Paduana salutem *etc.* Romani pontificis *etc.*

Quocirca universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus eundem episcopum Albanum tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum devote suscipientes ac debita honorificentia prosequentes eius monitis et mandatis salubribus humiliter intendatis, ita quod ipse in vobis devotionis filios et vos in eo pro consenques patrem invenisse benivolum gaudeatis. Datum *ut supra*.

Simili modo dilectis filiis //^{243v} universis vasallis ecclesie Paduane, salutem *etc.* Romani pontifice *etc.* Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eundem episcopum devote suscipientes et debita honorificentia prosequentes ei fidelem solitam nec non consueta servitia et iura a vobis sibi debita exhibere integer studeatis alioquin sententiam sine penam quam idem episcopus rite tulerit sue statuerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum *ut supra*.

Simili modo. Venerabili fratri patriarche Aquilegensi, salutem *etc.* ad cumulum *etc.* cum igitur ut idem episcopus comissa sibi predicte ecclesie Paduane cura facilius proficere valeat, tuus favor sibi noscatur esse plurimum opportunus, fraternitatem tuam rogamus, monemus et hortamur attente per apostolica scripta mandantes quatinus eundem episcopum ac ecclesiam sibi comissam suffraganeam tuam habens pro nostra et apostolica Sedis reverentia propensius comendatos in ampliam dis et conservandis eiusdem ecclesie Paduana iuribus sit eum tui favoris presidio prosequaris quod ipse per tue auxilium gratie se posit in comisso sibi eiusdem

Paduana ecclesia regimine utilius exercere tuque divinam misericordiam et nostram ac eiusdem sedis benivolentiam valeas ex inde uberius promereri. Datum *ut supra*.

^a *prefiando R] ex. corr. preficiendo* ^b *humiliter observari del. R*

ΑΠΟΣΤΟΛΟΣ ΚΟΥΡΟΥΠΑΚΗΣ